Spes sic describitur in libro sententiarū a magistro. Spes ingt est certa expectatio future beatitudinis veniēs ex dei gratia ⁊ ex meritis precedētib⁹. Pria pars huius descriptionis haberi potest ex. Glo. aymonis super illud. Ro. v. Probatio vero spei. Spes inquit est certa expectatio glorie future.

¶ Et notandū q̄ spes. Quādoq̄z sumit pro re quā speramus vbi ad Th. v. Expectantes beatā spem. quādoq̄z vero pro certitudine glorie future: vt. Ro. v. Probatio vero spei. Glo. Certitudinē glorie future. Quādoq̄z pro virtute. i. Cor. iij. Nunc manēt. Spes fides caritas. Quādoq̄z pro motu virtutis: ⁊ ita describitur hic. ¶ Itē notādū q̄ sicut duo sunt: vbi est expectatio corporalis. Intēdit enī ad minus ad aliqd absens vt fiat presens vnde expectans dicitur quasi extra rem positus spectans. Est etiā ibi permanentia in loco quantuz ad corpus: sicut duo sunt vbi est expectatio spei. Est enī intentio animi ad futurā beatitudinē: quā intentionē. Augusti. in libro de ciuita. dei. Uocat aspectū: ostendēs aspectū tale ad spem ptinere. Prius est igt sanos oculos habere quod fit per fidē. Deinde aspicere quod fit per spez. Itē ibi est pmanētia in loco spāli qui deus est: de qua pmanētia legit. Jo. xi. Manete in me ⁊ ego in vobis. Et. i. Jo. iiij. Qui manet in caritate in deo manet ⁊ deus in eo. Qui a deo per peccatū recedit nō habet expectationē que ad spē regritur. ¶ Itē notanduz q̄ est certitudo cognitiōis: que opponit dubitationi: ⁊ hec pertinet ad fidem. Et est certitudo fiducie: que opponitur titubationi: vel desperationi: ⁊ hec ptinet ad spez. Et est certitudo securitatis: que opponitur timori seperatiōis: ⁊ hec erit in patria: ¶ Itē notandū q̄ cū motus spei sit circa illa que supra nos sunt: ad eliciendū motū spei valet cōsideratio liberalitatis dei: que seruiētes sibi remunerat supra merita put decet ipsum. Et hec liberalitas dei gr̄a vocatur i descriptione cū dicitur veniēs ex dei gr̄a. valet etiā ad eliciendum motū spei cōsideratio premij meriti: cū deus promiserit se redditurum premiuz his qui sibi debito modo

deserunt. Ipse vero verax est: promissa soluens. vnde spes quasi duabus basibus innititur dei liberalitati: que sibi seruientes remunerat vt decet eas: et dei iusticie: que sibi seruientibus soluit: que promisit: et adhuc duo pertinet due precedunt merita in actu vt in eo qui in caritate est: et bona opera fecit quib⁹ sperat se habiturū beatitudines. quandoq; vero merita precedunt motum spei non in actu: sed in habitu vt in illo qui est in peccato mortali qui interius facit quod potest boni vt deus illustret eum ad penitentiam qua presumptione sperat se habiturus beatitudines. Cogitat enim per gratiā dei se adhuc habiturū merita quibus beatitudo debeatur. ¶ Item describitur spes ab Augustino in libro de ciuitate dei. Hoc modo spes inquit est: qua quis ad id quod credit se peruenturum presumit: potest etiam sic describi. Spes est appetitus exceptis boni cū fiducia obtinendi.

¶ De commendatione spei. 2

Equitur de his que pertinēt ad cōmendationem spei. ¶ Notandus ergo q⁹ ad spei cōmendationē. ¶ Primo valere potest id q⁹ scriptura sacra totiens monet ad spem. Multiplicatio eni admonitionis ostendit vtilitatem huius virtutis. ps. Sperent in te qui nouerunt te. Item spera in deo et fac bonum. Item spera in eo et ipse faciet. Item sperate in eo omnis congregatio populi. Item Matt. xviij. Habete fiduciam. et iterum. Jo. xvij. Confidite ego vici mundum. Nec solum scriptura sed etiā natura videtur ad spē mouere. Naturaliter eni qui debilis est: et timet cadere alicui rei adhereret: et innititur vt patet in puero qui cū eleuatur ad standum: et existimat se casurū stati adhereret alicui rei. Sic naturaliter ratio dictat aie agnoscenti debilitatē: et insufficentiā suā q⁹ fortiori se adherere debeat et inniti. ¶ Secūdo hoc quod scriptura sacra totiens beatos asserit sperātes in domino. Psalmus bti oēs qui confidunt in dño. Item beatus vir qui sperat in eo. Item beatus vir cuius est nomen domini spes eius. Prouer. xvi. Qui sperat in domino beatus est. Isa. xxx. Beati oēs qui expectant eū vere beati qui sperant in dño expectata enim eis succedūt. ¶ Tertio hoc q⁹ spes omnipotenti innititur. Isa. Quis ambulauit in tenebris inquā aduersitatis: et non est lumen et fulgor. i. prosperitatis. Speret in nomine dñi et innitatur sup deū suū. Quia spes omnipotenti innititur id firma est: et nō timet ruinā. Dauid. Qui cōfidunt in dño sicut mons sion. Spes est: que dicit dño firmamentū meum. Spes proiecit se in deū. Ipse vero non est ita crudelis vt se subtrahat: et sperantes in se cadere permittat: iuxta verbū Augusti. Quare dominus totiens nos ad innitendū sibi moneret si supportare nos nō vellet. Nō est illusor deus vt se ad supportādū nos offerat: et nobis innitentibus ei in ruinā nostrā se subtrahat. Ro. v. Spes aūt nō confundit. Glo. Aug. Cōfunditur qui quod sperabat nō inuenit sicut contigit illi qui sperat in homine. Nec aūt spes non confundit que est in deo qui nec fallit nec fallere potest. In psalmo. In te sperauerūt: et nō sunt cōfusi. Item deus meus in te cōfido non erubescā. Item in te dñe sperauī nō confun. in eter. Eccle. x. Nullus sperauit in eo et cōfusus est. Falsitatis est non prestare fulcimentū innitenti. Sed veritatis est non negare fulcimentū innitenti. Unde cū dñs veritas sit innitenti sibi se non subtrahit. ¶ Quarto q⁹ spes est velut arbor sita in optimo loco adherēs diuine bonitati vnde habundāter sentit effectus eius. Treū. iij. Bonus est dñs sperantibus in eū. Spes est iuxta fontē diuie mie: ideo misericordie diuine beneficia nō cessant influere ei. Dauid. In misericordia tua speraui. Item sperantem in domino misericordia circūda. Item fiat misericordia tua sup nos q̄ ad. sper. in. te. Item oculi dñi super metuētes eū et in eis qui sperant super misericordia eius. Et iterū. Ego aūt sicut oliua fructifera speraui in misericordia dei mei in eternū. Spes arbor bñdicta est fructus vberes habēs cū a misericordia dei habundāter irrigetur. Jer. xvij. Benedictus vir qui confidit in dño. Et subdit: erit q̄si lignū q⁹ trāsplātatur super aquas q⁹ ad humorē mittit radices suas: et nō timebit cū cū veneri estus. ps. erit tanq̄ lignum quod planta-

tñ est secus decursus aquarū. ¶ Quinto cōmendabilis ē spes a multiplici suo effectu. Effect⁹ vnus ipsi est securitas. Bauid In deo sperabo nō timebo qd faciat mihi hō. Merito securus est sperans in dño ptector eni est dñs omniū sperātiū in se. Bauid. Dñs ptector vite mee a quo trepidabo dñs sperāti in se pro muro est vndiqz. Bauid. Dñs i circuitu populi sui dñs est ei turris fortissima Proue. xviij. Turris fortissima nomē dñi. Ad ipsū cō fugit iustus ⁊ exaltabit. Nomē dñi filius dei dicitur. Isa. xxx. Ecce nomē dñi venit de lōginquo. Ipse etiā est sperantibus in se altissimū refugiuz. Ipse etiā est ei vbs fortitudis. Isa. xxvi. Urbs fortitudis nr̄e syon saluator. Ponet in ea murus: ⁊ añ murale murus est virtus diuinitatis. Añ murale meritū hūanitatis vtrūqz facit ad securitatē nostrā. ¶ Itē spes meret intelligentiā ⁊ dei auxilium. De pmo. Sap. iij. Qui cōfidūt in eo intelligūt veritatē. Prouer. xvij. Dicit de expectāte futura bona Quocunqz se vertit prudenter intelligit. Agnoscit etiā aduersa diligētib⁹ deū cooperari in bonū. De secūdo in ps. In ipso sperauit cor meū ⁊ adiutus sum. ¶ Itez spes liberat vel tribulationez amouendo vt⁹ i susana. Daniel. xiij. Que flens suspexit ad celū. Erat enim cor ei⁹ fiduciā hūs in dño: ⁊ in ps. legit. In te sperauerūt patres nostri: sperauerunt: ⁊ liberasti eos: vel liberat patientiā merēdo. q modus liberationis melior est. Bre. Melius liberat: cū patientiā dat. Spes patienter facit portari onus pñtis miserie Esa. xlix. Vidit requiē qz esset bona ⁊ terram qz esset optima ⁊ suppposuit humerū suuz ad portandū. i. Mach. vij. Mater percū tes. vij. filios sub vni⁹ diei tpe cōspiciēs bono aio ferebat ppter spē quā in deum habebat. Et Act. xxviij. Propter spē isrl cathena circūdatus sum. Greg. in moralib⁹. Ille bene nouit in exterioribus⁹ miserijs subsistere q scit de spe in eterna semp gaudere. ¶ Item spes saluat. In psalmo Qui saluos faē sperātes. Prouer. ij. Qui sperat in dño saluabit. Ro. ix. Spe. n. salui facti sum⁹. ¶ Itē spes colūna est totū spūale edificiū sustentās: qua deficiēte spirituale edificiū corruit: ⁊ mēs in baratrū desperatiōis cecidit. Nec colūna in caym defecit cū dño sit. Esa. iiij. maior est iniquitas mea q̄ vt veniaz merear. ¶ Item spes galea salutis est caput interioris hois s. intentionē illesam custodiēs. i. Thi. vi. Induti galeā spem salutis. Spes etiā anchora est animā seruans nc a procellis tēptationū adeo irrūpatur. Heb. vi. Dicit apl̄us loquēs de spe quā sicut anchoraz habem⁹ aie tutā ac firmā. Glo. Augu. Si videris fluctuare in mari isto noli abrūpi ab anchora anteqz ires in portū. Fluctuat nauis in anchoris: sed non longe a terra ptcitur: nec in eternū fluctuabit: ⁊ si ad tēpus fluctuat. Itē spes hominē fortem efficit. Isa. xxx. In silentio ⁊ in spe erit fortitudo nature. Fortitudinē in qua ppria in fortitudinē diuinā. Felix cōmutatio ista quā facit q sperat in dño. Dum eniz de viribus suis diffidit: ⁊ de adiutorio dei cōfidit quasi ppria fortitudine se exuit: ⁊ dei fortitudine se induit. Dei eniz adiutorium paratū est ei ppt de ipso cōfidit. h super cant. nil oipotentiā verbi clarioē reddit q̄z q oipotentes facit oēs q in se sperant. Beniqz oia possibilia credēti. Idē in sermonib⁹ quatenus in bonis dñi fiducie pedē ponere teris eatenus posidebis. ¶ Itē spes baculus est valde necessarius peregrinationibus in via pr̄esentis vite. Qui huic baculo initit̄ur non corruit. Ja. ps. non derelinquet omnes q sperant in eo. Itē nō fatigant vel debilitant. Isa. xl. Dicit̄ur de sperantibus in domino. Assumēt pennas vt agle: current ⁊ nō laborabunt: ambulabūt: ⁊ nō deficient. Ja. ps. Sperans in domino nō infirmabor. ¶ Item spes in possessione. regni celestis animā ante tempus quodāmodo introducit: vnde ad Hebr. vi. dicit apo. Spē incedentē vsqz ad interiora velaminis: ⁊ dicitur illud Psalmis. Spera in domino. Dicit Glo. Spes est introitus fidei. ⁊ dicit in Glo. Per spem enī intratur ad vidēdum illud quod creditur. ¶ Spei fit promissio ila. Isa. lviij. Sustollam te super altitudinē terre. ⁊ cibabo te hereditate patris tui Iacob. ¶ Cōuersatio spei in celis iuxta verbū apostoli. Phil. tertio. Ipsa nobis existentibus in hac vita mortali imortalitatez attigit. Sapien. iij. Si cora hominibus tormēta passi sunt: spes illoruz immortalitate ple-

na est. ¶ Spes in eternitate animaz erigit: z idcirco nulla mala sentit exterius q tolerat iuxta verbū. Grego. In moz alibus. Spes in presenti tempoze quod est: quedam vigilia solēnitas eterne nō ieiunat: sed quasi inge cōmunū celebrat cum securitate habeat: vt prius ostensum est. Secura eni mens quasi inge cōmunum. Prouer. decimoqnto. ¶ Spes est de illis tribus: q̄ vidit. Ezech. in libro. ij. Scripta. s. carmen sibi assumit lamētationes relin quēs dono scientie: z pietatis: z nō dono timoris. Ipsa est cui dominus dedit in nocte carmia. Job. xxxv. Nocte in q̄ presentis aduersitatis. In psalmo. In die mandauit dominus miam suam: z nocte canticum eius. ¶ Spes in hyeme p̄sentis exilij habet quasi vernuz tēpus. Ipsa enim nos in aduersis ridere facit. Juxta verbum. Augusti. Ipsa facit nos gaudere inter dolores: animus aūt gaudens etatez floridā facit. Prouer. vij. de gaudio eius legitur. Ro. duodecio. Spe gaudentes. z Math. quinto. Gaudete z exultate: qa nomina vestra scripta sunt in celis. Prouer. x. Expectatio iustoz̄ letitia. Gauduz vero ipsius cōmuniter dicitur gaudiū spei: z nonduz rei. Et est ex certa expectatōe glie repromisse. ¶ Aliud est gaudiū qō de presentia bonoz de qbus dignum est gaudere. Gaudiū spei est sicut arra eterni premij z preordinatio future suauitatis. ¶ Spei concessum est: intrare in ortū voluptatis: z inde auferre odores ad cōdiendā amaritudinez presentis aduersitatis. ¶ Spes inter ob propria gloriat. Ro. v. Gloriamur in spe glorie filioz̄ dei. Ipsa in deserto mundi delicijs affluit. Cant. vlti. Que ē ista que ascendit de deserto delicijs affluens. Eccles. ij. Qui timetis dñm sperate in illuz z in oblectatiōe veniet vobis mia. Ipsa dāna temporaliū rerum nō reputat. Ad hēb. x. Rapinā bonoz̄ vestroz̄ cū gaudio suscepistis cognoscentes nos habere meliorē z manentē substantiam. ipsa est que dicit in p̄s. Quid mihi est in celo z a te qd volui super terrā. Ipa est in labore reges: in estu tribulationū tēperies: in fletu solatiuz. de eius solatio legitur ad Heb. vi. Ut fortissimū solatiū habeam? qui cōfugimus ad tenendā spē ꝓpositā. Dauid. hec me cōsolata est in humilitate mea. ¶ Et notandū q̄ non est oino idē gauduz z solatiū. Qui eni cōsolatur nō ex toto a tristicia est imunis. Sed quasi mixturā in se patitur dum mala mie coz eius pungunt. tunc bona vngunt. Prouer. xxvij. Unguento z varijs odoribus delectat coz: z bonis amici cōsilijs dulcoratur. Cōsolatio (per ē dolcis aut timoris aut alterius affligētis affectionis repressio vel mitigatio: spe diuini cōsilij vl auxilij vel alteri? beneficij. Spei est verbū illud. Je. xxxi. Quiescat vox tua a ploratu z oculi tui a lacrymis: q̄ est merces opi tuo Si merces modica laboz̄ mercenarij tolerabilē reddit qd facere debet seruis dei merces eterna. Ja. v. Agricola expectat preciosum fructū terre patiēter ferens. Interim. Si ille pro fructu terre qué sperat tā patiēter expecat quāto magis nos pro celesti: Spes est gemma: gratissima. Prouer. xvij. Gēma gratissima expectatio p̄stolantis prestolans. i. de longe expectans est q bona eterna expectat. Expectatio eni eius que est. Spes gēma gratissima est z ꝓpter preciositatē: z qa spes ad modū gēme per lucida est z para visui interiori vt per eā videātur celestia bona. Spes elisos z pstratos erigit. Prouerbi. xxix. Qui sperat in dño salua bitur. Ipsa vires reparat. Sicut eni aligs timoze succūbendi hostibus nihil rebellionis opponens: z mulier vidēs sanguinē suū vel alienū statiz stupefacta dicit totū perditū est: z totū est mortuum. Sic ex spe victorie vires homo resumit. Prouer. xxiiij. Si deseraueris'i die angustie lapsis minuet fortitudo tua. Dañ. x. In visione tua dissolute sunt cōpages mee z nihil remansit in me virium. Ald. Heb. xij. Cōfortate manus dissolutas z genua debilia roborate z Josue. i. c. Dictū est confortare z esto robustus. Eccle. vi. Ecclesia cōfortauit sapientē ꝛc. Item mola est sine qua nō sit vera cordis cōtritio. Ipsa est mola inferior que coz elevat z sustinet. Timoz vero mola est superior que coz cōterit vt ipsum cōtritū: z humiliatū deus nō despiciat. Spes ab inferiori nos fulcit ne sub pōdere tribulationū deficimus. Timoz vero a superiori nos cōprimit ne exsufflemur aut rapiamur vō

te tentationis. has duas molas cõiungit Dauid dicẽs ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo. Altera earuz non valet sine reliqua. Glo. Greg. sup deut. xxiiij. Nõ accipies loco pignoris superiorem ⁊ inferiorẽ molaz. Superior ⁊ inferior mola est. Spes ⁊ timor. Spes ad alta subuehit. timor aũt cor inferius ꝓmit. Una mola sine altera inutiliter habeẽ in peccatore. Ergo peccatori debent spes ⁊ fortitudo cõiungi. Quia incassum miaz sperat si iusticiã nõ timeat: ⁊ incassuz metuit q nõ cõfidit: loco ergo pignoris mola superior aut inferior nõ tollitur: quã q predicat peccatori tanta dispensatiõe disponere predicationẽ debet vt non relicta spe timorez subtrahat ne subtracta spe timorem relinquat. ¶ Jtẽ spes hostes nostros cõfundit. Job. vi. Cõfusi sunt quia speraui. ¶ Sexto cõmendabilis est spes a periculo sui cõtrarij. s. desperatiõis. Secũdo. Ro. ij. c. An ignoras ꝙ piculosa sit desperatio: ¶ Desperatio periculuz est a quo nõ queritꝫ exitus. Prouer. xviij. Impius cũ in profundũ vitiorũ venerit. i. ex toto se negligit. Sicut spes facit: vt naufragus in medijs brachia iactet aquis sic despatio facit vt homo in nullo se iuuet. Desperans dicit malũ verbũ ⁊ pugne totaliter cedit vt pugil victꝰ. desperans infelix est. Sicut ille qui sperat in dño beatus est. Eccle. xiiij. Felix q nõ habuit animi sui tristiciã ⁊ nõ excidit a spe sua. Desperans est velut arbor radicitus euulsa. Job. xviiij. Quasi euulse arbori abstulit spem meã. Desperatio abyssus est. a qua vix vl̃ nũq̃ est reditus. Jn ps. descendũt vsq; ad abyssos. Nulla plaga videtur esse despabilior plaga desperationis. Je. xv. Factus est dolor meus ꝑpetuus ⁊ plaga mea desperabilis. Cũ cetera peccata sint inflexiõis cordis ad maluz. peccatum desperatiõis fractura cordis est. Je. xxx. Insanabilis fractura tua pessima plaga tua

¶ De hijs quibus spes adiuuatur. iij.

Equitur de hijs qbus spes adiuuatur. ⁊ assignabimus quattuor species meditationũ seu cõsiderationũ qbus spes potest adiuuari. Prima species est directe in deũ. Secũda est circa ea que pro deo agim⁹ vel sustinemus. Tertia circa biñficia dei generalia vl̃ special ia corpea vel spiritualia. Quarta est circa suffragia sanctorũ. ¶ Primã possumus dividere in septẽ species. Quarum prima est in deũ inquãtũ creatorẽ. Naturaliter amat artifex opus suum adeo vt vix possit audire ꝙ ei detrahat. vñ verisimile ẽ ꝙ creator amet opa sua ⁊ specialiter hominẽ quẽ ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ suã creauit. Beñ. i. Sapientie. xi. Diligis oia que sunt ⁊ nihil odisti eorũ que fecisti nec eni odiẽs aliqd cõstituisti aut fecisti. Sperare ergo debet homo deo ⁊ q dedit ei vt sit ꝙ paratus sit dare ei vt bene sit. Secũda est in deũ inquãtũ dominus est. Naturaliter amant homines ea que sunt sua: ⁊ cõseruant ea ⁊ si ea perdiderint gaudẽt cũ ea recuperãt vnde verisimile est ꝙ deus velit cõseruare illos q boni sunt: ⁊ peccatores quos pdidit recuperare. Ad quod ptinent parabole de recuperatione ouis perdite ⁊ dragme pdite. Luc. xv. Ubi dicitur ita dico vobis gaudiuz erit in celo super vno peccatore penitentiã agente q̃ super nonaginta nouem iustis qui nõ indigent penitentia: ⁊ Sapientie. xi. Dicitur parcis oibus quoniaz tua sunt. Et ezech. xviij. Ecce oẽs aie mee sunt. Et quibusdã interpositis subditur nunq̃ volũtatis mee est dicit dominus impij sed vt conuertat a vijs suis ⁊ viuat. Inter homines eandẽ fidez quã debet seruꝰ domino ⁊ dominus debet seruo. Sicut infidelis est seruus si nõ seruit domino suo. Jta infidelis est dominus si nõ subueniat seruo. cũ inimici domini impugnant eũ ⁊ nõ sufficit eis resistere: ideo certissime sperare debet q ab ab hoste inuisibili impugnatur. si tẽptatio supra vires eius est: ꝙ deus ei in succursum veniat vel qa ipse negligẽs mittendo ei nunciũ orationis fuerit vel infideliter vltro se reddiderit. i. Cor. x. Fidelis deus est qui non patietur vos tẽptari supra id quod potestis sz faciet cuz tẽptatione prouentũ vt possitis sustinere. Legitur de beato martino ꝙ cũ inter alpes incidisset in latrones ⁊ vnus latronũ eũ ferire vellet alius ictũ ferẽtis cõtinuit. ⁊ cuz postea latrones quererẽt ab eo an timuisset dixit se nunq̃ magis securũ fuisse qa sciebat misericordẽ deũ maxime in temptationibus affuturum. Ber. Cum

sentio te fratū tunc spero te propitiū ga cū frat⁹ fueris mie recordaberis. Tertia cōsideratio est bonitatis diuine cui cum summa sit sūme placet bonitas summe displicet malicia. Unde verisimile est q parata sit iuuare eos qui volūt malicias deserere ⁊ bonitati adherere. Sap̄.xiij. Odio sunt deo impius ⁊ impietas eius. Et Eccle.xij. Altissimus odio habz pecca tores. Et Prouer.xij. Qui bonus est au riet gratiā a dño. Quarta est cōsideratio diuine mie. Deus enī cū summe sit misericors nō minus vult miseros a miseria liberare q̄ ipi liberari. Augustin⁹ loquēs de illo verbo petite ⁊ acci. Nō tm̄ inquit hortaretur vt peterem⁹ nisi dare vellet. Erubescat hūana pigricia plus vult ipse dare q̄ nos accipere. plus vult ipse misereri q̄ nos a miseria liberari. Misericor dia dei quādoqz offert peccatori etiaz q peccator petere nō audet: vt ostendit Augustinus in latrone qui domino ait: memēto mei cuz ve. in re. tuum. Luc.xxiij. Cōsiderabat inquit fa. inora sua ⁊ pro magno habebat si vel ei in fine parcere tur. dominus aūt cōtinuo dicit hodie me cū. e. in. p. Misericordia obtulit q miseria distulit. Augustinus in lib. confes. domine vna est spes vna fiducia vna firma promissio mia tua. Dauid Domie in misericordia tua speraui. Itē melior est misericordia tua sup vitas. ber. super cant. Deum meritū miseratio domini. Non plane sum meriti inops. q̄dū ille misera tor assuerit. ¶ Tres alias species cōsiderationis in deū meruit. b. in sermone illo. Misericordias domini in eternū cantabo. Tria inquit considero in qbus tota spes mea cōsistit. Charitatez adoptationis. veritatē promissionis: potestatez redditionis. Idē scio cui credidi ⁊ certus suz: qa in charitate nimia adoptauit me: qa verax in promissione quia potens in exhibitione hic est funiculus triplex qui difficile rumpitur qué nob a patria nostra in hūc carcerē dimissuz firmiter obsecro teneamus vt nosipse subleuet trahat ⁊ pertrahat vsqz ad cōspectum. gkie magni de. Be charitate adoptionis. Legitur. i. Jo. iij. Uidete qualē charitatē dedit nobis deus pater vt filij dei nominemur ⁊ sumus Multū debet monere homines ad hoc q̄ de deo sperēt hoc q̄ deus pater eorū est. Ubi loquēs de dominica orne. Adhi inquit dictat oratio cuius principiū dulce nomine paterno sequentiū petitionū obtinendarū prestat fiduciam ⁊ Glo. Aug. vi. Sup hoc nomē pater. In hoc inqt datur fiducia. Quod negatur filijs qui dedit iam q pater est. Et Luc.xi. Si vos cū sitis mali nostis bona data dare filijs vestris quanto magis pater noster celestis dabit spiritū bonū petentibus se. ¶ Ad hāc cōsiderationē pertinet parabola de filio prodigo. Luc.xv. Ubi filius ad patrē rediēs cum osculo ⁊ amplexu recipitur solemne conuiuiū celebratur. Simphonia cū choro auditur. ⁊ subdit pater miarū epulari ⁊ gaudere oportebat qa frater tuus mortuus fuerat ⁊ reuixit: perierat: ⁊ inuentus est. Ad eandem cōsiderationē pertinet illud. Aug. vi. Nolite solliciti esse dicētes qd manducabimus aut quid bibem⁹ aut quo operiemur. scit enim pater noster q hijs oībus indigetis. Cuz natura doceat aialia bruta vt puideant fetibus suis: ⁊ natura lis ratio dictet hominibus vt puideant filijs suis. Uerisimile est q pater celestis nō desit filijs suis consilio eius ⁊ auxilio indigentibus. Promissiōes etiā dei que mentiri nō possunt que in scriptura cōtinentur multū possunt iuuare spē. Dauid memor esto verbi tui. s. t. i. q. m. s. d. Ro. xv. Ut per patientiā ⁊ consolationez scripturarum spem habeamus. Itē potestas dei cōsiderata multū potest spem iuuare cui eque facile est liberare a magnis periculis vt a paruis ⁊ saluare in paucis sicut in multis ⁊ solo verbo potest implere promissiones suas. Eccle.viij. Sermo illius potestate plen⁹ est. ¶ Segtur de illa specie considerationis que est circa illa que pro deo agimus vel sustinem⁹ bona opa que facimus cōsiderata specie inuāt vnde in p̄s. Sacrificate. sacri. i. ⁊. spe. in. domino. Sic potest homo sperare in domino si sacrificiū iustitie prius obtulerit. Tit. ij. Sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo: ex. be. s. Greg. In moralibus. Cū opus crescit premij fiducia pficit securus est de re qui bonū pignus apud se habet. Sic securi sunt de regno futuro. q habēt pignus spiritus. s. xi. Cor. i. Qui

dedit pignus spēcie in cordibus nostris. Ad hoc. Eph. i. qui est pignus hereditatis nostre. ¶ Jte secure est qui habet bona opera quasi quedam pignora. Greg. In moralibus. Sancti viri quot labores nūc veritati cōmendantes exhibēt tot tā remunerationis sue pignora inter spei cubiculū clausa tenēt: securus esse potest de regno futuro cui tā in presenti datum est super seipm regnare. Ber. non est via ad regnū sine primitijs regni: nec spare pōt celeste regnū cui non super propria mēbra adhuc regnare donat: mala etiaz que pro deo sustinem⁹ cōsiderata specie adiuuāt. Ro. v. Tribulatio patiētiā operatur: patiētia pbationez pbatio aūt spez. Greg. in moralibus. Bonorū mens quo duriora pro veritate tolerat eo eternitatis premia certius sperat. Jdē tanto spes in deuz solidior surgit quāto pro eo quis ꝯ graniora pertulerit. Bene. Uires animi nunq̄ certaz fiduciā dare possunt nisi cū multe difficultates hinc z illinc apparuerit z aliquādo ꝓpius accesserint. Jlle qui fudit sanguinē suū⁹ cuius dentes crepuerunt sub pugno cū magna spe descēdit ad pugnā. Adultuz adsit sibi virtus lacessita. ij. Certus est de re que venalis est que vel qui pretiū habet apud se. Sic certus est de regno futuro q multas tribulationes sustinuit pro xpo qb⁹ regnuz celorum emitur. Act. decimoquarto. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei. Math. v. Beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiā qm ipsor est regnū celorum. ¶ Et notandū ꝙ cū bona que pro deo agimus vel mala que sustinemus ea dei gre attribuere debem⁹ exēplo pauli. Dicentis. i. Cor. decimoquinto. Habundātius illis oibus. laborani non ego aūt sed gratia dei mecū. ¶ Sequitur de illa specie cōsideratio nis que est circa dei beneficia quā possumus distinguere in quatuor species. Prima est circa beneficia generalia z spiritualia vt est redemptio mūdi z alia bñficia generalia que ad salutē humani generis pertinent. Ad hanc cōsiderationez pertinet illud. Ro. viij. Qui proprio filio suo nō pepercit sed pro nobis oibus donauit illū quomodo nō cū illo oia dona vit nobis. z Thitū. ij. Qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab oi iniquitate. Ber. domine qd est homo q innotuisti ei. a. f. h. q. re. e. Beniqz mittis vnigenitū: immittis spiritū tuū: promittis etiā vultū tuū. Et ne quid vacet in celestibus ab opera sollicitudinis nre etiaz illos bonos vel beatos spiritus propter nos mittis in ministerium. Jté. B. super illud. cant. xi. colūba mea in foraminib⁹ petre. Clauus penetrās: clauus referans factus est mihi vt videaz voluntatē dñi. Qui enīz videā p foramē. Clamat clau⁹ clamat vulnus. Jdeo patet archanū cordis per foramina corporis patet illū magnum pietatis sacramentū patent viscera mie in qbus visitauit nos oriens. Jdē in quo clarius q̄ mulieribus tuis fluxisset ꝙ tu domine suauis z mittis z multe mie. Maiorē enīz miserationē nemo habet q̄ vt animā suam ponat quis pro addictis z damnatis. ¶ Secūda cōsideratio est circa beneficia spiritualia particularia ad qō pertinet illud. ber. sup cant. oino inquit ꝓpter mansuetudinem que in te predicatur currimus post te domie iesu audiētes ꝙ nō sperans pauperē peccatorē nō honeas. Nō obmutisti cōfidentem latronē. Nō lachrimātē peccatricē. Nō cananeā supplicantē. Nō deprehensam in adulterio non sedentē in tholoneo nō supplicantē publicanū nō negātem discipulū non persecutorē discipulorum nō ipsos crucifixores tuos. In odorez vnguentorū horū currimus. ¶ Tertia cōsideratio est circa beneficia generalia corporalia vt est creatio mūdi gubernatio sustentatio. Ad hanc cōsiderationem pertinet illud. Math. vi. Respicite volatilia celi que non metūt neqz serunt neqz cōgregāt in horrea z pr nr celestis pascit ea. Nonne vos magis plures estis illis? Et post de vestimento quid solliciti estis considerate lilia agri ꝛc. ¶ Quarta cōsideratio est circa beneficia corporalia z spiritualia de quibus in scriptura legitur. vt est cōuersatio trium puerorum in fornace. Dan. tertio. Et liberatio susane. Eiusdem. decimotertio. ¶ Segtur de illa specie cōsiderationis que est circa merita sanctorū vel suffragia. Quā in quatuor species diuidere possumus. ¶ Pria est circa mediatorez dei z hominū xpm

lesuz. ¶ Secūda est circa media tricesimā scilicet beatā virginē. ¶ Tertia circa angelos. ¶ Quarta circa sanctos. ¶ Pria multū spem roborat ad quā pertinēt auctoritates sacre scripture. Ber. sup cant. Puto iam spernere me nō potuerit xps os de ossib⁹ meis: ⁊ caro de carne mea. Aug. in li. de ciui. dei. Gratia ingt dei nō ponit gratus cōmendari: q̄ vt ipse vnicus dei filius in se incōmutabiliter manens induceret hominē ⁊ spem dilectionis sue daret hominibus homie medio quo ad illuz ab hominibus veniretur q taz longe erat. Justus ab impijs beat⁹ a miseris. G. prebet apud deuz homini fiducia deus homo est nobis spes magna penitētibus qa aduocatus noster factus est iudex noster. i. Jo. ij. Si qs peccauerit aduocatū habem⁹ apud patrē iesum xp̄m iustū: ⁊ ipse est ppiciatio pro peccatis nostris. Ro. viij. Qui est ad dexteraz dei qui etiaz interpellat pro nobis. Ipse p̄m q hō postulat p̄m q̄ dē dat. Dauid accepisti dona in hominibus: xps dicit accipere dona in hominibus. qa merito ei dātur ecclesie dona carismatū. Unde ecclesia in fine orationū petit orationez suam exaudiri per dñm suuz iesum xp̄z. ⁊ ad Heb. vij. Dicitur de ipso q in ppetuū saluare pōt accedēs per semetipsuz ad deū semper viuēs ad interpellanduz pro nobis. Eiusdez. xi. Jesus intrauit in ipsum tēplū vt appareat vultui dñi pro nobis Jn. ps. respice in facie xp̄i tui. Respiciens de⁹ pater q̄ care ecclesie cōstituit filio suo p̄cit ecclesie. Jtē in spalmo. Scitote qm̄ mirificauit dñs. s. su. d. ex. m. c. clad. Et sup illud ps. Saluum fac populum tuum dicit. Glo. Ecce quanta spes credentium eum pro eis orat passus pro eis ⁊ iudex etiam aduocatus est.

¶ Quod cōsideratio virginis suffragij iuuat spem.

Consideratio etiā mediatricis nostre multā fiduciā nobis pōt dare Ipsa enim est dulcedo: ⁊ spes nostra vbi cantat ecclesia. Ipsa est mater scē pet. In ipsa est gratia oīs vite ⁊ veritatis: ⁊ oēs spes vite ⁊ virtutis. Ec. xiiij. Et al hāc cōsideratiōē: ⁊ ad p̄cedentē p̄tinet illud. B. Secur habes accessuz o hō ad deū: vbi hēs filiū añ patrē: ⁊ añ filiū matrē. Filius oñdit p̄ cicatrices ⁊ vulnera. Pater oñdit filio pectus ⁊ vbera: nec vlla pōt esse repulsa vbi tot caritatis occurrunt insignia. beata virgo tronus gr̄e in qua. s. fons gr̄e quieuit. Heb. iiij. Adeamus cū fiducia thronū gr̄e eius vt miam consequamur. Jero. xiiij. Solij glorie tue recordare: ⁊ ne irritū facies fedus tuū nobiscū. Soliū glorie est btā virgo. Ipsa enim thronus eburneus de quo. iiij. Ro. x. Et. ij. Paral. ix. Ipsa est stella maris. Luc. i. Et nomē v̄ginis maria qđ interpretat stella maris: ipsa naufragantes in mari huius mūdi cū aliō cōsiliuz ⁊ auxiliū deficit: ad portū salutis dirigit. Sicut est: quedaz stella que naufragātes in mari visibili cū tēpus obscurū est ad portū dirigit. b. super illud euangelium missus est angelus gabriel. Si insurgūt ingt venti tēptationū. si incurris scopulos tribulationū respice stellaz voca mariā ⁊ paulo post in periculis in angustijs in rebus dubijs mariā cogita. mariaz inuoca non recedat a corde nō recedat ab ore: ⁊ vt ipetres eius auxiliuz nō deseras cōuersationis exemplū: ipsam sequēs nō deuias: ipsam rogans nō desperas: ipsa cogitās nō erras. ipsa tenēte nō corruis. ipsa protegēte nō metuis. ipsa duce non fatigaris. Ipsa propicia puenis: ⁊ sic in temetipso experiris q̄ merito dictuz sit: ⁊ nomen virginis maria. Ipsa data est mūdo quasi aqueductus per quē gratie a deo descendāt. Eccle. vigesimoquarto. Sicut aqueductus erimi a paradiso. b. loquens de ipsa vehemētia inquit desiderij feruorē deuotionis puritatē oratiōis fontē attigit pietatis vt hauriret sup angelos q̄ refunderet hominibus aquā viam. Idē propterea tanto tēpore fluenta gratie defuerunt: qa nōduz intercesserat aqueductus. ipsa est collū caput ecclesie. s. xp̄m corpori eius cōiungens. Qui ipsi per amorem nō adhereret nō adherebit capiti: sicut nec corp⁹ adheret capiti collo ammoto. Cant. septo. Collus tuū sicut turris eburnea. Collū est beata v̄go quātum ad meditationē. turris vero est: quātum ad defensionē. ipsa est etiā virga directionis errātes in via presentis vite salubriter dirigens. Jtez est virga insignis clemētie a vero assuero mundo extenta.

Hester.iiij. Assuerus interpretatur beatitudo. Ipsa est virga moysi a pharaone infernali: ⁊ eius exercitu israelitas liberãs. Exo. decimoquarto. Et cordibus aridis ⁊ duris aquã deuotionis prouidens. Numer. xx. Ipa est virga de radice iesse egressa. i. de incendio diuini amoris Isa. vndecimo. Jesse enim ⁊c. interpretatur incendiuz ex magnitudine diuini amoris fuit q̃ deus dedit mundo beatã virginẽ: que occasione peccatorũ habet gratiam quã habet apud deũ. Nunq̃ enim fuisset mater dei nisi peccatores fuissent: ga nõ fuisset necesse. Ideo parata est eã expẽdere in pctores. Uñ secure pctores possunt ad eam accedere tanq̃ ad suã quodãmõ ga sibi datã. Aug. in oionem ad beatam mariã. O maria inqt multũ audeo multũ gaudeo multũ gaudiũ multã mihi tacit audatiaz mira loquar sed sic est. Nos enim tibi teqz nobis mira vicissitudo cõferat: vt. s. pro nobis hẽas id esse qđ es. Nos vero per te id esse sumus. Si enim nulla precessisset nostra trãgressio nõ esset secuta nostra redemptio. Et si necessariũ nõ esset redimi nõ esset necessariuz te parere redẽptorem. vt qd eni nescitũ peccati pro peccatorib⁹ pareres si deesset q peccasset. Ut qd mater fieres Saluatoris si nulla indigẽtia esset salutis. ℂ Jtẽ est virga que florẽ nouũ protulit. ⁊ fructuz sufficientẽ ad mũdi redemptionez ⁊ ad electorũ eternã refectionez. Ipsa est que mestis cõsolationis vinuz potdet. Jo. ij. Uinuz ait ipsa filio suo non habẽt. Ipsa ẽ dei cellaria. de qua familia dei merito gaudet. Cant. i. Introduxit me rex in cellaria sua ⁊ subditur in psona fidelitũ exultabim⁹ ⁊ letabimur in te. ℂ Ipsa est aurora furibus infernalibus tremebũda. Cant. vi. Que est ista que pgreditur q̃si aurora cõsurgens. Job. xxiiij. Si subito apparuerit aurora arbitrãtur vmbram mortis. Ipa pulchra vt luna. Cãt. vi. Luminare est noctis lucẽs eis que sunt in nocte peti. Ipa est mediatrix luminis luna recepit lumẽ a sole ⁊ dat mũdo. Cum mũdus ppter aliqđ interpositũ sibi ⁊ soli nõ põt illum recipere a sole. Sic beata virgo lumẽ gratie recipit cũ mũdus nõ esset dignus illud recipe. Ber. cum tu dignus nõ eras cui filius dei dareꝛ dat⁹ est ⁊ marie vt per eã acciperes qcqd haberes. Ipsa ppinqua valde est peccatoribus sicut luna inter planetas ppinquior est terre. ℂ Pulchritudo eius est vt pulchritudo inne ga hijs qui sunt in nocte peccati pulchra cõparet ppter magnitudiné mie sue ad quã tales maxime habeant oculos. Eccle. xxiiij. Sicut oliua speciosa in cãpis. Cãt. iiij. Pulchriora sunt vbera tua vino. Ber. in sermonibus nos qdẽ inquit in ceteris virtutibus ꝙgaudemus tibi. Sed in mia nia post nobis ipsis laudamus virginitatẽ humilitatem miramur. Sed mia misericordia dulcius hanc amplectimur caritas recordamur sepius crebrius inuocamus. hec est eni que totiꝰ mũdi reparationẽ obtinuit salutẽ oium impetrauit. Cõstat eniz pro vniuerso genere humano fuisse solicitãcuí dictũ est. Ne timeas maria inuenisti gratiã quã querebas. Quis eni mie tue benedicta longitudiné ⁊ latitudinez ⁊ sublimitatẽ ⁊ profundũ queat inuestigare? Nã longitudo eius vsqz in diẽ nouissimuz inuocãtibus eã vniuersis subuenit. Latitudo replet orbẽ terrarũ vt tua mia quoqz est plena ois terra. Sic ⁊ sublimitas eius cuitatis superne inuenit restauratiné. ⁊ profundũ eius sedẽtibus in tenebris ⁊ vmbra mortis obtinuit redemptioné. Parte enim celũ impletã est. Infernus euacuatus. Instaurate ruine celestis ierusalem expectãtibus miseris vita pdita data. Sic potentissima ⁊ pijssima charitas ⁊ affectus cõpatiendi habundat: effectus que locuplex i vtroqz. ℂ Ad hũc igitur fontẽ sitibũda ppereꝛ aia nostra. Ad hũc viuere tumultũ tota sollicitudine miseria nostra recurrat. Jdẽ silent miam tuaz virgo beata si qs est qui nuocatã eam in necessitatibus sibi mentnerit defuisse. Misericordia eius nõ defuit etiaz theophilo. ℂ Fuit theophilus in quadã vrbiũ. sicilie taz prudẽter. ⁊ pfi liter res ecclesiasticas dispẽsans q̃ cum mortuo epõ dignũ epãtu ois populus acclamauit. At ille ꝙtemptus se in domnus tu alium maluit ordinari cpm. Al que ab honore suo iniuste depositꝰ ad tantãpacientiã deuenit vt cõducto quodã nagohebreo ad recuperãdũ honorẽ suũ opez quereret a principe demoniorum: quo

tussus est negare filiū dei ⁊ matrez eius eū omni ꝓposito xp̄iani ⁊ ipsā abnegationē scribere ⁊ abnegationē tradere. ⁊ sic eiꝰ seruitio se addixit. qui i crastinū recuperato honore suo non multū post reuersus ad se in ecclesia bt̄e marie oi penitētia se affligens primo sibi pīā matrē dei recōciliauit. deꝫ sibi apparēte abrenūtians diabolo xp̄m filium verū dei ex maria virgine natū ⁊ oē xp̄iani ꝓpositū profitens per eā ⁊ xp̄i filij eius gratiā recuperauit. Et ad iudicū iduite sibi venie rursuz ei dormiēti apparens xp̄i matter etiā scriptū abrenūtiationis quod signatuz diabolo dederat sup pectus eius reposuit. Quo theophilus recepto i crastinū die dominico coram ipso ⁊ oi ecclesia pandēs ordinē rei oēs ad stupoꝛez ⁊ laudē dei ⁊ genitricis xp̄i marie cōmouit. Et in eodem loco quo sibi pia virgo apparuit peritās ibidē post triduū mortuus est ⁊ sepultus. ¶ Itez beata virgo est electa vt sol. Cant. vi. Sicut enim sol est luminare par sibi nō habēs toti mūdo sufficiens. Sic bt̄a virgo nec primaz similē visa est nec habere sequentē. Ipa lucet fulgore miraculoꝝ vbiqꝫ terraruz. Non sic alij Sancti qui aliquot annis post transituz suū fulserant miraculis ⁊ h̄ in specialib⁹ locis. Suffragia vero beate virginis vsqꝫ in diē iudicij non cessabunt. Eccle. xxiiij. Usqꝫ ad futurū seculū nō desinam. ¶ Ipsa est terribilis hostibus infernalibus vt castroꝝ acies ordinata. Cant. vi. Ideo fideles in temptationibus suis frequēter debēt eaz inuocare. Ipsa est mulier cōterens caput serpētis infernalis. Gen. iij. Sed sunt qui videntur velle ꝙ ipsa cōterat caudā qui nō in principio temptationis eam inuocant. ¶ Ipsa est archa testamēti. Eo. xxv. In hac archa posuit dñs thesaurum quem mūdo contulit. Ad hanc archā recurrit ecclesia in necessitatib⁹ suis. Ipsa est archa non solū plena sed etiam sup plena. ber. super illud. Spūs. s. superueniet in te. Cur in eā inquit tā plenā superuenturū asserit spiritū. s. nisi vt aduenīēte spiritu plena sibi ipso quoqꝫ superueniente nobis sup plena. i. super effluens fieret. Ipsa preter coronā quā sibi meruit: meruit etiā peccatoribus ad eā recurrētibus ꝓpiationez. Unde sup coronam arche fuit ꝓpiatoriuꝫ. Ipsa est mulier gratiosa inuenīēs gloriā hys pro ḡbus eam querere voluerint. Prouer. xi. Ipsa etiaz est mulier bona de qua. Prouerbi. xviij. Qui inuenit mulierem bonam inueniet bonum ⁊ hauriet iocunditatem a domino. Anteq̄ ipta esset magna fuit penuria bonoꝝ spūalium in mundo. Eccle. xxvi. Ubi non est mulier ingemiscit eger. Ipsa est mater non solum filij dei naturalis sed etiam oīum filioruz dei per gratiam. Unde ꝙ dominus dixit discipulo quem diligebat de ipa. Ecce mater tua Jo. xix. Intelligendū est de quolibet quez christus diligit. Et Cant. viij. Quis mater vocatur qs mihi det te fratrē meuz sugentem vbera matris mee. s. marie. Ideo frequēter dicendū est ei illud quod cāt ecclesia. Monstra te esse matrē. Indigebat mūdus matre ꝓpter prauitatē pusillanimitatis ⁊ defectuū multiplicitatē. Ipa adiutrix pusillanimū. Un dicit ei ecclia iuua pusillanimes. Nolite timere pusillꝰ grex qa cōplacuit patri nr̄e dare nobis regnū. Ipa est mr̄ mie. b. qui misereri nō poterit mater oīpotētie. qñ misereri nollet mater mie. Idē reuolue totā seriez euangelij ⁊ si qd asperum si qd durū inueneris in maria deinceps eā suspectaz habeas ⁊ ad eam accedere verearis. Ipsa est mater pulchre dilectionis. Eccle. xxiiij. Nō amans filios suos fatuo amore vt alique mr̄es faciunt. Ipsa omnes filios dei q sunt in mūdo isto q̄si gestat in viscerib⁹ pietatis exhibēs eis vbera cōsolatiōis. Cant. iiij. Pulchre sunt mamme tue. In eodem pulchriora sunt vberatua vino. Itē sicut christus est hostiū regni celoruz. Jo. vii. Ita ipsa ē fenestra ipsius. Un cāt ecclesia. Intrēt vt astra flebiles celi fenestre facti es. Ipsa significata ē per fenestraz arche quā hebrei dicūt fuisse cristallinaz per quā h̄ūit transitū colūba q̄ cessationez diluuii indicauit spez salutis attulit. Ipsa ē fons iter ecclesie irrigans ⁊ fecundū reddens. Cant. iiij. Fons ortoruz ⁊c. Fons in vallibus inuenitur ⁊ bt̄a virgo humilibus est familiaris loca fonti vicina florida solent esse ⁊ viridia sic familiares beate virginis floreant virtutibus ⁊ virent bonis operibus. Eccle. xl. Super

omnem aquã viriditas. ¶ Sequitur de illa specie ꝯsiderationis que est circa angelos. ad quaz pertinent illa verba sacre scripture que nobis indicãt beniuolẽtiã vel beneficentiam angelorũ vt est illud. Luc. xv. Gaudium est oĩbus angelis dei super vno peccatore penitentiã agẽte: ⁊ illud ps. Angelis suis deus. m. d. t. u. c. t. i. o. v. t. ber. loquens de hoc verbo. quãtã inquit debet tibi hoc verbũ inferre reuerentiaz ferre deuotionẽ cõferre fiduciaz. Reuerentiã pro presentia. deuotionẽ pro beniuolẽtia: fiduciã pro custodia. Idem quicquid sub tãtis custodibus timeam⁹ nec superari nec seduci. Dinus aũt seduere possunt. Fideles sunt prudẽtes sunt. Quid trepidamus. tãtuz sequamur eos adhereamus eis. ⁊ in protectione dei celi cõmorabimur. Jer. Magna est dignitas animaruz vt vna quecz habeat ab ortũ natiuitatis in custodiã sui angelũ delegatum. ber. loquens de illo verbo. Isa. lxij. Super muros tuos ierusalem cõstitui custodes benignus es inquit dñe qui non es cõtemptus nostrorũ fragilitate murorũ sed ipsis hominũ custodibus angelicam custodiã supponis. Ad eandẽ considerationem pertinet illud. Math. xviij. Videte ne contemnatis vnuz ex pusillis istis. Angeli enim eorũ. s. u. s. p. q. i. c. est. Itẽ illud. Heb. i. Nõne oĩs administratorij specie. in ministeriũ missi ꝓpter eos q hereditatẽ capiunt salutis. ij. Exo. xxiij. Ecce ego mitto angeluz meuz q precedat te ⁊ custodiat in via ⁊ introducat ad locum quez parauí. Tho. v. Angelus dñi cõmittetur vobiscuz. Ethusdẽ. xij. Quãdo orabas cũ lachrymis ait angel⁹ tobie ego obtuli orationẽ tuã domino. Et Luc. xvi. Factũ est vt moreretur mẽdicus ⁊ portaretur ab ãgelis in sinu abrahe. Et. Apoc. xij. Michael. ⁊ angeli eius preliabantur cũ draconе. Ber. super. Cant. vnde totuz agitur o mater ecclesia. bene tecũ agitur in loco peregrinationis tue de celo ⁊ de terra venit auxiliũ tibi. ¶ Sequitur de illa specie cõsiderationis que est circa sanctos ad quaz pertinet illud. Job quarto. Ad aliquẽ sanctorum conuertere. ⁊ illud. Psalmus. Leuaui oculos meos in montes. u. u. au. mihi. Montes spũales. Sancti sunt. ⁊ illud. ber. Triz sunt que in festiuitatibus sanctorũ vigilanter cõsiderare debem⁹. Auxiliũ sancti exẽplum et⁹ confusionem nostrã. Auxiliũ quia potẽs in terra potẽtior in celis ante faciem dñi dei sui. Si hic dũ adhuc viueret miser⁹ est peccatoribus ⁊ orauit pro eis. nũc tanto amplius quãto verius cognoscit miserias nostras orat pro nobis patrem quia beata illa patria charitatẽ ei⁹ nõ immutauit sed augmentauit ⁊ nõ induit potius sibi viscera misericordie cũ ante fontem misericordie assistit. ber. super cant. Non ambigo quin apostoli ⁊ apostolici viri tanto in morte potẽtius sponsam ꝑtegant ⁊ custodiãt quãto in ipsa ampli⁹ cõfortatus est principatus eorũ. Lũ charitas sanctorũ in via modica sit respectu charitatis eorũ in patria. Secundũ illũ Isa. xxxi. Dicit dominus cui⁹ ignis est in syon ⁊ caminus eius in hierusalem. verisimile est ꝙ sancti qui in hoc mũdo tãtum amauerũt peccatores ꝙ pro salute eorum se morti exposuerũt multum sint parati iuuare eos modo in hijs que ad salutẽ eoz pertinent nisi per culpam eorũ steterit. vnde multam debemus habere fiduciam in eis: ⁊ specialiter in illis quorũ pietatis plura argumẽta habem⁹ sicut in illis qui in hac vita mortali tegũtur fuisse pietatis eminẽtis. vt de beato nicholao legit ꝙ erat valde cõpatiẽs ⁊ sup afflictos pia gestans viscera ⁊ Beat⁹ martin⁹ dimisit palliũ pauperi ⁊ in illis gb⁹ morte iminẽte patiẽter deũ ꝓpitiũ fieri hijs qui memoriã eoz agẽt. vt beata catherina que xpo ait fac misericordiã meam agentibus memoriam. Et in hijs de quorum tumba manet oleuz ad indiciũ pietatis eoz vt de tumba beati nicholai ⁊ de tumba beate catherine.

¶ De hijs que aduersantur spei. iiij.

Sequitur de hijs q̃ spei aduersantur spei vero vident aduersarij diffidentia de deo: siue desperatio: ⁊ cõfidentia in creaturã. ¶ Desperatio hominẽ reddidit maledictũ: ⁊ protectiõe dei indignũ. Eccle. x. Ue dissolutis corde qui nõ credũt deo: ⁊ ideo nõ ꝓtegentur ab eo. Desperat⁹ est similis cayn caput cordis habet tremulũ. Uagus ⁊ ꝙ fugus est: a pcella tẽptationis a terra viuentium protectus eo ꝙ nõ habeat

chozam spei qua retineat. ¶ Desperatio est peccatum in spiritu. s. vnde super illo Gen. iiij. Maior est iniqtas mea ꝛc. dicit. Glo. Despatio est blasphemia in spiritu. s. que nō remittitur neq; in hoc seculo neq; in futuro: qa aut putat deus nolle dimittere aut non posse tāq; aut oia non possit: aut iuideat saluti. De desperatiōe regrit supra in capitulo de cōmendatiōe spei in fine: ꝛ in tractatu de accidia secūda parte. Decimoquinto capitulo. ¶ Cōfidētia vero in creatura triplex est. prima est presumptio siue cōfidētia de se. Secūda confidētia in homine. Tertia confidentia in re inferiori homine; vt in diuitijs. De prima dicit. Prouer. xxviij. Qui cōfidit in corde suo stult⁹ est: vere stultus est hō de se presumēs cū hō ex se nō sufficiat neq; ad subsistendum neq; ad bñ viuendū. ¶ Tripliciter est hō insufficiēs ad subsistendū. ¶ Primo q; fm verbū. Bre. esse oium que de nihilo sunt in nihilū tenderet nisi ea omniuz auctor manu regimis retineret. ¶ Secūdo q; nō est sufficiens defendere se ab hostib⁹ suis imo a demonibus cito perimeretur: nisi a domino protegeretur. Tren. iij. Misericordia dñi: q; nō sumus cōsumpti. Ber. si boni spūs se a nobis elongauerint ipetum malignoz spirituz sustinere qs poterit? ¶ Tertio quia cibo indiget sine quo vita ei⁹ deficeret: que insufficientia nō est in angelo imo nec in lapide Dauid Esurientes ꝛ sitientes anima eorum in ipsis de. ¶ Itez ad bene viuendū multipliciter insufficiēs est. ¶ Primo qa nō sufficit ex se bonam vitā inchoare. i. Lor. xv. Nō q; sufficientes simus aliqd cogitare ex nobis quasi a nobis. Cogitatio primū opus esse videtur: potest hō per peccatū se occidere: sed nō potest se occisum suscitare. Sap. xvi. Homo per malicia occidit animā suam Osee. xiij. Perditio tua israel: tantūmodo ex me auxiliū tuū. ¶ Secūdo insufficiens est in bono inchoato perseuerare. Greg. Cito bonū amittitur nisi a largitē custodiat. ¶ Tertio insufficiens est in bono inchoatio proficere. b. Super illud Cant. Trahe me post te dicit in pria Eccle. Domine scio me nequaq; posse peruenire ad te nisi gradiendo post te: sed nec hec quidē nisi adiuuer at te ideo precor vt trahas post te. beatus siquidē est cui⁹ auxiliū abste. Homo presumēs de se maledict⁹ est. Isa. v. Ue qui sapientes estis in oculis vestris. De presumptiōe ista require in tractatu de superbia tertia pte Capitu. v. ¶ Cōfidentia vero in hoīe fallax est hominē cōfundens. Isa. xx. Confundetur ab ethiopia spe sua. xxxvi. Eiusdez Ecce cōfidis sup baculum arundineuz cō fractum istū super egyptū: cui si innixus fuerit homo intrabit in manū eius: ꝛ perforabit eā. Sicut pharao rex egypti omnibus qui cōfidunt in eo. Jere. xi. Unusquisq; se a proximo suo custodiat: ꝛ in oi fratre suo nō habeat fiduciā. Confidentibus in homine sacra scriptura in multis locis maledicit. Jere. vi. Maledictus homo qui spem suam ponit in hoīe. ꝛ Isa. xxxi. Ue qui descedūt in egyptū ad auxilium ꝛc. ꝛ nō fūt cōfise sup sanctū israel: ꝛ dñm nō exquisierūt. ¶ Cōfidentia etiā in rebus inferioribus valde periculosa ē. Greg. sup Job de creatore desperasset si spem in creatura posuisset. Idē quasi in aquis defluentib⁹ fundamētū ponere est in rebus labētibus spei fiduciam velle solidare. Sap. v. Spes impij quasi lanugo que a vento tollitur: ꝛ tanq; spuma gracilis que a procella dispargit. Job. viij. Spes ipocrite peribit; ꝛ paulo post. Sicut tele araneorum fiducia eius. Glo. Grego. tele araneaꝝ studiosis textitur flatu venti dissipatur. si quicqd ipocrita exsudat⁹ fauoris aura tollit. Itez Job. xxxi. Si putaui aurū: robur meum: ꝛ obryzo dixi fiducia mea supple male mihi accidat glo. obryzum ē rudis auri moles. Prouer. xi. Qui cōfidit in diuitijs suis corruet. Eccl. xxxi. Beatus diues qui non sperauit in pecunie thesauris. xxvij. prie. Thi. vi. Diuitib⁹ huius seculi precipe non sperare in incerto diuitiarū sed in deo viuo. Cum aurum ꝛ argentum uix secure possint esse etiaz in archis securis. Fatu⁹ est qui ex his securitatē vult facere sibi. Quomodo enīz dare possint securitatem quam non habent. Et cum bona transitoria mentiantur non soluēdo quod promittunt fatuum est in eis fiduciaz habere⁹ ysa. xxviij. Posuimus mēdaciuz spē nostrā: ꝛ mēdatio protecti sum⁹. Mēdatio protegebat Goliad cui dicit Dauid. i. Ro. xvij. Tu inquit ve

uis ad me cum hac hasta gladio ⁊ clipeo.ego aũt venio ad te in noie dñi. Hasta clippeus gladius promittebant ei victoriam quam tamen non habuit.

¶ De quattuor causis desperationis.

cūq̄ fecerit voluntatē patris mei qui in
celis est me⁹ frater ⁊ soror ⁊ mater est ipsi
sunt amandi vt dei filij ⁊ fratres nr̄i. Ro.
viij. Quicūq̄ spū dei aguntur hij sunt filij
dei. Et in eodē. Si aūt filij dei ⁊ hēides qui

dem dei coheredes autē xpi. Debent etiā boni se amplius amare q̄ sunt i aliena patria. Solent aūt se amare q̄ sunt eiusdem patrie. qui sunt extra patriā suā ac si essent frēs. Ad idē etiā facit q̄ mali hūt eos exosos. vñ si ipsi nō ament se adinuicē absq; amicis erunt. Jo. xv. Ego dedi eis sermonem meū & mundus eos odio habuit q̄ de mundo nō sunt: Et iterū si de mūdo essetis mūdus q̄d suū esset diligeret: q̄ vero de mūdo nō estis: ideo odit vos mūdus.

¶ De amore inimicorum. xiiij.

Equit de amore inimicorū quem dñs p̄cipit. Adat. v. Diligite inḡt inimicos vr̄os. hoc ptinet ad dilectionē cordis deinde. Subdit de dilectione opis & simonis. Bñ facite hijs q̄ oderunt vos & orate pro psequētib⁹ & calūniantib⁹ vos. B. Ille p̄ces suas multū valere facit qui eas pro inimicis effuderit. Et notandū q̄ in mandatis dei nihil ē mirabili⁹ q̄ q̄ p̄cipit diligere inimicos vt ait Aug. Jō ly multa sunt dicta ptinētia ad dilectionē inimicorū i tractatu de tra: tñ aliqua tangem⁹ ptinētia ad idē. Insipiētib⁹ n. ipossibile vr̄ q̄ ipsi amēt inimicos suos Si tñ hērenti aliḡtulus sapie possibile eis apperet. sapiaz. n. ñ vicit malitia. sap. vij.

¶ Quod nō est difficile vel dedecus inimicos diligere.

b T notandū q̄ octo sunt que si attendant satis patebit non esse ita
e difficile diligere inimicū vt multi credunt. Apparebit etiaz q̄ hoc non sit dedecus sz honor poti⁹. Primū est status inimici qui iniuriat⁹ est & nō vult satisfacere. est. n. spūaliter mortu⁹. Ipse. n. quasi insanus manus in se iniecit q̄n tibi iniuriā intulit. Sap. xvi. Nō per malitiā occidit aiam suā. Noli insanire in frēm tuum mortuū sz poti⁹ ei cōpatere. Crudeliores vident fuisse qui xpo mortuo non pepcerunt q̄ qui vivuz vulnerauerūt. Uñ lācea dicit dira: quū claui dicant dulces. Quis adeo cecus est qui nō itelligit dedecus nō esse si qs de mortuo nō vult se vindicare. Secundū est vtilitas iniurie illate. Persecutores etiā nostri iuxta verbū p̄s Circūdederunt me sicut apes ad modū enīz apis nos pungūt tribulationib⁹ sz in futuro sanū nobis eterne beatitudinis p̄parant iuxta illud. Eccle. i. Usq; in tp̄us sustinebit patiēs & postea redditio locū dī tatis. Tertiuz est q̄ dilectio inimicor nobis vtilior est q̄ amicor. Ipsa ualet ad spūaliuz vulner sanationē. Aug. Ego ad Inimicor dilectionem vos cōmonco q̄ ad sanand a pctōr vulnera nullū medicamentū vtilius esse cognosco. Ipsa ét multum facit ad p̄fectionē & cumulum bonitatis. vñ Adat. v. Post illud diligite inimicos vestros: subdit estote p̄fecti sicut & pater vester celestis p̄fectus est. Augu. in ench. Magnificentissime bonitatis ē: vt tuū quoq; inimicum diligas: & ei qui tibi malum vult: & si pōt facit: tu semp bonuz velis q̄d facias cū possis. Ipsa ét magna mercedez meret. Luc. v. Si diligitis eos qui vos diligūt: que vobis gratia: verūtñ diligite inimicos vestros &c̄. Et erit merces vestra magna. ¶ Quartū q̄ deo gratior est. Aug. q̄ dilexerit inimicos hic erit d i amicus nec solum amicus: sz ét filius Sumptū est de Adat. v. & Luc. vi. Post illud diligite inimicos vestros segtur: & eritis altissimi filij. Itē Aug. Quāta gr̄a per nos serui digni nō sumus & inimicorum dilectione filij dei efficimur: Crisō. sup Adat. Nihil est q̄d sic dei simile faciat vt malignis atq; ledētib⁹ esse placabilem. ¶ Quintū ē q̄ dyabolo hec dilectiō est molestior. Magis. n. elōgat ab eius similitudine qui odio obstinato hoiez psequit. Greg. Stultū est seruire dyabolo offenso qui nullo placat obsequio. ¶ Sextuz est q̄ dilectio id q̄d odiendū est inimico magis destruit q̄ aliq̄d aliud. Ipsa. n. est ignis inimicitiam inimico adnichilans. Ro. xij. Si esurierit inimicus. t. ci. il. &c̄. Sic. n. carbones ignis congeres sup caput eius. Ipsa. n. gladius est inimicum inquantuz inimicus est interficiens: duz de inimico amicum facit. Crisost. Sustine ad tp̄us inimicum tuū: & benefac ei. Post moduz autem victū benivolentia tua amabis eū quasi amicum tuū: Idem omnis inimicitia beneficior assiduitate cōpescit. Greg. Miles dei aduersitatis bello deprehensus & scutū patiētie debet anteferre ne pereat & ad preliandū promptus amoris inferre iacula: vt vincat. Cuius armature summā paulus breuiter insinuans dicit. Caritas patiens est: benigna est. Cū vero vnū ex vtroq; defuerit caritas nō est: si videz

malos absq; benignitate tolerans ⁊ non amat: aut rursus sese sine patientia exhibés negligit tolerare quos amat. ¶ Septimum est: q̄ nō pōt ex proposito nocere primo tuo quin tibi noceas. Augu. Qđ malitia tua alteri non noceat fieri pōt: qđ aūt tibi nō noceat fieri non pōt. ¶ Non ẽ dedecus alicui si nō vult ingnare manus suas se vendicādo: vel si nō vult ingnare os suū q̄ritū pro q̄ritio reddēdo imo honor est: ⁊ signum nobilitatis animi. Prouer.xx. Honor est homini qui separat se a p̄tentionib⁹. ¶ Octauū est q̄ ille q tibi iniuriatur magis iniuriat deo q̄ tibi qui hoc ei p̄hibuit qui maior⁹ hēt in te q̄ tu ipse. si ergo de⁹ differt vindicare iniuriā ⁊ nō ẽ ei dedecus. nō erit tibi dedecus: imo honor si exēplo dñi vis nō vindicare te in presenti. Eccle.xx. Bta magna ẽ seq dñz.

¶ De vera amicitia. xv.

Equitur de vera amicitia. Amicitiam sic describit Tullius in rethoricis. Amicitia est erga aliquē voluntas bonaz rez illius cā quem diligit cū pari ei⁹ voluntate. Idem in lib. de amicitia. amicitia nihil aliud est nisi oiuz diuinaz humanarūq; rez cū benivolētia ⁊ caritate ꝓsensio: hec amicitia multum appetenda ẽ. Eccle.xxv. Beatus qui invenit amicū vez. Tullius in li. de amicitia Omnibus reb⁹ humanis anteponenda ẽ amicitia. Nihil enim tā materie aptū tāq; conveniens ad res secundas vel aduersas. Idē in eodē. In hoc p̄stat amicitia ꝓpinquitati q̄ ex ꝓpinquitate benivolētia tolli pōt ex amicitia non pōt. Sublata enim benivolentia nomē amicitie tollit̄: ꝓpinquitatis manet. Prouer.xvij. Vir amicabilis ad societatē magis amicus erit q̄ frater. Idē tullius. Quid dulci⁹ q̄ qđ hēas cū quo audeas loqui vt te cū. Quis.n. ecē tātus bonitatis fruct⁹ in p̄speris reb⁹ nisi haberes quibus eque vt tu ipe gauderet Aduersas vero difficile esset ferre sine eo qui etiā illas graui⁹ q̄ tu ferret. Ab illis inter quos est vera amicitia pfecte impleri illud in idatū diliges primū tuū sicut teipsum Verus.n. amicus hēt amicū suū tāq; alterē se. Tul⁹. Vez amicū qui intuetur tanq; exēplar aliqđ intuer̄ sui: quo circa ⁊ absentes assunt regentes habūdant ⁊ imbecilles valent: ⁊ qđ dictū difficili⁹ ẽ mori vivunt. Amicitia in periculis subvenit. Prouer.xxv. Gratia ⁊ amicitia liberant. ¶ Et notandum q̄ in eligēdo amicum quattuor sunt attendēda. ¶ Primū est discretio eius. Amicitie.n. stultorū solent esse nocive. Prouer.xiij. Amic⁹ stultor⁹ similis illis efficitur. ¶ Secundū est bonitas. Tullius in lib. de amicitia. Hoc primuz sentio nisi in bonis amicitia esse non posse. ¶ Tertium est vtile nō sit iracundus Prouer.xxij. Noli eē amicus homini iracundo. Nō iracundus est velut lignū ignitū qđ exurit tangentē se: ⁊ ē velut lignū spinosum qđ pungit amplectentem se. Jō licet sit amandus: tū familiaritas eius amāda nō est: preterea amicitias eius nō duraret. Vinculum.n. amoris ire igne in eo exureturc. ¶ Quartuz est ne sit superb⁹. Superbus eni nescit eē socius: sed vult dñari. Prouer.xi. Ubi fuerit superbia ibi ⁊ cōtumelia. ¶ Itez notādum q̄ multa sunt: que ad verā amicitiā p̄tinēt de qbus causa brevitatis tantū duodecim tangemus. ¶ Primū est voluntatū idēd tas. Tulli⁹ Idē velle: idē nolle ea demum est vera amicitia. ¶ Secūdū est cōsilio ꝓsiliorū. Prouer.xxv. Causam tuā tracta cum amico tuo. Ambro. Nihil occultat amicus si verus est effudit animū i amicū suū. Et tullius i libro de amicitia. Hijs amicitie finibus vtendū arbitror vt cuz emēdati fuerunt mores amicoz sit inter eos oium rez ⁊ ꝓsilioz eadē voluntas sine vlla exceptiōe. ¶ Tertio cōsilio rerum. vñ plus cū diceret ei de quodā ille amicus illius ẽ. Cur ingt illo diuite paup̄ er ẽ. Amicus nō est q fortune particeps nō est tū amicus dando amico suo attēdere debet ⁊ propriam facultatez ⁊ vires amici sui. Nō debet eni honorare amicū honore vel onere: q̄ supra vires eius sit. Tullius in libro de amicitia. Tantū cuiq; tribuenduz est: quantum ipse efficere possis. deinde quantū ille quem diligas atq; admires possis sustinere. ¶ Itez notandū q̄ sicut dicit Tullius Nimis exile est: ⁊ exiguum ad calculos vocare amicitias vt par sit rō datorum ⁊ acceptorum. Neq; enim verendū est ne quid excidat ne qđ in terra defluat. aut ne plus equo in amicitia cōferatur. ¶ Quartum est secrets; admonitio. Eccleſia.xix. Corripe

amicum tuum. Sepe.n. fit cõmissio. Cauendũ tñ est ne correptio sit ꝓtumeliosa. Eccle.xix. Est correptio mẽdax in ira cõtumelioſi. Uere mẽdax est. Mentitur.n. se correptionẽ cũ potius sit ꝙuitiatio. Tullius. Monere ⁊ moneri est officium vere amicitie: ita tñ vt adulatione careat admonitio: ⁊ ꝓtumeliosa obiurgatio. Qui tuꝫ est manifesta laudatio nõ tñ in facie amici vel corã domesticis ipsius. Doc.n. ẽ adulatoris. vnde Mat.xix. Bñs laudat Joannẽ post quã discipuli Joãnis ab eo recesserant. Crisо. Blãditores in facie laudant vel corã domesticis. Uir aũt sapiẽs qñ laudatur in facie flagellatur in corde. ¶ Sextum est nec turpia rogare nec ad preces amici turpia facere. Juxta ꝟbum Tullij. Prius positũ. Nõ dꝫ ad pces amici iniuriã facere in proximo. Eccle.vi. Noli fieri pro amico inimicus ꝓximo tñ aliqd põt honeste fieri pro amico qõ hõ nõ faceret honeste pro se. Tullꝰ in lib. de ꝟa amicitia. Multa que nostri cã nunq̃ facerem⁹ cã amicoꝝ facimꝰ: que in nostris rebus non satis honeste in amicorũ fiunt honestissime. ¶ Septimũ est paritatẽ seruare. Tullꝰ in li. de amicitia. Maximuꝫ est in amicitia superiorẽ parẽ eẽ inferiori Je.sup xij. Prophetas amicitia parẽ aut accipit aut facit. vbi inequalitas est ⁊ alterius eminẽtia ⁊ alteriꝰ subiectio ibi nõ tam amicitia est: q̃ adulatio Prouer.xiij. Qui despicit amicum suũ indigẽs est corde. ¶ Octauũ est amicũ in aduersis non deserere. Prouer.xvij. Omni tpe diligit qui amicus est. Eiusdẽ.xij. Qui negligit damnũ pp amicũ iustus est Eccle.xxij. Fidem posside cũ amico in pauptate illius vt in bonis illiꝰ lateris. ¶ Nonũ est archanuꝫ nõ detegere. vij. Eccle. Qui denudat archana amici fidẽ pdit. ¶ Decimuꝫ est peccatũ eiꝰ celare. Prouer.xvij. Qui celat delictum querit amicitias. ¶ Undecimũ est petitioni amici sine dilatione acq̃escere. Prouer. xiij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi cũ statim possis dare. ¶ Duodecimũ est vtilia ei magis q̃ placẽtia dicere Prouer.xi. Simulator ore decipit amicũ suũ: ⁊ Eiusdẽ xvi. vir iniquꝰ lactat amicũ suũ. Itẽ.xxix. Eiusdem: hõ qui blãdis fictisq̃ sermonibus loqtur amico suo: rete expãdit gressibus eius. Sen. in lib. de bñficijs. Die illis nõ: qõ nolunt audire: ſꝫ qõ volunt semper audisse. Idẽ in epistolis. Amici vitia frangenda sunt: nõ amo illũ nisi offendero deo an pfecturus sim nescio: malo successum mihi cũ fidẽ deesse. ¶ Itẽ notandum ꝙ quq̃ sunt: que amicitiã solẽt dissoluere: quitũ ipropriũ. Superbia misterij reuelatio plaga dolosa. Eccle.xij. Mittens lapidẽ in volatilia deiciet illa. i. dispget: sic qui ꝙuitiatur amico suo dissolvit amicitiam. Eſd amicuꝫ ⁊ si pduxeris gladium nõ desperes. Est.n. regressus. i. recõciliatio ad amicũ. si aperuerit os tuum dure tecum loquẽdo nõ timeas. Est.n. recordatio pristine. s. amicitie exceptꝫ cõuitio ⁊ improperio ⁊ superbia ⁊ misterij reuelatione ⁊ plaga dolosa. In hijs oibus effugiet amicus. Contitiuꝫ dicitur aliqõ verecũdum qõ tamen nõ est peccatum: vt cum obicitur amico ꝙ sit leprosus: vel seruus vel aliquod simile. Improperiuꝫ est: cum crimen obicitur vt cũ dicitur alicui ꝙ sit latro. Superbia vocatur supba dominatio. Prouer. vigesimonono. Que viderunt oculi ne proferas in iurgio cito ne postea emendare non possis: cum dehonestaueris amicum tuum. xxvi. Eiusdem. Sicut noxius est qui mittit lanceas ⁊ sagittas in mortem ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: ⁊ cum deprehensus fuerit dicit ludens feci. Pithagoras amicum ledere nec ioco quidem oportet

¶ De ordine caritatis. xvi.

Equit̃ de ordine caritatis. ¶ Et notandũ ꝙ quadruplex est ordo caritatis. ¶ Primus est ſ fui prioritatẽ ⁊ posterioritatez qui attenditur inter amorem dei ⁊ amorẽ proximi. Amor.n. dei prior est q̃ amor proximi. vñ. Exo. xx. Primo ponuntur mandata pertinẽtia ad amorem dei. deinde ea que pertinent ad amorẽ proximi. Amor.n. dei cã est amoris proximi. Proximus.n. amat: qꝛ deus hoc precipit. Preterea deꝰ finis est dilectionis proximi finis vero mouet causam efficientem. ¶ Secundus ordo attenditur in hoc ꝙ amentur que amanda sunt: ⁊ nõ amentur: que amanda non sunt. Augu. in lib. de doctrina christiana Ille sancte ⁊ iuste viuit qui ordinataꝫ habet dilectionem ne aut diligat quod non

est diligendum aut nō diligat qđ est diligendū. Omnis peccator inquātū peccator nō est diligendus. Omnis homo inquantū homo est diligēdus. ¶ Tertius ordo est iuxta verbū. Augu. in odē libro. In hoc attendit ꝙ non eque diligat qđ minus vel amplius est diligendū: aut minus vel amplius qui eque diligend⁹ est. ¶ Et notanduꝫ ꝙ aliquis dicitur magis diligi tripliciter. Primo modo quia ad
b maius diligitur scilicet ad maiorē glorīā Sic vniuersaliter magis diligēdus est, q magis bonus est. Secūdo qui diligitur maiori affectu. Tertio qui maiori effectu Ordo dilectionis fm maius ⁊ minus attendit inter illa quattuor que enumerat Augusti. in libro de doctrina christiana dicēs. Quattuor diligēda sunt. Unū qđ est sup nos. s. deus. Alterū quod nos sumus. Tertiū quod iuxta nos est. s. proximus. Quartū quod infra nos est. s. corp⁹ Cū nos ⁊ primū enumerat aug. iter diligēda nos ⁊ primū videt intelligere excellētiorē ptē nr̄i ⁊ primi aiaꝫ. s. pp hoc ꝙ corpus ponit postea q̄rto loco. B. i. pte morali. Cū recte diligim⁹ nihil in rebus conditis aia nostra carnis amamus. Idem in mor. Si magne mercedis est a morte eripere carnem quandoꝫ morituram quā meriti est. animā a morte liberare in celesti patria semper victuram. Item iste ordo attēditur inter ea: que numerat. Ambrosi: Super illud cant. ij. Ordinauit in me caritatē. Multoruꝫ inquit caritas inordinata est. Quod in primo est ponunt tertium vel quartum. Primo diligēdus est deus. Secundo parentes. deinde filij. Post domestici qui si boni sunt: malis filijs preponendi sunt. ¶ Ordo diligēdi secundū effectū variatur fm bonitatē vel propinquitatē eorū qui diligūtur vel fm vtilitatē ecclesie. Magis enī bonus alijs paribus diligēdus est quantū ad effectū. Item propingor alijs parib⁹ affectu maiorī diligēdus est. Et idē intelligēdū ē etiaꝫ quantū ad affectū. Melior enī vel propinquior vel ecclesie vtilior alijs parib⁹ magis diligendus est. ¶ Sed dubitari pōt vtrum bonitas propinquitati diligenda prenaleat, vel ecōuerso. Et videtur ꝙ bonitas prenaleat propinquitati fm illud. Ambro. domestici si boni sūt preponen-

di sunt malis filijs. Item Beda sup illud. Luc. viii. Mater mea ⁊ fratres mei sunt ⁊c. Nō inurtiose negligit matrē. nec mater negatur etiaꝫ que de cruce agnoscitur sed religiosiores copule mentiū monstrātur q̄ corporum. B. Magis debemus diligere quos de sacro fonte suscepimus q̄ quos de carne nostra genuimus. ¶ Dicēdum est ꝙ bonus extraneus preponendus est filio malo. quantū ad spiritualia beneficia vel etiā quantum ad tēporalia tanta pōt esse bonitas extranei vel vtilitas ecclesie. Item dubitari pōt de hoc ꝙ Ambro. parentes filijs preponit in ordine diligendorū: cum enim natura magis incitet ad amorē filiorū q̄ ad amorē parētū magis videnī filij diligendi q̄ parentes. Gratia enī nō opposita ē nature. Eid idē vī facere. Illud. ij. Cor. xij. Nō debēt filij thesaurizare parentibus. ſ̄ parētes filijs. Item q⁹ radix humorem mittit ad ramos nō ecōuerso. Et ē dicēdū ꝙ parētes magis diligēdi sunt: q̄ filij aliis parib⁹ ⁊ q̄ntū ad affectū ⁊ q̄ntū ad effectū ⁊ ad hoc incitat natura instituta ⁊ restituta nō natura destituta. Tamē hūc ordinem̄ variare potest filii bonitas. Posset enī ē adeo bon⁹ ꝙ esset p̄ponēdus patri. Item eccle vtilitas vī filii necessitas vel ꝓpinquitas posset eni esse fili⁹ adeo vtilis ecclesie ꝙ potius deberet subuenire alīs ei q̄ patri suo Item̄ si esset fili⁹ familie posset esse ꝙ potius deberet ei aliqs prodere q̄ patri. posset etiam esse adeo indigēs qđ esset ei citi⁹ subueniendū q̄ patri. Aug. ad marcellinū. Caritas que tanq̄ nutrix tenet filios suos nō ordine amādi sed ordine subueniēdi infirmiores fortioribus anteponit. quos tales vult esse quales tā illi sunt quos nō cōtemnēdo sed de hūs cōfidendo interim p̄terit. ¶ Et notanduꝫ est ꝙ parentes diligēdi sunt effectu dupliciter. s. quantū ad exhibitionē honoris ⁊ quātum ad exhibitionē necessariorū Quantū ad primuꝫ parentes videtur semp esse p̄ponēdi filijs nisi forsitā filius carnalis fieret pater spūalis. Quantū vero ad secundum: ordo pōt variari ex aliqua predictaruꝫ causarum. Item notandum ꝙ affectu debemus omnem hominem diligere. Effectus vero pōt suspendi ex causa. Augu. Caritas ne intermittatur o[illegible]

ꝓximo exhibeant. Quartus ordo attendit secundū has differētias ꝓpter se et ꝓpter aliud: creator ꝓpter se amandus est. Creatā vero ꝓpter deū. De hoc ordine dicit. Aug. xv. lib. de ciui. d. i. Cū oīs creatura bona sit amari pōt et bñ et male: bene. s. ordine custodito. Male. s. ordine ꝑturbato qđ in laud. q̄dā ceret breuiter versibus dic. Hec tua sūt bona sunt quia tu bonus ista creasti nil nostrū est in eis nisi ꝙ peccam⁹ a nātes ordine neglecto ꝑ te qđ condit a te. Id. ix. lib. de trinitate. Alia ia creatura sed si ad creatorē amor refertur nō ia cupiditas sed caritas erit. Tunc enīz est cupiditas cū ꝓpter se creatura amat. tunc nō vtentē adiuuat sz eorum ꝑcit fruentē. Inferiori creatura vtendum est ad deum ꝑ fruendum sed in deo. sicut te ipso nō in te ipso frui debes sed in eo qui fecit te.

¶ De charitati aduersarijs. xvij.

Sequitur de hijs que aduersant charitati: et videnter ei aduersari.

Superflus amor nostri. Et vanus amor mūdi. Odiū primi et generaliter dānabilis offēsa dei. ¶ Circa primuz notandum ꝙ signū est ꝙ aliqs habeat superfluū amorē sui cū ea que pertinēt ad deū et ad primū iuū negligit ꝓpria vero diligēter defendit: et specialiter cuz defendit mala sua. ꝓne. Cor. x. Ne no qđ suū est q̄rat. Phil. ii. Nō que sua sūt singuli considerātes sed que aliorz. B. in mora t. plus deo sua nore ꝓuincitur q neglectis hijs que ei⁹ sunt ꝓpria tuetur. Id. in in pastorali. Qui vult prauia agere et tamē a hijs ceteros tacere ipse sibi mendax et testis est: qz plus ꝙ ueritate ꝑ timet diligi: q̄ cōtra se nō valt defendit. ¶ Superflus amor sui efficit hoīnē ciuē babilonice ciuitatis Aug. xiiij. libro de ciuit. d. i. Fecerūt ciuitates duas amores duo. Terrenam. s. amor sui vsqz ad contēptū dei. Celestem vero amor dei vsqz ad contemptū sui. Ille i gloria sua exaltat caput suū. hic dicit dño deo suo. Gloria mea et exaltās caput meū. ¶ Amor sui est radix multorū malorū vnde supillud. j. Thi. iij. Erūt hoīnes seipsos amātes cupidi elati superbi ꝛc. Dicit B. o. Aug. Ex eo ꝙ seipsos non deū amāt quasi a radice: hec que sequūtur mala oriunt. Cris. Omniū malorum cā est amor sui et radix et fons. Itē amor sui hoīnē excecat a deo vt nō videat se ipsuz. B. Amor vel odiū veritatis nescit iudiciū. B. supezechiel. vehemēter claudit oculos amor priuatus. Ex quo fit vt hoc qđ nos agim⁹ et graue esse non extimam⁹ plerūqz agat a proximo et nobis minus detestabile esse videat. Iste amor videt eē. Amor cūvere sit odiū vī. Aug. sup illud. Jo. xij. Qui amat aiam suam pdet eā. Magna et mira sūia quē admodum sit hois in animā suā amor vt pereat. Odiū vt nō pereat. Si male amaueris odisti. Si bñ oderis tūc amasti. Item Aug. in quodā sermone. Si perit hō amādo se ꝓfecto inuenit negādo se. discē amare te: nō amādo te. Secūdū. Crisostomū Aliam amare est desideria aie incōuentia facere. Eccle. xviij. Si ꝑtes aie tue cōcupiscētias ei⁹ facient te in gaudiū inimicis tuis. Qui nimis amat se pdit se. Vult eni esse in ocio vbi corrūpit sicut vestis in archa reposita a tineis cōmedit. Psalmista. Dens sicut vestimentū veterascent Item delicijs ꝑplet se nimis qui se nimis amat. et sic pdit se. Ex hoc eni citi⁹ morit Ecclesia. xxxvi. Propter crapulam multi obierūt. Qui nimis amat se nimis sollicite seruādo se. pdit se: sicut q nimis seruat frumētū suū amittit qa corrūpit. vnde sup illud. Mat. viij. Qui voluerit aiam suā salua facere pdet eā dic. Glo. Interl. Ac si agricole dicat frumentū si seruas pdis si seminas reportas. ¶ Circa vanuz amorē mūdi notādū qđ amare mundum est q̄si amare adulterū. vñ. Ja. iij. Adulteri nescitis ꝙ amicitia hui⁹ mūdi inimica deo est. Quicūqz ergo voluerit amic⁹ esse seculi hui⁹ inimicus dei cōstituitur. i. Jo. ij. Nolite diligere mūdū neqz ea que in mūdo sūt. Si quis diligit mūdū non est caritas patris in eo. Ubi dicit. Glo. vnum cor duos aduersarios sibi amores nō capit. Isa. xxviij. Coangustatū é enīz stratū ita vt alter decidat et pallīuz breue vtrūqz operire nō pōt. Caritas pallū est posteriora tegēs. Peccata eni ꝑterita abscōdit ne dei⁹ ea ad punitēdū videat. Prouer. x. Uniuersa delicta operit caritas ipsa supemunet ceteris virtutibus vt pallium supponit ceteris vestib⁹. Col. iij. Super oia caritatē habete. Amor mūdi adulte-

rat animam. Amor fabricationis mundi castificat animā vt dicit. Aug. in li. de verbis dñi. Idē in lib. confessi. Amicitia huius mundi fornicatio est abste. Idē sup epla Jo. Si mundi amor habitet non est quo amor dei intret. Cum exauseris cor tuum amore terreno aurtes amore diuinū. Amor mundi principū est omniū malorum vñ sup. i. Jo. ij. dicit. Glo. Sicut dilectio dei est fons omniū virtutū ita dilectio mūdi dilectio est omniū vitiorum. Amare mundus est amare pditorē. Mundus. n. dicit demonib⁹. Quēcūq; osculatus fuero ipse est tenete eū. Matth. xxvi. Prouer. xxvij. Meliora sunt vulnera diligentis q̄ fraudulenta odiētis oscula. Jtē amare mūdū est amplecti immundū. Augu. sup Jo. Si delectat te mundus semp vis esse inmundus. Si autē iam te nō delectat hic mundus iam tu es mūdus. Si autē fueris mūdus nō remanebis in mūdo. Crisо. super Matth. Sicut difficile est arborē iuxta viam positā fructus suos vsq; ad maturitatem seruare. Sic difficile est virum fidelem iuxta istum mundū viuentē etiā in actib⁹ suis vsq; in finē iusticiam tenere. Nam in via a transeūtibus fructus rapit. Recede de via et plātate in loco secreto vt nec mūdus tecū habeat cōmune nec tu cū mundo. Eccle. xiij. Qui tetigerit picem ingnabitur ab ea. Jtē amare mundū est amare periculum. Augu. amas seculū absorbebit te. Amatores suos vorare nouit nō portare. Eccle. iij. Qui amat piculum in illo peribit. Aug. ad amatores mūdi. Cuius rei causa vtilitatis mundū amans maior nec esse poterit spes nostra in mūdo q̄ vt amici mundi sitis. Ibi qd nō fragile plenum periculis. Jtē per quot pericula puenitur ad maius periculū. Idem in epla ad anastasium. Mundus iste periculosior est blandus q̄ molestus. Et magis cauendus cuz se allicit diligi quā cuz ammonet cogitoz contemni. Amare seculū est amare locum tormentorum. Aug. in li. de verbis dñi. Abice a te diuitiarum honera. Abice vincula voluntaria. Abice anxietates et tedia que te plurimis annis ingetant. Ber. in sermonibus. Diuitiarum amor insaciabilis lōge amplius desiderio torquet aiam q̄ refrigeret vsu suo vtpote quarū acqsitio quidē laboris possessio timoris amissio plena doloribus inuenit. Jtez amare mundum est amare dyaboli dominiū. Augu. in lib. de agone xpiano. Abiit dyabolus foras qñ ex toto corde huic mundo renunciat. Sic enim renunciat dyabolo qui princeps est mundi. Jtez mūdum amare est in domo igne succensa velle manere. Tot⁹. n. mundus in maligno positus est. i. Jo. v. Mundus est fornax babylonica igne succensa. Danyel. iij. Bonus ardet et ignis instat a tergo et tu mones nō egredi: vel iaz egressum regredi. ¶ De tertio quod aduersat caritati. s. odio proximi regre in tractatu de ira. Crisо. Si inimicitie semel occupauerint animos oia: que dicunt: que auduntur: que fiunt ita accipiunt et itelligunt vt ad maiores et longiores proficiant inimicitias. Si qd. n. boni de inimico dicit non creditur. Si quid mali hoc soluz creditur et confirmatur. ¶ Circa quartum notanduz q̄ omnis offensa dei mortalis inquantum a deo diuidit aduersat caritati que deo vnit. Isa. lix. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos et deum vestrum.

¶ De gradibus caritatis. xviij.

Sequitur de gradib⁹ caritatis. Notandum ergo q̄ diuersi sunt gradus caritatis. Est enim incipiens. Proficiens et pfecta. Augu. sup epistola Jo. Perfecta caritas hec est vt quis sit paratus etiam pro fratribus mori. Sed numquid mox vt nascit tam prorsus perfecta est immo vt perficiatur nascitur. Cuz fuerit nata nutritur. Cuz fuerit nutrita roboratur. Cū fuerit roborata pficitur: cuz ad perfectionem venerit dicit cupio dissolui et cē. Phil. i. Caritas operib⁹ pietatis nutritur tribulationibus et consolationib⁹ roboratur cōsilijs perficitur. ¶ Et notandū q̄ sex sunt que valent vt caritas proficiat: et proficiendo ad pfectionē veniat. ¶ Primum est q̄ homo magnū desiderium proficiendi habeat. Magna enim pars pfectus est velle proficere: vt ait. B. Augu. in via dei nō progredi iam reuerti est. Cesset omnis ignauia si volumus nō redire curenduz est. Leo papa. In decidendo. Incidunt pericula qui proficiendi perdiderunt appetitum. Ber. in epistolis. In defessum pficiendi studiuz et ingis conatus ad perfectionē perfectio reputat. q̄ si studere perfectioni esse perfectū est: profecto

nolle proficere deficere ē. ¶ Secūdū ē qꝫ a creaturis inferioribus ad creatorē amo rē suum recolligat. Solēt abscidi rami ar boris noue inserius vt totū incrementū suuz ponat superius. B. Nō sufficit ꝓfice re homo ad vtraqz diuisus. Beñ. penult. Dicit ad ruben. effusus es sicut aqua non crescas. Augustinus in. ij. lib. confess. Al bimo auersus a te deus in multa euanui. Exarsi enim aliquādo saciari inferius in adolescētia ꝛ siluestre ausus sum varijs ꝛ vmbrosis amorib⁹. ¶ Tertius ē vt doctri ne intēdat sicut parnul⁹ absqz sumptione cibi cresc̄do non proficit sic anima sine doctrina deficere pot⁹ q̄ proficere solet. xxvij. Eccle. Filia fatua in deminoratiōe siet. In ps. Exurgētes ꝛ Sicētes anima eorū in ipsis deficiet. ¶ Quartū est medi tatio ꝛ precipue illa que versatur circa be neficia a deo vel a ꝓximo recepta vel cir ca alia incitantia ad amorem dei vel pro ximi de qb⁹ dictū est prius in ps. In me ditatione mea exardescet ignis. ¶ Quin tū est oratio. B. Amorem dei in homine ꝓa gratia genitū lactat lectio. Meditatio pa scit oratio cōfortat ꝛ Illuminat. Sextū ē tēptatio. Bre. in moralib⁹. Electorū desi deria deprimūtur aduersitate proficiūt. Sicut ignis flatu premit vt crescat ꝛ vī quasi extingui cernit inde roboratur. Cū per temptationē hūilitas proficit prospa est ipsa aduersitas que mentez ab elatiōe custodit. ¶ Et notandū qꝫ nullus ad tan tam perfectionem peruenit in vita ista ad quantā vellet peruenire. Ambr. sup. Luc. Nemo est qui tantuz virtutis apprehēdat quantū desiderat: quipotēs deus interio ra decernēs ipsis spūalibus ꝓfectib⁹ mo dū ponit: ꝛ ex hoc homo quod apprehen dere conat ꝛ nō valet in illis se nō elevat que valet. Item notādū qꝫ sicut dicit. Au gustinus. Perfecta caritas nec cupiditatē habet seculi nec timorez seculi. Per quas duas Januas intrat ꝛ regnat. Inimicus qui primo dei timore demum caritate pel lendus ē. i. Jo. iiij. Perfecta caritas foras mittit timorem. Glo. ꝛ timorez illū. s. quo timet quisqz incipiēs opera iusticie ne ve niat districtus Judex ꝛ se minus castiga tū damnet. ¶ Itē notanduz qꝫ septē sunt spēs ꝓfectionis. ¶ Prima ē perfectio suf ficiētie de qua, Mat. vi. Estote ꝓfecti sicut ꝛ pater vr celestis ꝓfectus ē. ¶ Secūda ē cōparatiōis quam debēt habere clerici re spectu laycorū. Beñ. vi. Noe erat ꝓfectus in generationib⁹ suis. i. ꝓparatiōe eox qui erāt de generatiōe sua. ¶ Tertia est ordi nis ad que tenētur in sacris ordinib⁹ ꝓsti tuti. ad que ptinet cōtinētia. Isa. iij. Mū damini qui fertis vasa dñi. ¶ Quarta ē ꝓfessionis que ptinet ad religiosos. Mat. xix. Si vis ꝓfectus ēe vade ꝛ vēde oia que habes ꝛ da. pau. ¶ Quinta ē ꝓlationis. Jo. x. Bonus pastor aiaz suā dat ꝓ ouib⁹ suis. Bre. in emet. Cū incōparabiliter aia sit longe melior qua vinim⁹ a terrena sub stātia qui possidem⁹ qui nō dat ꝓ ouib⁹ suis substātiā suaz quomodo datur⁹ est pro hīs aiam suā? ¶ Sexta ē securitas q hanc hīt cupiunt dissolui: ꝛ ēe cū chr̄isto Phil. i. de hac loquit. Jo. ꝛ i. Cant. iiij. Explicit tractatus de caritate benedictus deus qui inchoauit ꝛ compleuit. Amen.

¶ De quattuor virtutibus cardinalibus.

Acto de tribus virtutibus theologicis. Dicēdū ē de quattuor cardinalibus. De quibus habet sapie. Octauo. Sobrietatē ingt ꝛ prudētiaz docet ꝛ iusticiā ꝛ virtutem qbus vt alius nihil est in vita hominib⁹. Sobrietem vo cat quā vsitatio nomine vocamus tēperā tiam virtutē vocat quā nos vocamus cō muniter fortitudinem. Alias duas vocat nominib⁹ nobis vsitatis. ¶ De hīs hoc modo agetur. ¶ Primo dicet: quare di cantur cardinales licet nō memineriz me legisse eas sic vocari in canone sacre scri pture vel a philosophis vel sacris exposi toribus. ¶ Secūdo numerus eorū ostēde tur. ¶ Tertio de singulis aget. ¶ Quar to diuisio eaz quā macrob⁹ ponit ponet ¶ Quare dicantur cardinales. i.

Arca primum notanduz qꝫ quattuor de causis possum⁹ intellige re eas dici cardinales. Pri mo ꝓpter stabilitatē. Car do stabilis manet licet hostiū vertat i eo. Prouer. xxvi. Sicut hostiū vertit in car die suo. Sic piger i lectulo suo Sic hee q̄t tuor stabiles sunt: lz ea circa q̄ versant. s. ea qb⁹ vtēdum ē: sint mutabilia hē quat tuor virtutes animam quasi quadratam

reddunt ꝛ ideo stabilem vndiqꝫ. Figura enim quadrata vndiqꝫ stabilis est. Deb. xiij. Optimū est gratia stabilire cor. Prudentia animā tenet in veritate vtilitē per ignorantiā vel errorē vel curiositatē ab ea recedat. Temperātia tenet eam in necessitate neper superfluitatem vel diminutionē ab ea recedat. Fortitudo tenet animuz in quadā equalitate ne aduersitas eū deficiat. Justicia in primi vtilitate vt ei nō noceat sz potius vtilitati eiꝰ intendat. ¶ Secundo q̄ sicut hostiuz cardini innititur. sic tota quersatio bona hȳs quattuor virtutibus innititr que quersatio bona consistit. In faciendo bonū ꝛ patiendo maluz. B. bonaz vitā ego puto ꝛ mala pati ꝛ bona facere ꝛ sic pseuerare vsqꝫ ad mortē. Conuersatio bona q̄tuz ad duo predicta quasi hostium est quo intrat ad vitā beatā. Be primo Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Be. ij. act. xiiij. Per multas tribulationes opz nos intrare in regnuz celoz. ¶ Tertio ꝓpter prehemināciā quā habent respectu ceteraꝝ virtutum. Cardines.n. dicunt prime partes celi: vel terre vel maris. Deute. xxx. Si ad cardines celi fueris dissipatꝰ inde retrahet te dñs. Primi Ro. ij. Dū enim sunt: cardines terre. Job. xxxvi. Cardines quoqꝫ maris opiet. Sic virtutes iste prime sunt respectu aliarum virtutū. Et sicut cardinales presunt clero: ꝛ summus pontifex per eos arduа operat: sic he virtutes excellentiam habēt respectu aliaꝝ virtutū ꝛ ania per eas agit arduа opera in q̄bus salus ꝓsistit. Et sunt hee virtutes cardinales ornatus q̄uenientissimus cardinaliū: vnde specialē amorez debent hēre ad eas. ¶ Quarto ꝓpter principalitatez. Cetere.n. virtutes ad has aliquo mō reducunt. Preterea he virtutes ꝓncipales motus iuriū anime dirigūt Prudentia actū rōnabilis qui est discernere inter bonū ꝛ malū: vel inter duo bona qđ melius: vel inter duo mala qđ malus malum. Temperātia dirigit actū concupiscibilis qui est velle bonū delectabile Fortitudo actū irascibilis qui est aggredi arduū ꝛ sustinere qđ est difficile ad sustinendū. De tres ergo virtutes tres actꝰ ꝓncipales viriū anime dirigunt q̄tum ad se. Sed iustitia actꝰ illos dirigit respectu primi. Ipsa enim circuit oēs virtutes vt dicit Glo. Isido. sup Beñ. ij. ¶ Sequit de numero p̄dictaꝝ virtutū qui ex officijs earū satis pōt declarari: vnde notandū q̄ prudentia ceteris lumen p̄fert. Temperantia animaz p̄cipit respectu eiꝰ quod infra nos est. Fortitudo respectu eiꝰ qđ erga nos est. Justicia respectu eiꝰ qđ iurta nos est: vel supra nos. s. primi vel dei. Aug. Prudentia est eligere qđ diligendū est. Fortitudo nullis anelli molestijs Temperātia nullis illecebris iustitia nulla superbia. In libro de aia ꝛ spiritu. Prudentia est in eligēdis Temperātia in vtendis. Fortitudo in tollerandis. Justicia in distribuendis. Tulliꝰ in libro de officijs. Honestas a quattuor partibus manat: vna cognitionis. Altera communitatis. Tertia magnanimitatis. Quarta moderationis. Cognitio pertinet ad prudentiam. Cōmunitas ad iusticiaz. Magnanimitas ad fortitudinē. Moderatio ad temperantiā. De quattuor virtutes videnē esse ꝓra quattuor effectꝰ originales quos Beda distinguit. s. ignorantiā infirmitatem ꝛcupiscentiā malitiam vel malignitatē. Prudentia ꝓra ignorantiā. Fortitudo ꝓra infirmitatē. Temperātia contra ꝛcupiscentiā. Justicia ꝓra malitiam vel malignitatē. ¶ Hijs quattuor virtutibus quasi quattuor lapidibꝰ preciosis ꝛstat corona sponse christi. Prudētiaz habet a parte anteriori vt caueat a futuris: iusticiā a posteriori vt satisfaciat de p̄teritis. Temperantiā a dextris ne eleuetur in prosperis. Fortitudinē a sinistris ne succūbat in aduersis. Cū virtus sit circa bonuz secundū verbuz sapientis quadrupliciter peccat anima circa bonū. s. in eligēdo: qđ apparet bonuz cum nō sit: vel id qđ vere bonum est at si nō esset bonū fugiendo: ꝛ qđ molestuz sit vel appetendo qđ simpliciter est bonum cū sibi non sit bonū eo q̄ non est cōmensuratū: vel appetendo: qđ proximo est malū eo qđ bonū sibi. Prudentia est ꝓra primū que p̄dit ꝛ manifestat nō esse bonū qđ apparet esse bonum. Fortitudo est ꝓra secundū qđ amplectit: qđ molestum est tanq̄ bonū expediens vt est medicina amara: vel icisio in corpore pp salutē corporis factā. Temperantia est contra tertiū que cauet superfluuz. Justicia est ꝓra quartū que cauet p̄rimi nocumētum. Prudētia cauet errorē qui est princi

pium ceterorum malorum. Fortitudo excludit timorem seculi: sapientes. Fortitudo est non nisi turpia timere. Temperantia excludit cupiditatez secli hec duo principia sunt omnis peccati. Unde Glo. sup illud psalmiste. Incensa igni z suffossa. Omne peccatum due res faciunt. s. cupiditas z timor. Justicia seruat amorē proximi. Est enim vinculū societatis humane vt ait. Señ. in lib. De quattuor virtutib⁹. Prudentia discutit que fallunt. Temperantia cōpescit ab hijs que irritant z alliciunt fortitudo sustinet que exercēt. Señ. in epistolis. Lenēda sunt que me exercēt. Compescenda que me irritāt discutiēda que me fallūt. Justitia timet qđ ē timēdū z amat quod est amandum. Tullius in libro de officijs. Nemo potest eē iustus qui mortem qui dolorem qui exilium qui egestatem timet. Prudētia facit vt homo se bene habeat ad vera z ad falsa. In prospicientia enim veri sollertiaq; versatur iuxta verba. Tulij in lib. de officijs. Tēperātia z fortitudo vt bene se habeat: ad ꝓspera z aduersa. Justicia vt bñ se hēat ad deum z proximū. Prudentia: Tēperantia fortitudo z Justicia fm alias expositiones sui accipiuntur diuersimode vt patebit cū de singulis agetur z videnť opari circa vnū z idem opus meritorium. Prudētia eligit qđ agēdum est Temperātia cauet ne quid nimis. Fortitudo ne quid parū. Justicia opus ordinat ad debitū finem. Prudentia prouidem spes. Tēperātia z fortitudo modū. Justicia ordinem. ¶ Numerus harū quattuor virtutū designatur in multis locis i scriptura sacra. ¶ Primo in quattuor fluminib⁹ paradisi de qb⁹ legiť. Señ. ij. Ubi dicit. Glo. S. Quattuor flumina paradisum irrigant: qa dū hijs quattuor virtutibus cor infundiť ab omni desideriorū carnaliū estu temperať. ¶ Secūdo in quattuor coloribus qbus decorate sunt cortine tabernaculi. Exod. xxvi. Que signāt has quatuor virtutes in qbus decor ecclesie cōsistit. Jacinctus aerei z celestis coloris pertinet ad prudētiam deū z angelos specialiter imitando. Byssus habens candorē pertinet ad tēperātiā que candidā z mundā reddit animā. Purpura sanguinei coloris ptinet ad fortitudinem que parata est sanguinem pro christo fundere ¶ Coccus ignei coloris ptinet ad Justiciam propter zelū ipsius. ¶ Tertio in quattuor speciebus quibus confitebatur vnguētū quo tabernaculū z vasa ipsius z ministri vngebant. De quibus habetur. Exo. xxx. Myrra prima pertinet ad temperantiā que est in iuuentute. Tunc enim laudabilior ē. Cinamomū quod ē cinerei coloris qđ cū frangiť i modū nebule spiramen visibile emittit vt dicit. Glo. super exod. xxx. ptinet ad humilitatem que est ois iusticia. Mat. iij. Sic decet nos implere omnem iusticiā. i. ꝓfectam humilitatē. Cassia que crescit in ags ptinet ad prudētiam que in ags doctrine nutriť. Calamus arbor aromatica ptinet ad fortitudinē que aduersa tollerādo dat odorē suauitatis vt species aromatice cū cōteruntur redolēt: hijs quattuor adito oleo diuini amoris cōfiť vnguētū bone fame suauissime redolens. Eccliastes. vi. Melius ē nomē bonū q̄ ꝑciosa vnguēta. ¶ Quarto hę quattuor virtutes sunt q̄si quattuor rote in curru igneo quo subleuant amici dei. Quarti. Reg. ij. Currus iste igneus ē quersatio ardenter amātiū deū. ¶ Quinto cōmendať numerus harū virtutū figuris quattuor animalū. Aquila vitulo. Leone hoīe. De qbus apocalipsis. iiij. z. Ezech. primo. In aqla significatur prudētia cuius ē vigilare in reb⁹ discernēdis vt ait. Aug. Aquila enim hz visuz acutū. In vitulo tēperātia. Vitulus enim imolabať i lege. Temperātia exhibet corpora nra deo hostiā viuētē: Rom. xiij. In leone fortitudo. Proner. xxx. Leo fortissimus animaliū ad nullius pauebit occursuz. In homie iustitia q̄ vinculū ē hūane societatis vt dictum est prius voluit dñs quattuor esse euāgelistas z quattuor euāgelia ad designandū q̄ illi qui doctrinaz euangelicā docent z qui eam tenēt hijs quattuor virtutibus pollere debent.

¶ Tractus de prudentia.

Inter has virtutes primo agit de prudentia q̄ alias dirigit. De q̄ hic ageť. Primo distinguendi diuersi modi qb⁹ hoc nomē sumiť prudētia. Secūdo descriptiones ei⁹ ponent. Tertio quō ipa sit virt⁹ ostēdeť. Quarto tāgeť de diuersis ei⁹ actib⁹. Quinto cōmendationi eius insistetur. Sexto tangeť de speciebus ei⁹. Septimo de hijs que ei aduersantur.

¶ Quot modis sumitur prudētia. ij.

a Circa primū notādum q̄ hoc nomen prudentia. Quādoq; sumitur pro eo q̄ apparet esse prudentia cū non sit. Sic sumit. Ro. viij. Ubi dī prudentia carnis mors est. Glo. Prudentiam carnis hz quis cū studiosius impletque carnis sunt appetendo bona tēporalia & fugiēdo mala etiaz cū naturas rerū tñ sequtur. Prudentia vero ideo dicū res stulta sit: q̄ ita vī secularibus hominib⁹. Similiter sumitur qñq; pro sapia apparenti. vñ subdit. In eodē capō. Sapiētia carnis inimica ē deo. i. Lo. viij. Sapiētia huj⁹ mūdi stultitia ē apud deū. Quādoq; aūt sapiētia dī diuinarū & humanarū rerū cognitio ꝟm verbū. Sen. in epl̄is. & Tulij in libro de officijs & ista cognitio subdiuidit in tres ptes moralē. s. & naturalē & rōnalē vt tāgit. Sen. prudētia vero dī est scia operandorū. vñ. Damascen⁹ diuidit aliaz rōnalē in duo. In id q̄ ē in ea cōtēplatiuum & in id q̄ est in ea actiū. Cōtēplatiuum ē q̄ excogitat res put hñt eē. Actiuū vero q̄ cōsiliatiuaz est q̄ agenda dirigit. Et vocat cōtemplatiuum intellectū Actiuū vero rationē. Et dicit sapiam ptinere ad ꝯtemplatiuū prudētiam vero ad actiuū Quādoq; vero auctores p eodez videnī sumere prudētiaz & sapientiā. vñ. Prouer. xvi. Qui sapiēs ē corde appellabitur prudēs. Quādoq; vero sapia sumit p cognitiōe diuinoꝝ & prudētia p cognitiōe humanorū. Uñ sup illō .ps. Os meū loq̄tur sapiētiā & me. c. m. pu. dicit. Glo. sapia ad diuinas res ptinet & post dicitur prudētia. s. de morib⁹. Et nota q̄ mox ē i habitus ex quo fine p̄meditatiōe ē frequētia operū. Uel ab ea q̄ est mox q̄ fine mora est ex eo operatio vel dicitur mora. i. a diuturnitate assuefactionis. Aug. Sic distinguit inter sapiētiā & scientiā in lib. de b Trinitate. h ē inqt sapiētie & sciētie recta distinctio. vt ad sapiētiā ptineat eternarū rerum cognitio intellectualis. Ad sciam vero tēporaliuz rerum cognitio rōnalis. Sapiētia etiaz sumitur p sapida' scia seu p scia sapore ꝟtutū cōdita. Eccle. vi. Sapiētia doctrie fm nomē ei⁹ sapida ē: sapida eni ē: sicut nomē ei⁹ a sapore dicituz vī. Sapiēs signū oportet facere habitū scientē habētē delectationē & tristitiā. In hoc differt. Litterat⁹ mal⁹ a sapiēte: q̄ litteratus mal⁹ gaudet de hoc q̄ scit opponere & rūdere de hijs que ptinēt ad mores. sapiēs vo de hoc q̄ illa sunt in sermonib⁹. Si inueniſi plane sapiaz si p̄ris vite petā defleas si hui⁹ seculi desiderabilia partui pēdas. Si eternā btitudinē toto desiderio ꝯcupiscas. Inueniſi sapiam si tibi hoc̄ singla sapiūt prout sunt. Quādoq; vero sapia dī cognitio de deo q̄ſi p̄ sapore eius habita vt cū aligs cognouit deum esse & gustauit & vidit q̄m suauis ē de⁹. Et h̄ cognitio differēs est ab illa qua aligs credit deū esse suauez: q̄a scriptura hoc dicit in p̄s. Sicut differt cognitio quam hz aligs de dulcedine vini per gustū ab illa que ē per auditū. Prudentia etiā q̄ſi q̄ sumitur pro virtute & hoc multipliciter vel p̄ virtute pro virtute. i. gratuita vel pro virtute ex multis operationibus acquisita. Itez q̄ſi q̄ sumitur large vt cōp̄hendat omnes virtutes cognitiuas. & sic videtur eā sumere. Tullius dicēs. Prudētia est rerū & humanarū diuinarū cū ratione bene viuēdi iūcta cognitio. Ratione bene viuendi intelligē directionē bone vite prudētia. n. ē cognitio directiua bone vite. Quandoq; vero districtius sumitur vt non cōp̄hendat fidem vel donuz ꝯsilij vel intellectus vel scie.

¶ Quid sit prudētia descriptiue. iij.

Prudentia hoc sic describitur ab Aug. in lib. De morib⁹ eccl̄ie. Prudentia ē amar̄ ea q̄b⁹ adiuuamur in deū ab hijs q̄bus impedimur sagaciter eligēs. In lib. Uero de spū & anima dī q̄ prudentia est scire q̄d anima debeat facere sup̄ illud. Mat. xv. Erant qui mādu cauerūt. iiij. milia dicit Glo. B. Prima. s. prudentia est cognitio rerū vitandarū et appetendarū. Et pōt esse sumptū de verbis. Tulij in lib. De officijs dicentis prudentia est appetēdarū fugiendarūq; rerū scientia. Describitur etiā sic prudentia. in lib. De requie mentis. Prudentia est rerum bonarum et malarum. cū alteraruz dilectione reliquarum detestatione scientia. Tullius eam sic describit in rethoricis Prudētia ē rex bonaꝝ et malaꝝ vtrarū q̄ scientia. Nec virtus discernit bona a malis et bona ab inuicem ostendendo q̄d scit melius et mala ab inuicem ostendendo quod sit maius malum.

¶ Ostenditur ꝙ prudentia sit virtus.

b Sed quæritur quō prudētia virtus sit cū videatur esse scientia scōm multas descriptiones eius ꝓpositas. Ad qđ videtur posse respondeꝛi ꝙ prudētia gratuita virtus est quia est raditus vitus autem sole procedens. Cognitio quā habent mali circa ea que pertinēt ad mores est quasi mortua ⁊ inualida ad remouendū voluntatem vt bono cognito consentiat vel dissentiat a malo cognito. Sed prudentia virtus nō solum lumē est illuminans intellectū: sꝫ etiaꝫ calefacit affectum. Non solum enim ostendit qđ qñ ⁊ qualiter sit agendū: sed etiā mouet voluntatem vt appetat bonū post iudicium vel fugiat malum. Ro. viij. Prudentia autē spūs vita. Prudētia vero virtus ꝙsuetudinalis ex frequētia operꝫ relicta nō est idez cum sciētia que est cōiter de hijs que sunt circa opationes voluntarias. Opationes veroꝛ qbus ipsa vt est virtus relinquitur sunt singulares discretiōes de singulis fugiendis vel appetendis nō ꝑm qđ sunt in imaginatione tm̄ vel opinione sꝫ ꝑm qđ sunt subiecta sensui. Accidit.n. de multis qđ minus mouent ad hoc ꝙ fugiant vel appetantur cū sunt in imaginatione quā dum sunt in sensu. habitus vero relictꝰ ⁊ hijs singularibꝰ discretionibus potentioꝛ est ad mouendū voluntatem vt cōsentiat bono vel dissentiat a malo q̄ scientia moralis que est cōiter de hijs que ptinent ad mores: ⁊ videtur differre alter hoꝝ habituum a reliquo: sicut scientia musice quā habet aliqs magister actu qui legit musicam in scolis qui tm̄ nesciret cantare nisi ꝛium vnū. Differt a cognitione quā hēt ille qui hꝫ magisteriū organizandi in quo nō solum est relictꝰ habitus ad cantandū quātū ad vim apprehensiuā sed etiā q̄tū ad vim motiuā ⁊ imperantē motū ⁊ exequentē. Similis diuia est inter habitū quē habet magister in medicina qui scit legere libꝛos medicine ⁊ ptinentes ad practicā ⁊ ptinentes ad theoꝛicam q nō hēt ꝙsuetudiné operandi ab habitu illiꝰ qui hꝫ cōsuetudinem operādi. ¶ Et notandū ꝙ nō ᵉ est aliqs prudens eo ꝙ sit prudens solum intellectu. imo opꝫ vt ipse sic prudēs intellectu ⁊ affectu ⁊ opere. Vñ vsus scripture ⁊ vsus cōiter loquentiū habent vt imprudentes dicantur qui imprudēter operantur: licet prudenter intelligant qđ ⁊ qñ ⁊ quō sit agendū. Vñ prudentia virtus cōsuetudinalis non relinquꝛ in aliquo nisi qui prudēter se habuit diu prudēter intelligendo prudēter volendo. prudēter agendo. Job. xij. In multo tpe prudētia. Qui habet prudentie virtutē habitū habet ad prudenter discernendū prudenter volendū prudēter agendū. Ad hoc etiā ꝙ prudentia sit virtꝰ videtur facere hoc qđ ipsa est cognitio boni vel mali. ⁊ talis boni vel mali qđ difficile est discerni vt vitij ꝙ prætendit speciem virtutis. Ad hoc etiā ꝙ ipsa sit virtus videtur facere actus libere voluntatis precedens eiꝰ cognitionem quaꝫ Aug. vocat amoꝛez discernendis a quibꝰ adiuuamur in deū ab hijs quibꝰ impedimur. Cognitio ptinens ad prudentiaꝫ nō est cognitio effectiua per violentā probationeꝫ: sed etiā cognitio crudelitatis cuius ꝙsensus est sine necessaria coactione. Poterit etiā videri alicui ꝙ sicut temperātia ordinat vim ꝙcupiscibilē ad delectatiōes sensuū: ita prudētia vt est generalis ad virtutes cognitiuas ordinet voluntatē liberi arbitrij ad opationes que ptinent ad vtꝫ rōnalem. Voluntas.n. liberi arbitrij penes quā est summa potestas in anima ita potest se inordinate habere circa opationes intellectus vel rōnis sicuti respectu sensuū Unde sicut necesse sunt aliquę virtutes q̄ ordinant eam respectu sensuum sic necessaria est aliqua virtꝰ que ordinet eā respectu intellectꝰ ⁊ sicut voluntas respectu eorum que sunt delectabilia secundū sensuꝫ potest esse virtuosa ⁊ vitiosa: sic voluntas que est respectu cognitionū videtur posse esse ⁊ virtuosa ⁊ vitiosa. ¶ Et poterit forsitan videri alicui ꝙ hec sit quā: Sene. intelligiti epistolis noie philosophie dicēs Sapientia bonū ꝙfectū est mentis humane: philosophia sapientie amoꝛ est ⁊ affectio. Item illud quasi obstitit aliquis inter philosophiā ⁊ sapientiaꝫ itereſſe. Necꝫ.n. fieri pōt vt idē sit qđ affectatur ⁊ qđ affectat. quō multū interest inter auariciaꝫ ⁊ pecuniam cū illa cupiat hec cōcupiscatur sic iter philosophiā ⁊ sapientiaꝫ: idē. Alij philosophiā studiū virtutis esse dixerunt alij studiū corrigende mentis a quibusdā dicta est appetitus recte rationis.

¶ De diuersis actibus prudentie. iiij.

hoc q̄ considerant se parum peccasse contra qđ dicit Augu. de virginitate. Qm̄ veritas dixit q̄ ille cui modicū dimittit̄ modicū diligit: vos vt ardentissime diligatis cui diligendo a coniugiorum nexibus libere vacatis deputate nobis tāquā omnino dimissum quicquid a nobis nō est illo regente commissum. Adulto ardentius debes diligere illum qui flagitiosis ad se cōuersis quecūq; dimisit in ea te cadere nō pmisit. Quid habes qđ non accepisti aut qua puersitate minus diligis a quo plus accepisti. Cogita omnia peccata sic habēda tanquā dimittanť a quibus deus custodit ne cōmittanť. Noli modicum diligere quasi a quo tibi modicum dimissum est: sed potius multum dilige a quo tibi mul-

k tum tributum est. Contra hanc tepidi
tatem valet virginibus si habeant frequē
ter vinum sacre scripture quod est vinuz
germinās virgines. Ezach.i. Affectiones
virginales ad idem valet meditatio do-
minice passionis. Tre.i. Torcular calcaui
solus virgine filii iuda. Istud torcular fu
it pressura crucis. In hoc torculari fuit pſ
sa vua illa de qua. Gen.49. Lauabit in vi
no stolam suā: z in sanguine vue pallium
suum. i. Mtalh.vi. ostenderunt elephanti
bus sanguiné vue z mori ad acuēdū eos
in prelium: hoc vinuz dei amorem ebriat.
l Pſ. Calix meus inebrians quā pclarus
est. Quartum est macula alicuius pec
cati que in virgine est macula in gloria.
Macula turpior est in veste alba: virgini
tas est vestis alba. Uñ bisso cōparat. Pro
uer.vlti. Bissus z purpura indumentum
eius. Ideo macula peccati valde indecēs
est in virgine. Iero. preclara ē virginitas
z pudicitie virtus si nō alijs maculaz la-
psibus infirmet. Qui virginitatē carnis
habēt cum corruptione mentis similes sūt
sepulchris que exterius apparent homini
bus speciosa intus vero plena sunt ossib⁹
mortuorū. Mat.xxiij. Iero. Nihil pdest
virginitas corporis vbi operat corruptio
mentis. Item illa virginitas hostia xpi est
cuius nec mentē cogitatio nec carnē libi-
m do cōmaculant. Ad cauendā maculā pec
cati necessariū esset spōse xpi frequēter in
spicere in speculo. Speculū est scriptura
sacra. B. Specula sunt dei precepta in q-
bus aie sancte semp aspiciunt z si que in
eis sunt feditates deprehēdunt. Cant.vi.
Oculi eius sicut colūbe super riuulos aquā
rū que lacte sunt lote z residēt sup fluēta
plenissima. Colūba lacte lota est spōsa xpi
cum virginali puritate. Que super fluēta
sacre scripture sedet vt vmbra accipitris i
fernalis ibi videat Iero. in epistolis.
Tanto maiori studio placendi opus est:
quanto maior est ille cui placendū é. Im
possibile est quāquā deo placere q̄cquid ei
placeat ignorat: fieri potest vt obsequēdi
voto offendat si quō obsequi debeat ante
non didicit. Illud speculum est vita spon
si. Ber. super cant. Utrunq; es mihi dom
ne iesu z speculum paciendi z premiū pa
ciendi. Cum speculo etiā necessaria est ab
lutio que per confessionem fit vnde cū la-
uatorio erāt specula. Exo.xxxviij. Ber. in
epistolis. Audi cui places ama vnde pla-
ces ama confessionem ob quam amaris
si affectas decorem. Confessioni iūgatur
decor. Pſ. Confessio z pulcritudo in con
spectu eius lota facie humilitate confessio
nis. Grata est deo confessio laudis Cant.
ij. Ostende mihi faciem tuam. Idem so- n
net vox tua in auribus meis. Vox.n. tua
dulcis z facies tua decora. ¶ Quintum di
uisio cordis. Augustinus loquens virgini
bus. Toto vobis figatur in corde qui pro
nobis fixus est in cruce totum teneat in
animo vestro quicquid noluistis occupa-
ri connubio. De duplici corde. Eccles.ij.
Duplici corde est virgo que scilicet vult
placere z deo z mundo. B. Nemo potest
in vna eademq; re omnipotenti domino
atq; eius hostibus gratus existere. Nam
deo amicuz se denegat qui eius placet ini
mico. Ber. in epistolis. Volens placere ho
minibus deo non places. Si non places
non placas. Signum quod virgo cor ha-
beat diuisum z velit mundo placere est or
natus exterior. Psalmus. Omnis gloria fi
lie regis ab intus. Ambros. de virginitate
Delecta decoris cura plus placet: z hoc
ipsum q̄ vos non ornatis ornatus est. Je
rony. in epistolis. Satis pulchram crede
deo facié si hominibus apparere pulchra
nō studeas. B. i epistolis. Filie babilonis
quaz vere gloria in cōfusione est induūt
purpuram z bisso z sub mente cōscientia
pannosa iacet fulgent monilibus z tordēt
moribus. Eccles. Foris pannosa intus spe
ciosa resplendens sed diuinis aspectibus
non humanis. Idē. Decor qui cum veste
indutur z cum veste deponitur vestis pro
culdubio non est vestitus. Tu vero noli
emulari in vanitatibus z mendicātibus
pulchritudinē aliena vbi perdiderunt su
am: q̄ indignuz tibi iudica formam a pel
libus muri num z operibus vermium mu
tuari. Tibi tua sufficiat. Ille est verus pro
priusq; cuiq; rei decor q̄ nulla interiacēte
materia q̄ se inest. Idē. Uide nempe auro
argēto lapidibus preciosis z oiuz deniq;
cultu regio nō taz ornatos q̄ ornatas. Ri-
des post se longas trahentes fimbrias: z
densas pulueris nubes excitantes in aera
hec non te moueant ille vel illa in morte
deponent te tua sanctitas non relinquet.

Non sunt sua que portant: & cum interierint non sument omnia. Abundus cuius sunt illis exeuntibus retinebit. ¶ Sextum timendum est ne desit perseuerantia. Augustinus in libro de virginitate. Sequimini agnum tenendo perseueranter: quod noluistis. Ardenter facite cuz potestis ne virginitas, a vobis pereat. Cum facere nihil poteritis vt redeat virginitas amissa non recuperatur sicut lampas confracta non reintegratur. Amos. 5. Virgo israel prostrata est in terram suaz. Non est qui suscitet eã. Cum aliqua amiserit virginitatẽ si totũ mundũ daret p ea & totus esset aurum non recuperaret eã. Ber. in epistolis. Studeto perseuerantie que sola coronat. Itẽ scias diabolũ semp soli pseuerãtie insidiari quam solam virtutem nouit coronari.

¶ De aureola. 14

Equitur de aureola q̃ est additio ad gloriã celestez electis cõmuniter debitam. Et notandũ q̃ multis modis põt fieri additio ad gloriã: vno modo per augumentũ caritatis. Secundum quam mensuratur premium: vñ caritate augmenta manus p̃miũ debet maioz gloria. ¶ Secũdo in' resurrectione p̃pter gloriã corporis. Vñ sup illud: Exo. 25 Et super illam alteram coronam auream dicit Glo. Corona aurea labio mense apponitur. Cum in scriptura dicimus. Egredientes de corpore animas in celis eterna recipere prima: De aureola super ponit cuz in scriptura dicitur q̃ ei sublimioz gloria in receptione corpoz̃ seruetur. ¶ Tertio per opera 'super erogationis siue per impletionẽ cõsiliorum vnde dicit quedaz Glo. super predictũ verbum. Exo. corona aurea additur cũ p̃ euangelium hijs qui mandata custodiunt vita eterna p̃mittatur. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata huic corone aureola supponitur cum dicitur si vis perfectus esse vade & vende omnia que habes & da pauperibus. ¶ Triplex aũt est additio glorie que cõmuniter aureola dicitur. ¶ Prima est que debet excellenter hijs q̃ offiñ predicationis exercẽt. vnde super p̃dictũ verbũ. Exo. dicit & Interl. In hoc figuratur remuneratio illoz q̃ in doctoribus excellunt. Excellentia vero ista p̃m quosdam in hoc attenditur q̃ cum predicatione fit aliud opus supererrogatiõis qd est abrenũciatio p̃priorũ que supererrogatio fuit in primis eccle. predicatoribus scilicet apls. ¶ Et notandum q̃ quinq̃ de causis multum cõpetit officio predicationis abrenunciatio p̃priorũ. ¶ Prima est ne hi qui cõtemptũ propriorũ predicãt, hoc facere videantur vt ea soli habeant. ¶ Secunda ẽ quia qui habent officiũ predicatiõis oculi sunt eccle. Oculos aũt expedit longe eẽ a terra. Modicũ enim terre oculo intecte multum impedit visum sic amoz terrenorum multum impedit spiritualem vsũ. Eccle. 25. Munera & dona excecant oculos iudicum. ¶ Tertia est quia scõm dei ordinationem officio predicationis debita est ministratio necessariorum a subditis vt probat paulus. 1. Cor. 9. Quis ingt militat suis stipendijs vnq̃. Et paulo post Si nos nobis spiritualia seminam? magnum est si nos carnalia vestra metam?. Et iterum dominus ordinauit hijs q̃ euãgelium enunciãt de euangelio viuere. Itẽ Galat. 6. Cõmunicet hijs qui cathezizantur verbo ei qui cathezizat in omnibus bonis. Mat. 10. Nolite possidere aurum &c. & subditur dignus est operarius cibo suo. Iero. considerandum q̃ vni operi nostro duplex merces debet vna in via alia in patria vna que nos in labore sustẽtet. Altera que nos in labore remuneret. Beda hic merces inchoatur & in celo perficitur. Idem qui saccum & peraz prohibuit sumptus ex predicatione concedit Deute. .22. Non alligabis os bouis triturantis. Luc. 9. Nihil tuleritis in via in signum q̃ predicatoz non debet ferre secum necessaria sed alius debet ei. ministrare. Hert. alius pulmnar dy. cono lecturo euãgeliũ Cant. ij. Leua eius sub capite meo. Quarta est: quia exercentes predicationem specialiter reputantur operarij in vinea dei. vnde p̃missio eorum specialiter pertinet ad dominum vinee: de hijs operarijs habetur. Math. ix. Messis quidem multa operarij pauci. Et eiusdez. xx. Misit operarios in vineam suam non reputat deꝰ operarios illos qui tantũ p̃pter corpus laborant sicut non reputat dñs vinee vẽdemiatorem qui non colligit nisi quod comedit. Eccl. operanostra sunt opera iustitie: nõ vt agros colam? nõ vt diuitas ac-

quiramus. Idē sicut nemo conducit operariū vt hoc solū faciat qđ māducet sic nos nō ideo vocati sumus vt hec sola opemur que ad nostrum pertinēt sensum sed ad gloriam dei. Et sicut mercēnarius totam diē impendit circa opus modicam hōrā circa cibum sic nos omne tempus debemus impendere circa gloriā dei modicū circa terrenos vsus. Beda tanta predicatori ē fiducia in deo vt presentis vite fructus non ferat. ¶ Quinta est vt liberius operi predicatiōis possint itēdere maxime vtili. Qui enim habent diuitias vel in toto vel in parte sunt seui diuiciarū nec ꝓpriis seruiētes possunt eē dei vnde. Mat. vi. Nō potestis deo seruire z mamone. Mamona syra lingua diuitie. Et sic diuitie a seruitute dei expellūt nos in suā captiuitatē vñ diuites dicuntur: viri diuiciarū in. Pſ. Seū. nostri essemus. Si nostra nō essent. ¶ Secūda additio glorie que aurcola dicit est illa que debetur virginitati de qua. Glo. super Exo. xxv. Ad hanc coronam pertinet canticum nouum qđ virgines tantum coram agno concinūt: z qui sequuntur quocūq; ierit. Et super illud. Apoc. xiiij. Cantabāt quasi canticum nouum ante sedem. dicit. Interli. i. De integritate anime z corporis exultabūt. ¶ Tertia additio ad gloriā que aureola dicitur est illa que debet martirio. ¶ Prima dicitur pertinere ad vim rationalem z ad virtutē prudentie scām illam spēm prudētie que dicitur docilitas que videt eē dignior z spēs prudentie. Excellētissimū vero opus ptinēs ad virtutez docilitatis vr esse euāgelizare. hoc ē opus difficile valde vnde sup illud. i. Cor. i. Nō misit me deus baptizare sz euāgelizare dicit. Glo. Augu. pfecte baptizare etiā min⁹ docti possunt: pfecte aūt euāgelizare multū dificilioris z cartoris ē opis: ad hoc ꝙ aliqs pfecte euāgelizet oportet ꝙ totus a spūsctō occupetur vt. s. scientia sit in intellectu: caritas in affectu: dulcedo in sermone luc boni exēpli in ope. Opus istud angelicū est non est mirū sed exercētes op⁹ istud excellentissimū. Luc. ij. Euangelizo vobis gaudiū magnū dicit āgelus imo quodāmō diuinū est opus. Ad illud eni deus venit in mūdū. Isa. lxi. Euāgelizare māsuetis misit me. Mat. xi. Eam⁹ in ciuitates z vicos ꝓximos vt ibi ꝓdicem⁹: ad hoc eni vent: vñ cū opus illud excellētissimū sit z ꝗsi supra hominē nō est mirū si exercētes op⁹ istud supra ceteros homines remunerētur. Maxime si excellēter illud exerceāt. s. totaliter illi officio dediti z sincere z liberē. Sinceritas in hoc attēditur vt exerceatur sine cupiditate ꝓpalis lucri. libertas in hoc ꝙ sine timore ꝓpalis dāni. Exercentes hoc officiū pij prehonorādi sunt z similiter in futuro prehonorabūtur. i. Thim. v. Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni habeātur: maxime ꝙ laborant in verbo z doctrina. Et sup illud. Eph. i. Ut sciatis que sit supemines magnitudo virtutis eius in nos dicit. Glo. Quoddā incremētū glorie habebūt summi doctores vltra id ꝙ oēs cōmuniter habebūt. Dan. xij. Qui docti fuerint fulgebūt ꝗsi splēdor firmamēti z ꝙ ad iusticiam eruditū plurimos ꝗsi stelle i ꝑpetuas claritates. Sic claritas stellaꝝ excedit claritatem firmamēti sic claritas doctoꝝ claritatē ceteroꝝ. Ipsi habebūt coronā nō solū ꝓ se sz etiā ꝓ aliis ꝙ ꝑ eos saluati fuerūt vñ sup illud. Phil. iiij. c. Frēs mei karissimi z desideratissimi gaudiū meū z corōa mea dic. Glo ambr. Per quos i pūti letificor z i futuro coronabor. Discipulis eni in agone victoribus dign⁹ erit magister corōa aureola. ¶ Secūda videtur ptinere ad vz cōcupiscibilē z ad virtutē tēperātie scōz illā partē eius que dicitur cōtinētia virginalis. Virginitas triūphat de cupiscētia illa que senior est: in membris enim generationi deputatis maxime seuit cōcupiscētia. Ipsa refrenat maiorem delectationem carnalē que sit. Illā. s. que est scōz tactū z excellētiorē integritate. s. carnis vel incorruptiōe seruata. Ipsa etiā gloriā filiorū amore dei contēnit vnde nō ē mirū si gl̄ia eius in futuro cumulatur. ¶ Tertia aureola vr ptinere ad vz irascibilē z ad virtutē fortitudinis. Martirio eni supatur mors que est maximū terribiliū vnde nō est mirum si martires pre ceteris remunerant z vt vno ꝓbo dicatur in carne preter carnē vincere: euāgelizare: mortē nō timere supra hoīes esse videtur vnde merito horum oportet fieri remuneratio sup ceteros. Aureola videt ptinere ad virtutē iustitie hoc triplex meritū q̄ hūt: spāles imitatores christi sunt in pūti vita: z spūales imitatores erūt in glo

ria:christus fuit virgo ꝓdicator ⁊ martir Et Joannes baptista a quo incepit euãgelizatio regni sicut decebat vas integrum esse ⁊ sincerum per virginitatez inquo repositũ:est erat balsamum celestis sapiẽtie dispẽsandũ per predicationẽ celestis ⁊ cãdoris mũdicie sociari decuit cãdorẽ sapiẽtie:⁊ vt nullus locus remaneret dubitationi:veritatez doctrine necesse fuit cõfirmari morte nullus sani captus auderet mẽdatium morte propria confirmare.

¶ De continentia viduali. xliij

Dicto de continẽtia virginali dicẽdum est de alijs partibus cõtinẽtie ⁊ primo de illa que est abstinẽtia ab omni coitu post experientiaz carnalis operis. Hec enim continẽtia dignior videtur esse continentia coniugali cuz ei debeatur fructus.sexagesimus Mat.xiij. Similior videtur esse virginali cõtinentie:cũ abstineat ab oi coitu : sicut ⁊ ipsa.ℏ vero species continentie cũ nõ habeat nomen proprium quo nominetur quãdoqz vocatur castitas quia nomen generalius solet accipi scilicet pro continentia quacunqz. Quãdoqz vero nominatur cõtinentia vidualis que est species illius. Abstinentia enim ab oi coitu in carne corrupta quedam est vidualis vt illorum qui fuerũt i matrimonio:quedã vero nõ est vidualis vt illorũ q nõ erãt in matrimonio vt sunt ministri ecclesie. Ad cõmendationẽ castitatis facit.i.Ber.in epistolis. Quid castitate decorius que mundũ de immũdo ꝓceptũ semine.De hoste domesticũ angelũ deniqz de homine facit. Differunt quidẽ inter se homo pudicus ⁊ ãgelus sed felicitate nõ virtute. Sed ⁊ si illi⁹ castitas felicior huiꝰtñ esse fortior cognoscitur. Multa etiã de hijs que posita sunt ad cõmendationẽ cõtinẽtiei genere vel virginitatis referri possunt ad cõmendationẽ castitatis. Castitas vero vidualis cõmẽdat exẽplo turturis q̃ vni mari associatur in tota vita sua vt legitur in lib:de natura animaliũ. Hic etiã cõmẽdat.apo.i.Cor.vij.dicẽs. Dico autẽ nõnuptis ⁊ viduis.bonũ est illis.si sic remanẽãt:sicut ⁊ ego quod si nõ possunt se cõtinere nubãt. Melius erit enim nubere q̃ vri.de hoc cõmẽdatur. Judith.xv. Cõfortatũ est cor tuũ:eo q castitatẽ amaueris:⁊ post virũ tuũ:alterũ nescieris:tũ erit benedicta in eternũ. ¶ Ad castitatẽ vidualẽ incitare põt ꝓpriam relictã vnitas que fuit. Et carnalis ⁊ mẽtalis iter eã ⁊ cõparem suũ duz viverẽt fuerũt enim duo sed in vna carne:Ge.ij.⁊.Mat.xix.subditur iaz non duo sunt sz vna caro:ℊ. Persona delicta quasi semimortua est. Unde satis rationabile est vt nõ multũ adhereat huic seculo sz magis cogitet de alio in quo iã est quasi dimidia ⁊ in breui tota futura vnde. Aug tilij.lib.cõfes. Loquens de quodã amico suo defũcto. Bñdixit quidã de amico suo dimidiũ anime sue,Naz ego sensi ⁊ aiam meã ⁊ aiam illius vnaz fuisse in duobus corpibus ⁊ ideo horori erat mihi vita qa nolebã dimidiꝰ viuere. Ber.sup cant. Loquẽs de fratre suo. Girardo defũcto. Cũ essemꝰ cor vnũ ⁊ aia vna hãc meã pariter ⁊ ipsius aiam pertrãsiuit gladius. Et scindẽs mediã partẽ locauit in celo partez in ceno deseruit.ego illa portio in luto iacẽs trũcata pte sui ⁊ parte potiori. Ad vidualẽ etiã castitatẽ incitare potest oppressio filiorũ quãfacere solẽt secũdi mariti filijs q fuerũt de primo marito. Itẽ tribulo ex parte quã habẽt qui sunt in coniugio.i.Cor.vij. Tribulationẽ carnis habebũt hmõi. Glo. Pro rebus necessarijs prouidendis. Sibi ⁊ filijs. Ad idẽ incitare põt impedimẽtũ deo seruiẽdi.i.Cor.vij: Hoc ad vtilitatẽ vestrã dico nõ vt laqueũ vobis iniciã sz ad id qõ honestũ est ⁊ ꝙ facultatẽ ꝓbeat sine impedimẽto dño obsuãdi obsuãdi dico B seipsum.ſ. Et notandũ ꝙ castitas vidualis spectaliter cõmẽdabilis est iuuene q̃ inodicũ fuit cũ viro cũ postea toto tempore vite sue cõtinet:de hoc cõmẽdat ãna. Luc:ij. Hec ꝓcesserat in diebus multis ⁊ vixerat cum viro suo annis.vij. A virginitate sua ⁊ hec vidua vsqz ad annos.lxxxiiij. Iero.pfecte virtutis iudiciũ est renũciare sũbito ex parte voluptati:fugere netas carnis illecebras ⁊ calentis adhuc etatis flãmas fidei ardore extinguere. ¶ Et notandum ꝙ mulier que vidualem castitatem vult:seruare debet occasiones peccãdi declinare. Unũ legitur de turture in libro de natura animalium. Qõ in estate se mutat in loca frigida in hyeme vero non apparet sed manet in nido. ¶ Iero. Paruz castitati credo sine suis appẽditijs ¶ Tria videntur esse appenditia castitati vidua

li. ¶ Primū est nō euagari sed vel in pro-
pria domo manere vel in templo orare de
quo cōmendatur anna. Lu.ij. Que non
discedebat de templo ieiunijs z orationi-
bus z obsecrationibus seruiens die ac no
cte. Euagatio in viduis reprehenditur.i.
Thi.v. Simul ociose discunt circuire do-
mos non solum aūt ociose sed etiam ver-
bose z curiose loquentes: que nō oportet.
¶ Secundum est cibor asperitas.i. Thi
.v. Uidua que in deliciis est mitius mor-
tua est. Glo. Uiues inq̄ vita cōmuni mor
tua est in anima. ¶ Mat iij. est vestiū hu
militas. Gen.xxviij. Legitur de thamar
q̄ deposita veste viduitas assumpsit aliū
habitū quando volnit carnali operi intē-
dere. Ornatus qui tolerabilis est i ea que
vetant habet placere viro sno non est tol-
lerabilis inuidua que ad hoc solum stude
re debet vt placeat deo.

¶ De castitate ministrorum ecclesie. xiiij

B

Equitur de castitate ministrorum
e ecclesie notandum est q̄ castitas
multū decet eos vnde etiam apud
gentiles sacerdotes castitatem amplecte-
bantur. Plato in timeo. Sacerdotis pre-
duti apud athenas separati a cetero popu
lo manebant ne cōtagione alīqua eor ca-
stitas pollueretur castitas figuraliter sua-
detur ministris ecclesie. Exo.xxij. Ubi cō
mesturis agnum paschalem dicitur renes
vestros accingetis. Idē eiusdem.xxviij.
Indues inquit tunicis lineis z cinges bal
teo aaron z filios eius. Ite3. Leui.xvi. Fe
moralibus lineis veręda celabit. Accin
getur zona linea. Minister ecclesie castus
est vnum illorum triū que bene incedunt.
Prouer.penult. Tria sunt que bene ince
dunt z quartum qō incedit feliciter renu
meratur vero loco gallus succinctus lum
bos. Sapientie.iiij. O quam pulcra est ca
sta generatio cum claritate dignitatis. s. ec
clesiastice. Tren.iiij. Candidiores nazarei
eius niue nitidiores lacte. Candor niueus
vel lacteus est vera castitas. Luc.xij. Sint
lumbi vestri precincti. Ephe.vi. State suc
cincti lumbos vestros in veritate. i. Thim
iij. describit vbi quales debeant esse minis
tri ecclesie dicitur q̄ oportet episcopum
esse pudicum z paulo post dicitur q̄ dya
conos similiter oportet pudicos ee. z Ethi
dem.v. Teipsum castum custodi. Et.i. Pe
i. Succincti lumbos mētis vestre z Thi.
i. Dicitur de episcopo q̄ oportet esse con-
tinentem.
¶ Octo cause assignātur quia castitas de
ceat ministros ecclesie.

T notandū q̄ octo cause possunt
e assignari quare castitas multum
cōpetit ministris ecclesie. ¶ Pri-
ma est quia ipsi debent deū placare. Eccle.
xlviij. In tempore tracūdie factus est recō
ciliatio: placare vero non possunt si carna
liter viuant. Ro.viij. Qui in carne sunt
deum placare non possunt. Ber. Ue filijs
tre qui nondū reconciliatu reconciliationis
aliene negotium quasi gens que iusticiaz
fecerint apprehendunt. ¶ Secunda est qz
ipsi sunt loco dei ideo viuere debent vt de
us spiritualiter. s. non carnaliter. Deus eni
spiritus est. Jo.iij. Apo.i. Uidit. Joānes
similez filio hominis precinctū ad mamil
las zona aurea: Similis filio hominis vi
carius christi qui zonam auream continē
tie oportet habere. ¶ Tertia est quia āge
licum officium habent eidem domino ser
uientes cui z angeli deo z puritatem an-
gelicam debent habere. Unde Malach.
ij. Dicitur de sacerdote: angelus domini
exercituum est. Exo.xix.c. Sacerdotes q̄
accedunt ad dominum sanctificentur ne
percutiat eos. ¶ Quarta ē quia ipsi intē
dunt spirituali generationi que munda z
sancta est ideo non decet eos intendere
carnali quem munda est. Nec expedit eos
habere filios carnales ne duz sollicitudie
z amore eorum diuiditur ad eos minua-
tur ad filios Spirituales. Johannes euā-
gelista virgo magnam sollicitudinem z
dilectionem habebat ad filios spirituales
qui non habebat carnales. iij. Joh. mato
rem horum non habeo gratiam quam vt
audiam filios meos in veritate ambulare
¶ Quinta est q̄ ipsi contrectant sancta
ideo oportet eos sanctos esse maxime quā
tum ad carnis mundiciam. i. xx. Non ha-
beo panes laycos ad manum sed tantuz
panem sanctum si mundi sunt pueri ma
xime a mulieribus manducent Leu.xxi.
Incensum domini z panes dei sui offerūt
z ideo sancti erunt. Item in eodem. No-

mo qui habuerit maculam nō offerat panes deo suo nec accedet ad ministerium ei⁹ Macula valde turpis luxuria est: hāc maculam dedit salomon in gloria sua. Eccle. xvij. Item Leuit. xxij. Homo qui accesserit de stirpe nostra ad ea que sanctificata sunt in quo est mundicia peribit coram domino. ¶. Ro. vij. Sanctificauerunt eleaçarum vt custodiret archam domini. ¶. Paralipo. xv. Sanctificati sunt sacerdotes ⁊ leuite: vt portarent archam domini. Isa. lij. Mundamini qui fertis vasa domini. ℂ Sexta est quia oportet eos mundare: alios ideo oportet eos esse valde mundos. Eccle. xxiiij. Ab immūdo quis mundabitur. ij. Paralipo. xxviij. Dictum est leuitis. Sanctificamini mundate domum domini. Neemie. xij. Mundati sunt sacerdotes ⁊ leuite ⁊ mundauerunt populum. ¶. Mat. iiij. Elegit iudas sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege dei ⁊ mandauerūt sancta.

£ ℂ Septima est q̄ ipsi habent sponsaz nobilissimam i deest sapientiam: ideo facilius sponsa vel concubina carnalibus carere possunt. Sapientia. viij. Hanc amaui et exquisiui illam a iuuentute mea ⁊ quesiui sponsam mihi assumere eam ⁊ amator factus sum forme illius. Prouer. vij. Prudentiam voca amicam tuam vt custodiat te a muliere extranea hoies quasi immersi in balsamo sapientie immunes sunt a corruptione. Eccle. xliij. Quasi balsamuz non mixtum odor meus. In Ps̄. Eloquia domini eloqa casta ab effectu. Jac. iij. Que de sursum est sapientia primum quidem pudicita est ⁊ pudicum facies. Iero. Ama sacras litteras ⁊ carnis vitia non amabis. ℂ Octaua est: quia ipsi sunt ministri altissimi: ⁊ ideo decet vt ipsi sint ꝑprij ipsius. Decet enim dominum tantū habere proprios seruitores: q̄ non esset si mulier potestatem in corpore, eor habet. ¶. Cor. vij. Uir sui corporis potestatem non habet sed mulier.

ℂ De continentia coniugali. xv.

Sequitur de cōtinentia coniugali circa quā. Primo destruitur error ille qui matrimoniuz dānat. Secūdo matrimonium cōmendatur. Tertio ostenditur qualiter matrimonia sint contrahenda. Quarto quia cō

A s tinentia ꝓlugalis abstinet a carnali opere illicito: ⁊ vtiq̄ licito ostēdet q̄ op⁹ carnale sit licitū qđ illicitū. Circa vero primuz

Primo ponem⁹ testimonia noui testamēti ꝗbus dictus error innitur. Secūdo auctoritatē ⁊ rōnes ꝗbus falsitas dicti erroris ꝓincipaliter qui sunt hui⁹ erroris vocāt catharini vel a cato cui⁹ posteriora osculant in cui⁹ specie luciferū dicunt: sibi apparere: vel a catha qđ ē fluxus. Defluūt enim ꝓ diuersa vitia ponūt naturaz corporis malā ee ⁊ ee a principio malo ⁊ debet eā oibus modis purgari vt citi⁹ a natura mala liberemur: vñ nolūt fluxū illū matrimonio restringi ipsi dicūt op⁹ carnale qđ cū vxore exercet fornicationē ee vtentes ad hoc illo verbo. ¶. Cor. vij. Propter fornicationē vnusqsq̄ suā vxorē habeat: ergo fornicatio est cū vxore etiā. Sed verbū dictū sic est intelligendū ꝓpter fornicationē ꝛc. Nō ꝓpter fornicationē faciendā sed euitādaz. Simile. Ro. viij. xp̄o tradius est ꝓpter delicta nr̄a nō faciēda ꝙ destruēda. Et est vulgaris modus loquēdi vnde dicit aliqs ferre pellicū propter fr gus faciendū sed repellendū. Itē i eodez Hoc aūt dico scōm indulgentiā ⁊ nō sedz imperiuz: ergo peccatū est matrimonium cū indulgeat. Preterea dicit ibidē apl̄us. Uolo oēs hoies esse sicut meipsuz. ¶. continentes. Et dicendū est q̄ idulgentia nō accipit ibi pro venia sed pro cōcessione minoris boni. Minus. n. bonū est matrimonium q̄ virginitas vl̄ castitas vtrūq̄z tamē bonum est: ⁊ donū dei. Unde subdit apostolus vnusquisq̄z proprium donū habet ex deo: alius quidez sic: alius vero sic propterea dicat: ergo q̄ vult omnes homies esse sicut se: quia vellet eos esse non soluz bonos: sed meliores. Item in eodem. Bonuz est homini mulierē nō tangere: ergo malū est eā tāgere. Sed nō sequitur. Sicut nō sequitur bonum est nō habere vinū igitur malū est bibere vinum. Itez in eodē. Qui habēt vxores sint tanq̄ nō habentes: ergo malum est: cū eis cōmisceri. Sed hoc non sequitur. Sicut non sequit qui emunt sint tanq̄ non possidentes qđ ibidem legitur: ergo non deberent comedere de fructibus agri empti. Qui habet vxorem est tanq̄ non habens si debitum reddit: ⁊ non exigit. Item dominus

monet ad relinquendum vxorem. Luce. xviij. Nemo est qui relinquit domum vel parentes aut fratres aut vxores aut filios ꝓpter regnum dei ⁊ non recipiat multo plura in hoc tempore ⁊c. Et eiusdē. xiiij. Si quis venit ad me ⁊ nō odit patrē suū vel matrē ⁊ vxorem ⁊c. Nō potest meus eē discipulus: ergo vxor est relinquenda ⁊ odio habenda. Ad quod dicendū ꝙ vxor non est relinquenda ⁊ odienda eo modo quo pater ⁊ mater vt. s. si vult trahere aliquem ad idolatrias vel heresim vel aliud peccatum non consentiatur ei tamē si bene se habeat amāda est: sicut pater ⁊ mater. ¶. Cori. vij. Si quis frater vxorem habet infidelem: ⁊ hec cōsentit habitare cū illo non dimittat illam. Licet autē predictus error iam in sua radice destructꝰ sit vbi fuit destructus error. Manicheoꝝ qui ponit duo principia prima vnum bonum ⁊ aliud malum a quo dicit eē eaque sunt corruptibilia. A quo errore. hic error ortum habuit tamen manifeste falsitas eius conuinci potest testimonijs scripturaque sequuntur. Math. xix. Pharisei interrogantibus christum an liceret homini dimittere vxorem quacunq; ex causa. Ipse premisso testimonio. Deꝰ iunxit. Quos ergo deus coniunxit homo nō separet. Ostendens manifeste matrimonium eē bonum ⁊ a deo: ⁊ non eē ab homine separandum. Patet ergo ꝙ matrimonium est bonum. Item Luce. ¶. Dicitur de Zacharia ⁊ Elisabeth vxore eius ꝙ ambo erant iusti ante deum incedentes in omnibus mandatis ⁊ iustificationibus dei sine querela. Et ꝙ angelus gabriel çacharie nūciauit hec helisabet vxor tua pariet filium tibi ⁊ paulopost ⁊ spiritu sancto replebit adhuc ex vtero matris sue. Nō ergo est matrimoniū malum in quo sancti homines fuerunt ⁊ ex quo fructus tam bonus processit. Et Jo. xi. Abat. Jesu interfuit nuptijs. Jesus ⁊ discipuli eius ad eas vocati sunt ⁊ fecit ibi iesus initium signoꝝ suoꝝ. Nō honorassz tot modis nuptias si male eēnt. Item Ro. vij. Adulter viuente viro vocabitur adultera si cum altero viro fuerit. Si autem fuerit mortuꝰ vir eius liberata est a lege viri vt non sit adultera si fuerit cum altero viro. Item pe. Cori. vij. Uxori vir debitum reddat: ⁊ similiter vxor viro. In eodez. Nolite fraudare adinuicem nisi forte ad tempꝰ vt vacetis orationi: ⁊ iterum reuertimini in id ipsum. Et itez hijs g in matrimonio sūt iuncti ꝑcipio nō ego sed dñs a viro vxorē nō discedere. Et paulopost. ⁊ vir vxorem nō dimittat. Jtē in eodē. Obligat⁹ es vxori noli q̄rere solutionē. Solut⁹ es ab vxore noli q̄rere vxorē. Si aūt acceperis vxorez nō peccasti: ⁊ si nupserit virgo nō peccauit. Jtē in eodē. Qui in matrimoniuz iungit virginem suā benefacit. Mulier alligata est legi quāto tēpore vir eius viuit ꝙ si dormierit vir eius liberata est a lege cui vult nubat tantū in domino: ergo etiā secūde nuptie sūt licite. Jtē eph. v. Viri diligite vxores vestras ⁊c. In eodē vnusq; vxorē suā sicut seipm diligat. ⁊ pe. Thi. ij Mulier seducta in ꝓuaricatiōe fuit. Saluabitur aūt ꝑ filioꝝ generationē. Jtē. iij. Spūs manifeste dicit q̄n nouissimis tēporibus discedēt quidā a fide accendētes spūs erroris ⁊ doctrinis demoniorū i ypocrisim loquentiū mendaciū ⁊ cauteriatas habētiū suā ꝙsciam ꝓhibētiū nubere ⁊c. Eiusdem. v. Volo Juniores nubere filios ꝓcreare matres familias esse. Jtez. Hebrei. Honorabile cōnubiū in oib⁹ supplesit ⁊ thorus imaculat⁹. Fornicatores enim ⁊ adulteros iudicabit deus. i. damnabit. Ber. Omni immunditie habenas larat qui nuptias damnat. Item rara est in terris continentia neq; pro tantillo questu exinanuit se filius dei formā serui accipiēs Jn hac approbatione matrimonij cōuenīūt nobiscum tam iudei q̄ gentiles: gentiles enim in veneratione habuerunt cōiugiū ⁊ filios qui non erant nati de coniugio illegitimos iudicabant. In hoc conueniūt nobiscum sapientissimi vt salomon. Prouer. xiij. Domus ⁊ diuitie dantur a parētibus a domino vero ꝓprio vxor prudēs. Señ. etiā vxorē habuit vt apparet in eius epistolis. Et notandū ꝙ illi q̄ sunt huius erroris dicunt mulierē damnari si pgnās decedit: vel in partu qđ manifeste patet esse falsum. In helisabeth. Luce. v. Que pregnans erat cum salutauit eam beata virgo ⁊ cum repleta est spiritu sancto ⁊ infans exultauit in vtero eius que si decessisset in partu saluata esset. Partus enim penam habet. non culpam.

¶ De cõmendatione matrimonij. xvi.

Sequitur de cõmendatione matrimonij. Et notandus q̃ xij. Sunt quib⁹ matrimoniũ põt cõmẽdari fidelibus q̃ vtrũq̃ testamẽtũ recipiũt. ¶ Primus est auctoritas instituẽtis illud. Cũ alios ordines instituerit aliqs sanct⁹: vt Aug vel Bñdictus. Ordinẽ matrimonij instituit ipse deus qui errare nõ potest vnde si culpabilis est qui ordinem beati benedicti transgredit cõstat quod valde culpabilis est qui trãsgredit ordines matrimonij a deo constituti. ¶ Secundum est loc⁹ in quo istitutũ. s. paradisus. Institutũ est eni emissio sopore in adaz. Gen. ij Et raptus est adam in spiritu z interfuit curie celesti z ibi agnouit virtutẽ matrimonij: z cuius rei ẽct sacramẽtũ. Et erat adã tunc corpore in paradiso terrestri mẽte vero in paradiso celesti vnde sup Gen. ij. Dicit glo. Aug. extasis recte itelligitur ad hoc imissa vt mens. Ade particeps angelice curie z intrans in sanctuariũ dei nouissima itelligeret vnde euigilans ꝓphetico spũ eructauit hoc nunc os ex ossibus meis ⁊c. Nec verba cuz ade scriptura fuisse dicat. xps in euãgelio deũ dedisse declarat. Mat. xix. Vt intelligamus p illam extasim adã diuinitus hec dixisse. ¶ Tertium est antiquitas. Nõ enim de nouo iste institutus est ordo: imo ãtiquitate excedit oẽm ordines in terris institutũ. Quartum est status. Institutum enim est in statu innocentie in illo felici tempore in quo homo nõdum peccauerat. Quintum est q̃ hunc solum ordinem saluauit dñs tempore diluuij. In archa enim tantũ saluati sunt noe z vxor eius z tres filij eius z vxores eor. Si qui erãt cõcubinarij si q̃ meretrices oẽs diluuio sunt submersi. ¶ Sextum est q̃ beata virgo hunc ordinem intrare voluit licet ꝓposuisset seruare virginitatem. Quod nõ parũ facit ad honorẽ matrimonij noluit fili⁹ dei ex ea carnẽ assumere donec nõ fuit i matrimonio. Quasi palliũ enim fuit matrimonij quo beata virgo vsa est. Quo occultauit celestem cõceptũ quo sub pallio latere voluit filius dei. Sub hoc pallio celatus est diabolo misteriũ redemptionis nostre. Infelices z maledicte sunt ille que poti⁹ eligunt esse in cõfusione diaboli q̃ in ordine beate virginis. Cõfuso diaboli est fructus meretricum que quãdoq̃ peccãt cuz patre quãdoq̃ cũ filio quandoq̃ cũ duabus fratribus vel cognatis quãdoq̃ cum solutis quãdoq̃ cũ cõiugatis quãdoq̃ cũ sacerdotibus quãdoq̃ cũ religiosis quãdoq̃ cũ leprosis. Infelices etiaz adultere sunt que matrimoniũ nõ seruauerũt que nõ timent palliũ beate virginis ingnare. ¶ Septimum est q̃ dñs voluit honorare nuptias suas ꝑsentia z matris sue z discipulor suor. Jo. ij. Ubi ineniunt concubinarij q̃ xps vel beata virgo in domibus eor cõmederit: Diabolus potius i domib⁹ eor inhabitat. Cui de cordibus suis sacrificia faciunt. Sicut enim qui cõtinenter viuunt corda sua sacrificant deo. Juxta illud. Ro. xij. Obsecro vos per miseri cordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentẽ. Sic qui luxuriose viuũt corpora sua sacrificant diabolo. Quomõ habitet deus vbi exercetur opus illud qõ plus deo fetet z angelis eius q̃ aliquod cadauer hominibus fetebat. Octauum est q̃ dominus nuptias voluit honorare primo aperto miraculo quod fecit corazs discipulis suis. Ipsum vero miraculum quo aqua mutata est vinum ostendit: cuius virtutis sit matrimonium. Aqua eni vilis est. vinuz precioſum: sic opus carnale sine matrimonio vile quidem ẽ. Opus vero matrimoniale precioſum. Unde infelices sunt cõcubinarij qui aquã fetentem vino precioso preeligunt potius volentes exercere opus illud extra matrimonium cum peccato q̃ in matrimonio sine peccato. Infelices etiam sunt illi q̃ vinũ bonũ z purum habent z relinquunt illud pro vino prauo quasi felle mixto. hij sunt illi qui proprias vxores habẽt z alienis adhe rent. ¶ Nonum est excellens benedictio quam ecclesia facit cõiugibus iuxta altare ad missam in presentia dominici corpis. Qui potius vult eẽ cõcubinarius q̃ legitimus maritus: ipse potius vult habere maledictionẽ q̃ benedictionez. Quãdiu eniz est in peccato maledict⁹ est q̃quid agat. In psalmo noluit benedictionem z elongabitur ab eo. Concubinarij vident velle maledictionem z merito illã habebũt. Dicetur enim illud eis. Math. xxi. Discedite a me maledicti in ignem eternum.

Vñs enim qui se bene habent in matrimonio dicetur illud vente benedicti patris mei ꝛc. Decimuz est preciosus fructus qui ex matrimonio sequitur. Generant enim inde filij huius seculi qui p adoptionē post fiunt filij dei. Si gs haberet vineā que annuatim ferret. xx. modios vini valde amaret eā. Quantū ergo amādū est matrimoniū vnde pueri pcreātur cū puer vnus ꝑualeat toti vino qđ in mūdo est. Ex matrimonio generant virgines: vnde si virgines multū amande ꝛ matrimoniū multū amandū. Jero. Laudo cōiugiū: q: virgines generāt: lego de spinis rosam: de conca margaritā: valde infelices sunt meretrices que operi carnali intēdūt: ꝛ tū qꝛ exponēdo se oibus ita se ingnant nō sunt digne vt deus det eis fructū prolis. Extra fatuitas nō cessant seminare licet videāt semen multū fructū ide colligere. Meretrices hūt officiū in mundo isto iugulādi homines denario. vix inter latrones iuenitur aliqs qui tale officium velit cohierti cū tumento morte moriat. Et Deuie. xxvij. Maledictus q dormit cū aliquo tumēto. Secūm est vt fiat in organo dissimili. Si vero fiat in organo simili est peccatum cōtra naturā qđ tangitur. Ro. i. Nam femine eoꝝ mutauerunt naturalē vsum. in eū viuz qui ē cōtra naturā. Similiter ꝛ masculi de relicto naturali vsu femine exarserūt in desideriis suis inuicē masculi in masculos turpitudine operātes. Tertiū est vt fiat in organo ad hunc vsum deputato: cōtra qđ est polutio extraordinaria: quā tangit. Leui. sup pdictū locū. Ro. i. Qui cum ipsa coniuge alio modo q̄ licet dormierit operat cōtra naturam. Quartū est vt nō fiat modo bestiali sed modo quo decet ꝛ rōnalē naturam: modo. i. ydoneo infusioni seminis quantuz ad viz: ꝛ receptioni seminis quantum ad feminam: contra hoc vero est illud peccatum contra naturam quod enumerat Methodius inter causas diluuij dicens mulieres in vesaniam verse supergresse viris abutebantur. Quintuz est vt persone inter quas hoc opus exercetur non sic se habeant qꝝ vna sit radix a qua alia processerit vel pcesserint ab vna radice e proximo. hoc enim multū valet ad societatem que multum est conserua tiua humani generis. Per hoc ergo qꝝ matrimoniū cōtrahitur cum persona nō attinente mittitur societas inter consanguineos virtutisq; plone cōiugiū sibi nō attinebāt. Si hoc opus exerceret cuz attinētibus haberēt hoies suspecta cohabitationē vxoꝝ suaꝝ cū suis propinquissimis ꝛ cū ꝓpinquissimis ipsarū: ꝛ sic in magna parte iret societas humana cōseruata humani generis. Contra hoc est peccatū incestus peccatū valde detestabile: qđ etiā exēplo brutoꝝ animaliū nobis dissuadetur. Unde legitur in libro de natura aialiuz. Quod camelus cooperto capite matris eius super eā saltauit: ꝛ cooperimento sublato matrē cognoscēs turpitudinis opere qđ ceperat intercepto descēdit: ꝛ ingeniatore interfecit. Similiter cū fieret equus: ꝛ matrē eius cognosceret matrē suppositā subito fugit. Sextū est qꝝ plone inter quas hic opus exercetur vnite sint iseparabiles: nō enim sufficit vt ꝓsentiāt vno cōsensu sicut fornicatores.

¶ De inseparabilitate matrimonij.

Hinc inseparabilitatē: primo videtur regrere hoc qꝝ matrimoniuz sacramentū est matrimonij spiritualis qđ est iter xp̄m ꝛ ecclīaz. Ephes. v Sacramētū hoc magnū est. Ego aūt dico in xp̄o ꝛ ecclesia. Unde cū illud matrimoniū sit iseparabile. ꝛ matrimoniū corporale inseparabile debet esse. Secūdo fructus ad quē est matrimonij indiuisibilis destruit enim proles si diuidatur. ij Ro. iij. Dixit mulier cuius erat filius viuꝰ ad regē qui cū iusserat diuidi obsecro domine mi date illi infantē viuuz ꝛ nolite interficere eū. Sigs tū obijciat quod qñ sunt plures filij potest fructus diuidi dicēdum est qꝝ nec tūc diuidi potest quin oēs sint filij patris sicut ꝛ matris: ꝛ oēs teneantur tam patri q̄ matri: ꝛ tam mater q̄ pater oibus. Tertio fidei integritas sine qua non est secura societas: si separari deberent non confideret vnus coniuguz de altero: nec vnus fidelis cēt alteri quantū ad bonoꝝ cōmunicationez. Prouer. vlt. Legitur de forti muliere: confidit i ea cor viri sui. Quarto magnitudo amoris q̄ est iter ipsos. Maximus vero vr esse iter amoresq; sunt rōne carnis: cū etiam amici pris vel mris videat ꝓualere. Secūdō

Und. Math. xix. Propter hoc relinquet hō patrē ⁊ matrē: ⁊ adherebit vxori sue. Cū aliqua vnio corpoꝝ inseparabilis sit vt mixto aliqua metalli vnio videt eē iseparabilis: ⁊ maxime videt de illa q̄ est maritalis amoris q̄ maxima ⁊ familiarissima videtur eē patet siomni tpe diligit q amicꝰ est nulla aduersitas debet separare amicitiā cōiugz. ¶ Quinto societas cōsanguineoꝝ cōiugz qui ipsis mediātibꝰ illis sociati fuerūt que separabit sī matrimoniuz dissoluaī. Que societas cuz a deo sit: ⁊ ei valde grata videtur eē ab hoie: separāda nō est cōtra vnitatē separabilē est peccatū fornicationis. Septimo est vt opus illud exerceaī inter psonas que sint vnite singulariter. Unica enīz vnici debet esse: ad quo ꝯfacit magnitudo amoris. Si enī maximus amor carnalis ⁊familiarissimꝰ est: iter eos cum vnita debet eē amor ille. Qū enīz per supabundātiā dicit vni soli cōiunit: hec singularitas vnitatis in anulo, ostendit qui vnicū digitū capit. Sigs tū obijciat: q̄ vnus debeat multas habere vt sic multiplicētur cultores dei cū vnꝰ hō sufficiat multas fecūdare. Respondēdū est q̄ dīs nō tm attendit multiplicationē generis humani quantū ad numerū: quantū attendit eius multiplicationē: quantū ad meritū. Ut frequētius q generant inde: nō sunt veri cultores dei. Eccl. xv. Nō cōcupiscit deꝰ multitudinē filioꝝ infideliū: ⁊ inutiliū. Luc. xxiij. Uenient dies in quibus dicēt beate steriles ⁊ vētres q nō genuerunt licet pauciss̄imi eēnt cultores dei tempore primoꝝ parentū. tamen voluit deus ordinare vt Adam haberet duas vxores: simul vt sic citius multiplicaretur genus humanū. Preterea primꝰ qui genuit Adaz malus fuit Caym Unde patet q̄ citius genuit imitatorem diaboli qui cultorē dei. Preterea aialia magna: vt dicitur in lib. de natura animaliū raro generāt. Elephas enim femina cessat trienio post partū a coitu: ⁊ camela p annuz pancos etiā generāt: quasi vnicū fetuz cū animalia parui corporis generēt multos: vt ibidē legit. Sicbō maximus dignitate iter aialia nō est virū si raro: ⁊ pancos filios generet. Preterea q̄dq̄z qui sufficit multis fecūdari vic sufficiēti ⁊ pli eꝰ sine piculo aie sue necessaria putdere. Legit i ſ. de na. asa. De agla q̄ vadit granaī in nido: ita q̄ venari nō possit: ⁊ ideo nō sufficit pascere nisi duos pullos. vnde tertiū ouū prohicit vel tertiū pullū. Siquis vero obiciat q̄ saltē in principib⁹ q sufficiunt prouidere multis tollerabile erit q̄ vnus habeat plures dicendū est q̄ vt frequētius isti minus sufficiūt putdere vxori: ⁊ filijs suis sine periculo aiaꝝ suaruz q̄ alij. Preterea multiplicatio dñoꝝ destructio est terraꝝ: multiplicatis heredibus sequitur diuisio regnoꝝ quā cōsequitur desolatio eoꝝ Bat. xij. Omne regnū in seipsuz diuisuz desolabitur. Item multiplicatis principibus multiplicantur mala sup terrā. ¶. Bacha. ¶. Legitur de alexandro q̄ diuisit regnū suum pueris nobilibus q secū erant nutriti a iuuentute ⁊ subdītur Optinerūt pueri eius regnū vnusquisq̄z in loco suo ⁊ iposuerunt sibi diademata post mortē eiꝰ: ⁊ filij eoꝝ post eos annis multis: ⁊ multiplicata sunt mala sup terram: quādo aliquis princeps habz diuersas vxores successiue vir est pax inter filios q sunt ex illis vxoribus. Preterea nollet princeps vxorem suā ab alio fecundari: etiam si ipse nō posset eam fecūdare. Unde nec ipse velle debet etiā cū vxor sua sterilis est ex alia fructū habere. Docet enim est de iure naturali vt non faciat alij q̄ sibi non vult fieri. Preterea vir pfecta seruari pax posset si vnus plures haberet. Cōquesta est Sarra. Gen. xvi. Q̄ ancilla sua agar cōtemneret eam. cui ipsa virū suū cōmunicauerat. Et lya dixit rachel: parum ne tibi videtur q̄ preripuerit maritū meum mihi. Gen. xxx. Cōtra hāc singularitatez est peccatū adulterij. Octauo est q̄ nō moneat ad opus carnale delectatio: fz vel bonuz plis vel tristicia vel pietas de qbꝰ pus tactum est. Nono est vt opere inchoato: ratio non trahatur ad consentiendum delectationi vnusquisq̄z enim tēptatur concupiscentia sua abstractus ⁊ intellectus. Isa. ¶. Decimū est vt eligatur tēpus in quo licet opus illud exercere. Abstinendum est ab illo opere tēpore mestruoꝝ Leuit. xvi. Si coierit vir cū muliere tempore sanguinis mēstrualis immūdus erit. Et eiusdem. xviij. Ad mulierem que patitur mēstrua nō accedes. Et dicit Aug. q̄ tūc abstinēdū é ab illo ope ꝓpter

prolis corruptionē. Et Jero. dicit q̄ time
rent concipiunt membris dānati ceci claudi le
prosi: Item tēpore sacro. Augu. Propter
dies processionis ⁊ festiuitor aliqū nō licet
cōuenire. qa ēt a licitis abstinēdū ēt ut fa
cilius ipetrari possit quod postulat. Uñ
tpe quo uxor grauidā ē nō dz misceri. Uñ
elephas p̄gnante sciam nō tāgit ut legit
de natura aialiū. ¶ Undecimo ē ut loc⁹
sacer caueatur. non enim est exercendum
opus illud in loco sacro.

De temperantia secundū visuz au
ditum ⁊ olfatum. xir.

Jcto de tp̄ātia delectationū q̄
o fit scōm gustū ⁊ tactū. Dicendū ē
de tēperantia q̄ fit ſm visuz ⁊ au
ditū ⁊ olphatū. Et notandū q̄ cū visus i
oībus aialibus sit sup auditū ⁊ sub visu
olphatus ut legitur in libro de natura
aialiū piculosior vr̄ eē visus nisi refrene
tur q̄ auditus: ⁊ auditus q̄ olphatus. Uñ
scriptura multū suadet nobis refrenatio
nē visus. Eccle. ix. Ne respicies mulierem
multinolā. Jn eodē virginē ne cōspicias.
Itē noli circūspicere i vias ciuitatis ⁊ ite
rū ne circūspicias spēm alienā. Eiusdem
xxv. Ne respicias mulieris spēz ⁊ alī. Ne
respicies mulierē alienī viri. Lassas q̄re
visus sit periculosus. regre in tra. ⁊ in de
luxuria. c. de aspectu mulierū. De refrena
tiōe visus ⁊ auditus: auditus hētur. Jsa.
xxxiij. Qui obturat aures suas ne audiat
sanguinē ⁊ claudit oculos suos ne vide
at malū iste in excelsis habitabit visus ⁊
auditus videntur habere curiositatē qua
si insaciabilez. Eccli. i. Non saciatur ocu
lus visu nec auris auditu impleē. S. gra
ue curiositatis est vitium que diz cuiusli
bet mentem ad inuestigandum vitaz pro
ximi exterius ducit semper ei sua intima
abscondit vt aliena sciens se nesciat. Idez
curiosi. Animus quāto peritus fuerit alie
ni mercti tanto sit ignarus sui. Et notā
dum q̄ auditus a multis est temperand⁹
¶ Primo a musicis instrumentis. Job.
xxi. Tenent tympanum ⁊ citaram ⁊ gau
dent ad sonum organi ducūt in bonis di
es suos ⁊ in puncto ad inferos descendūt
Jsa. quinto. Cythara ⁊ lyra ⁊ tympanū
⁊ tybia ⁊ vīnū in conuiuijs vestris ⁊ op⁹
domini non respicitis Antigonus alexan
dri pedagogus cytharam eius fregit ab
iecitq̄ dicens etati tue iam regnare cue
nit pudeatq̄ in corpore regis voluptate
luxurie dominari. ¶ Secundo a lasciuo
cantu vel colloquio mulierum vñ. Eccle.
ix. dicitur de saltatrice. Ne audias illā ne
forte pereas in efficacia illius. Et in eodez
dicitur de muliere aliena. Colloquiū illi⁹
q̄si ignis exardescit. ¶ Tertio a malis p
rimi. Eccli. xxviij. Sepi aures tuas spi
nis ⁊ noli audire linguā detractricē. Quar
to a bonis p̄dijs que adulatores solent
hoib⁹ ad memoriā reducere. Sene. Si cō
tinēs es adulationes cuncta sitq̄ tibi tā triste
laudari a turpib⁹ q̄ si laudaris obturpia.
Jtē difficillimū op⁹ p̄stitit ē assentationes
adulatorū repellere quoꝝ sermones animū
quadā volupate retoluunt. Quinto a
suauitate p̄pij cantus. Bre. Uū blanda
vox q̄ritur sobria vita deseritur. Olphac⁹
etiā est tēperādus a suauitate odorū cū sert
ptū sit. Jsa. iij. Erit pro suauem odore fetor
vna pena infernalis erit fetor sulphuris.
Jn p̄s. Ignis sulphur spiritus procellarū
rum ⁊c. Jsa. xxx. Flamis domini quasi tor
rēs sulphuris succēdēs eā. Explicit tractā
tus de temperantia deo gloria qui incē
pit ⁊ complenit amen.

¶ Tractatus de fortitudine.

Jcto de prudentia

⁊ temperantia dicendū est de
fortitudine: de qua hoc modo
dicitur. Primo ponūtur diuerse acceptio
nes huius nominis fortitudo. Secundo
diuerse descriptiones fortitudinis. Ter
tio ea que ptinent ad eius p̄mendationē.
Quarto dicet de his q̄ imitāt fortitudinē.
Quinto de ptib⁹ ipsi⁹. Circa primum.

¶ Quot mōis sumit̄ hoc nomē fortitudo.

¶ Notandū ē q̄ nomē fortitudis. Qñ
q̄ sumit̄ p̄ fortitudine corpali q̄lis fuit for
titudo sansonis. Nec fortitudo dicit esse
potētia facile agendi ⁊ difficile a cōtrario
patiēdi. Quādoq̄ vero p̄ fortitudine ai
⁊ sic sumit̄ q̄druplicit̄. Uno mō genera
liter: ⁊ sz̄ fortitudo repiri pōt i oi vi ⁊ oi
virt⁹ fortitudine hz̄ respcū vicij sibi otrarij
vt p̄tinētia otra luxuriā. Prouer. vi. Eccī
git fortitudie lūbos suos. Ad fortitudinē
istā p̄tinet in oi ope meritorio. facere ne
q̄d minus sicut ad tēperantiā generalem
pertinet facere nequid nimis. Illo modo

nomẽ fortitudis sumitur large: nõ tñ ita gñaliter sicut prius. Et fortitudo hoc mõ attenditur circa difficilia i passionib⁹ siue sint exteriores passiões siue interiores. Exteriores passiões sunt contumelie damna rerũ ⁊ molestie corpis ab alio illate. Passiones interiores dicuntur ille contra quas certamen habet temperãtia vt sapores gustui: ⁊ ea que appetitui sensibili passiões inferũt. De his passionibus. Dicit philosophus: Que difficiles sunt ⁊ contempnace vite. Sic accipitur fortitudo super illud. Prouerbiorum vlt. Mulierem fortẽ quis inueniet ⁊c. Glo. Mulier fortis ecclesia: que pro amore sponsi prospera. ⁊ aduersa cõtenit. Continere prospera tẽperãtie est. Et Tullius in libro de officijs. Dicit ꝙ fortis animus: ⁊ magnus duab⁹ rebus maxime cernitur quarũ vna in rerum extranearũ despicitẽda ponitur. altera res est vt sit ita affect⁹ animo vt res gerat magnas ⁊ maxime vtiles: sed vehementer arduas ⁊ plenas laborũ: ⁊ periculorum. Et Augustin⁹ i li. de libe. ar. Dicit ꝙ fortitudo ẽ affectio anime qua omnia incõmoda: ⁊ dãna rep nõ in potestate nostra cõstitutap sicut ea q̃ nobis inuitis auferri possunt. ¶ Tertio mõ strictus sumitur pro fortitudine q̃ attẽditur circa ea que sunt difficilia in passiõibus exterioribus: ita ꝙ non cõprehendit tẽperãtiã. Et sic sumitur ab Augu. in. li. de moribus ecclesie. Amor inquit ille de quo loquimur quem tota sanctitate inflamatũ esse oportet in deum: in nõ appetẽdis istis tẽporalibus in amittẽdis fortis inuenietur ¶ Quarto strictissime sumitur secũdũ ꝙ nõ attẽdit circa quodcũq; difficile i passionibus exterioribus: sed tñ circa exteriores passiones que corpori infliguntur: ⁊ ñ extendit se ad damna rerum. Sic videtur Aristo. sumere fortitudinem in ethica.

B Descriptiones fortitudis ponũt. ⁊

rosum extremū illud deo mittere q̄ angelus nō dedignat̄ ei deferre: immo q̄ plus est ipse xp̄s qui inquantū homo est summus sacerdos: illud offert deo patri q̄ figuratur in hoc q̄ diaconus thuribulum tradit sacerdoti: ⁊ sacerdos thurificat deo sic xp̄s orationes ecclesie deo patri presentat: que presentatio multū facit eas valere: quomodo enim a deo cōtinetur q̄ a tāto mediatore ei presentat̄. ¶ Quinto preminentia q̄ oratio habet respectu aliorum operū. Oratio premittur respectu lectionis. Isidorus: Orationibus mūdamur: lectionibus instruimur: utrūq; bonū est: si liceat: si non liceat melius est orare q̄ legere. Item preminentiā v̄ hēre respectu ieunij: et elemosyne. Primo in hoc q̄ oratio est respectu eius q̄ supra nos est. s. respectu dei elemosyna vero ⁊ ieunium respectu ei⁹ q̄ est iuxta nos vel infra nos. vñ cū ordo ad dignorem ordinet in hoc videtur esse dignior. Preterea ieunium ⁊ elemosyna vident̄ seruire orationi. Sunt enim velut due ale de quibus dicit Isidorus. Qui vult orationē suā volare ad deum faciat illi duas alas: ieunium ⁊ elemosynam. Tho. xij. Bona est oratio cū ieunio ⁊ elemosyna. Oratio columba est: auis. s. spiritus sancti: que ramum olivē apportat dum pacem hominibus impetrat. Ideo dicimus eā auem spiritus sancti: quia devota oratio a spū sancto est. Roma. viij. Spūs sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Ber. Tepida est omnis oratio. nisi eā precedat inspiratio. ¶ Sexto facilitas huius operis si dicatur alicui ut det elemosynam potest excusare se cum non semp habeat homo argentū in bursa. Si dicatur ei q̄ ieunet: potest se cum multi excusare propter debilitatem capitis ieunare non possint: sed ab oratione nullus potest se excusare: quilibet enim potest habere orationem saltem mentalē etiam si sit mutus. Unde Pš. Apud me oratio: ⁊ super illud. Just⁹ aūt miseretur ⁊ retribuet. Dicit glo. Semper est aliquid iusto q̄ det saltē orationem Crisosto. Solam orationē quasi spirituale tributū anima offert deo de suis visceribus. ¶ Septimo q̄ hic opus honorabile est: multa sunt officia: que aliquibus cederent ad dedecus: sicut arare vel fodere: sz orare deum nulli quātūcūq; nobili cedit ad dedecus: quia cum oramus ipsi cū deo loquimur q̄ sine dubio magnus honor est. Isidorus. Qui vult cū deo esse frequēter oret ⁊ legat. Nam cum oramus ipsi cū deo loquimur: cum vero legimus de⁹ nobiscum loquitur ¶ Octauo: quia officium illud valde lucrosum est: quod potest primo ostēdi ex hoc q̄ nihil est ad quod oratio valere nō possit. Unde ij. Par. xx. Cū ignoramus quid agere debeamus hoc solum habemus residui: ut oculos nostros ad te dirigamus: hoc est officium quo potest homo lucrari omni tēpore in hyeme: ⁊ in estate: in sereno ⁊ in pluuiali tempore: de nocte ⁊ de die: festiuis diebus ⁊ ferialibus: in infirmitate ⁊ sanitate: in iuuētute ⁊ senectute: stando ⁊ eundo: in domū ⁊ extra domum: quandocūq; vna hora plus lucratur hō orando: q̄ valeat ciuitas vna: quia modica oratione deuota acquirit homo regnum celor. ¶ Nono orandi necessitas: quā in presenti habemus tria solent esse occasio clamandi hominibus: ignis: aqua: hostes: hec tria quasi singulis die⁹ incitare debent nos: ut ad deū in oratione clamemus: virentim ē dies in quo dom⁹ cōscientie nostre non succendat̄ igne infernali. s. igne concupiscentie prauc. vnde necesse habemus clamare ad aquam diuine gratie: ⁊ ad aquas lachrymar⁹: recurrere. Ignis iste aliquando ex vna parte extinguitur: ex alia parte accenditur. Et ipsa enim aqua lachrymarum: vnde debuit extingui: quandocūq; vires summit: ut cū aliquis vane gloriatur de hoc q̄ peccata sua deplorat. Item vix est dies in quo homo non sentiat fluctus malar⁹ cogitationum super caput cordis sui: ut necesse habeam⁹ frequenter clamare illud. Math. viij. Domine salua nos: perimus. Item vix est dies in quo hostes suos non videat ad portas castri sui: ut cuz verba mala in ore habet: vel fatuam mulierem aspicit: oratio multum competit loco in quo sumus. Sumus enim in valle miserie. Ideo necesse habemus ad dei misericordiam frequenter orando clamare pugnam habemus cum eodem quo scriptum est. Job. xli. Nō est potestas in terra que ei valeat comparari: ideo frequenter habemus necesse dei auxilium inuocare. In futuro cessabit hec pugna: ideo non erit ibi necessaria. Augu

stinus de orãdo dicit. In vita eterna nõ erit illa temptatio itaq; nec oratio. Nõ.n. erit boni promissi expectatio: sed redditi contemplatio. ¶ Decimo: cõmendabilis est oratio a multiplici suo effectu. ¶ Notandum ergo q̃ oratio infirmitatẽ corporis sanat. Eccle.xviij. Fili in tua infirmitate ne despicias teipsum: sed ora dominum & ipse curabit te. Jaco.vlt. Oratio fidei sanabit infirmum. ¶ Item vitam prolongat. Isa.xxxviij. Audiui orationem tuam & vidi lachrimas tuas: ecce ego adiciam super dies tuos quindecim annos. ¶ Itẽ ab opprobrio liberat vt Sarrã filiam Raguelis. Tho.iij. Liberat etiã a mortis periculo: vt Susannam Dan.xij. ¶ Item a principe iniquo. Baruch.iiij. Clamate ad dñm & eripiet vos de manu principũ iniquor. Et Act.xij. Liberatur Petrus de carcere: ecclesia sine intermissione orante pro eo. Item ionas orans de ventre cetri liberatus est. Jone.ij. Item oratio sanat morbos spirituales. Jac.vlti. Infirmatur quis ex vobis ĩducat presbyteros ecclesie. & orent &c. Et si in peccatis sit dimittẽtur ei. Jero. ieiunio sanantur pestes corporis: oratione pestes mentis. Item oratio etiam in bello corporali triumphat. Exo.xvij. Cum leuaret manus moyses vincebat israel. Judic.iiij. Memores estote moysi serui dei qui amalech non ferro pugnando sed precibus sanctis deiecit. Glo. super numerum. Plus valet vnus sanctus orando: q̃ innumeri peccatores preliando: ideo sancti celum penetrat: quomodo in terris hostes non vincantur: plus vetula vna acquirit de celo vna hora orando: q̃ mille milites armati acquirant de terra longo tempore preliando Item de hostibus spũalibus triumphat. Isidorus. Hoc est remedium eius qui vitior temptamẽtis exestuat vt quotiẽs quolibet tangatur vitio: totiẽs se ad orationẽ subdat quia frequens oratio vitior impugnationẽ extinguit. Dicebat magnus cãtor parisiensis: qui molestatur luxuria: vel hmõi certum numer genuflexionum cum letania sibi cõstituat. Itẽ ideo demones fugat. Math.xvij. & Math.ix. Hoc genus demonior non eicietur nisi per orationẽ & ieiunium. Item demones cruciat: vnde clamabat quidã demonio plenus. Bartholomee apostole dei incendũt me orationes tue. Item oratio hominem illuminat. vnde super illud. Act.x. Erat Petrus i Jope orãs dicit. Aug. oratione melius solumr dubia q̃ ingressione alia. Itez ad amorẽ dei inflãmat. Vñ.iiij. Reg.i. De cẽdit ignis de celo ad orationẽ helye. Item mũdat. Isido. Ab orationib⁹ mũdamur Itẽ cõfortat. Luce.xxij. Positis genibus orabat dicẽs. pf &c. Et subdit. Apparuit illi angelus de celo confortãs eũ. Ber. ad f. de. in dei. Amorẽ dei ideo illuminat & confortat maxime cõsolationes ab amicis dei in oratione recipiuntur. Eccl.xxxv. Qui adorat deum in oblectatiõe suscipiet. Luc.ix. Accẽdit iesus in mõtez vt oraret: & facta ẽ dũ oraret spẽs vult⁹ eius altera & vestitus eius alb⁹ refulgẽs. Itẽ ideo ad tranquilitatẽ valet. i. Thi. ij. Obsecro primo omnez fieri obsecrationes orationes &c. Ut quietã & tranquilã vitã agamus. Job. viij. Si diluculo consurrexeris ad deũ & omnipotentẽ fueris depcatus statiz euigilabit ad te. & paccatũ reddet habitaculõ tuũ: nec solũ oratio opatur in terra: sed etiã in celo. Bre. magna virt⁹ orationis que effusa in terra: i celo operatur. Ipsa celũ aperit. Luce.iij. Jesu baptizato & orãte: apertũ est celũ. Ipsa etiã celũ claudit: vt patet in oratiõe. Helye.iij. Ro. xvij. Jac. vlti. Multũ valet deprecatio iusti assidua. Helyas erat homo similis nobis passibilis: & oratiõe orauit &c. Oratio etiã deũ mitigat. Vñ sup illud Thob.iij. Ubi dicitur q̃ sarra tribus diebus & tribus noctibus nõ mãducauit neq; bibit: ss in oratione persistens deprecabatur deuz cũ lachrymis. Dicit glo. Oratio deũ lenit lachryma cogit: hec vngit: illa perungit. Oratio velut quoddam scutum ab ira dei ptegit. Unde Sap.xviij. Properans homo sine querela depcari pro populis proferens seruitutis sue scutũ orationez & per incensum deprecationem allegans restitit ire: oratio quodãmodo tenet & habet in potestate sua. Exo.xxxij. Dimitte me vt irascatur furor meus ẽtra eos. Bre. Quid est dicere seruo dimitte me nisi deprecãdi ansum prebere quasi diceret: pensa quãtũ apũd me valeas: & cognosce q̃ obtinere poteris quicquid pro populo oras. Isa.xliij. Non est qui invocet nomẽ tuũ. qui cõsurgat & teneat te. Jer.vij. Noli orare pro populo hic: & ne assumas pro eis laudem et

oronem: ꝛ non obsistas mihi. Item oro celestē curiam: quasi quadam redolētia delectat. Apoc. v. Habebant phyalas aureas plenas odoramentoꝝ que sunt orationes sanctoꝝ: oratione sancti impetrant apud deum quod volunt: scōm promissiones a xpō factas. Mat. xviij. Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcunq; petierint fiet illis a patre meo. Eiusdem. xxi. Omnia quecunq; petieritis in oratione credentes accipietis. ꝛ Luce. xi. petite ꝛ dabitur vobis. ꝛc. Item Jo. xvi. Petite ꝛ accipietis

¶ Quarta pars de preparatione oratonis. .c. iiij.

Equitur de preparatione oronis ad q̄ monetur. Eccle. xviij. Ante oronē prepara aiam tuaz: ꝛ noli eē quasi hō qui tēptat deum. Orans tūc deum temptare vr̄ cum id pro quo orat: nec impetrare desiderat: nec se accepturū sperat: preparatio multum valet ad hoc vt oratio exaudiatur. Pō. Preparationez cordis eoꝝ audiuit auris tua: huius ꝓparationis figura est preparatio quam fecit sacerdos celebraturus indnendo se sacris vestibus. Itē hanc preparationem nobis cōmendat tēpli edificatio: ꝛ ornatus ipsi⁹ prius edificauit salamon tēplū dei: ꝛ ad deū orauit iij. R. viij. ¶ Et notandum q̄ duplex est preparatio ad orandum: quedam propinqua: quedam remota: Ad remotā preparationē: primo pertinet q̄ hō bene viuat. Greg. super Job. Sunt nonnulli intra ecclesiam qui prolixas ad deū preces habent sed vitam deprecantiū nō habent. Idē in dyalogo Quid mirum si postulantes tarde a dño exaudimur: qui preceptum dominū tarde: aut nullomodo audimus. Idem in morali. Clamorē angustie tempore dñs nō audit: q̄ tranquillitatis tempore in preceptis suis ipe clamantem dñm non audiuit. Isidorus. Nō potest habere precum certam fiduciam: qui adhuc in ꝑceptis dei pigritat: ꝛ quez peccandi recordatio delectat: qui a preceptis dei auertitur qđ in oratione postulat non meretur: nec impetrat ab illo bonum qđ poscit: cuius legi non obedit. Idez. Si id qđ deus precepit facimus: id quod petimus sine dubio obtinemus. i. Jo. iij. Si cor nostrum non reprehenderit nos fiduciam habebimus ad deum: quicquid petierimus accipiemus ab eo: q̄m mandata eius custodimus. Augusti. in lib. de opere monachoꝝ. Citius exauditur vna obedientis oratio q̄. x. milia contemptoris. Pō. Oculi dñi sup iustos: ꝛ aures eius in preces eorū. scōz. Isidorum. Ne essarinz est: vt oratiōe operatio: ꝛ opere sulciatur oratio. Moyses oratione pugnās cōtra amalech ꝛ manus habebat ad deum leuatas. Exo. xvij. Treū. iij. Leuem⁹ corda nostra cum manibus ad dñm Isidorus. Cor cuz manibus leuat qui orationem cum opere subleuat. In. ps. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum: q̄d sacrificiū erat dignius. i. Thimo. ij. Volo viros orare in omni loco: leuātes proprias manus.

¶ Item ad preparationem remotam specialiter videtur pertinere ieiunium: ꝛ elemosyna: que specialiter iuuant orationez: vnde cuz thure in quo significatur oratio nis deuotio: afferūt magi aurum: in quo significat elemosyna: ꝛ mirrā in qua significatur maceratio carnis: que est per ieiunium. Mat. v. De sunt due ale orationis. de gbus loquit. Isido. Tho. duodecimo Bona est oratio cuz ieiunio ꝛ elemosyne qui ieiuno corp⁹ suū macerat dū miseriā assumit: dei misericordia pnocat: ꝛ sic orationē iuuat. Bañ. ix. Posui faciem meaz ad dominū deum meū rogare ꝛ deprecari in ieiunio: sacco ꝛ cinere: qui vero elimosynā dat dū misericors proximo existat deū sibi misericordez inuenit. Math. v. Beati misericordes q̄m ipsi misericordiā ꝓsequētur. Isa. lviij. Frange esurienti panem. ꝛc. Tūc inuocabis: ꝛ dñs exaudiet: clamabis ꝛ dicet ecce adsum: q̄ misericors fuz dñs deus tuus: qui vult aliquid ab aliquo impetrare premittit munera vt facilius impetret. Eccle. xxix. Cōclude elemosynā in sinu pauperis ꝛ hec exorabit pro te. ¶ Item ad ꝓparationē remotam videt ptinere cōfessio homini facta. Jac. vi. Cōfitemini alterutrū peccata vra. ꝛ orate ꝛc. Et sacerdos celebraturus missam facit generalē cōfessionē. ¶ Ad propinquā vero ꝓparationē

¶ Primo videt ptinere reuocatio cordis ab exterioribus ad interiora cum retētione eius. Mat. vi. Tu aūt cum oraueris intra in cubiculū tuum: ꝛ clauso hostio: ora patrem tuum. ꝛc. Ingressus in cubiculuz

est cordis revocatio: clausio hostij est cordis retentio: fatuū est deū invocare vt ad se veniat: & gratie elemosinam cōferat: si homo eū non expectat. B. Dēs nobis causamur deesse gratiam: sed iustius gratia ipa cōqueritur nonnullos sibi deesse. Idē Sic paupes: cum multis clamoribus invocatus fuerit distributor elemosynaruz: diverticula captant Isidorus. Purgādus est primum animus atq; a tēporaliū rerū cogitationibus segregādus vt pura acies cordis ad deum vere: & simpliciter dirigatur. Idem pura est oratio quā in suo tempore secuti non intervenitut cure: longe autem a deo est animus. qui in oratiōib⁹ cogitationibus seculi fuerit occupatus. ¶ Secūdo pertinet ad appropinquā preparationem consideratio suipsius. Ber. ad fratres de monte dei. Debemus nosmetipsos coram deo ꝓstituere quasi facie ad faciem & in lumine eius prospicere tribulationem de nobis ipsis nobis venientē. Isidorus. Cum deo asistimus gemere & flere debemus reminiscentes q̄ grauia sunt: que cōmisimus q̄q; dira inferni supplicia que timemus: dicebat quidaz ꝙ latrones trutiani docuerant euz orare: latro attēdens quid fecit: & quod tormentum sibi preparatum sit: inter hec duo cōstitut⁹ cum multis lachrymis misericordiā petit: trutiani vero ea que sunt miserabiliora in eis improbissime ostendūt. & q̄ sana sun tabscondūt: vt magnitudo miserie ad misericordiā excitet. xxxvij. Si quis cognouerit plagā cordis sui: & extēderit manus suas i domo hac tu exaudies in celo: Ex cōsideratione peccatorum prouenit luctus: qui multum valet in oratione vt inferius ostēdetur. Isidorus. Peccatorum recordatio merorem gignit luctus vero mentem puriorem reddit: & sic valet ad ꝙ vt oratio exaudiatur. Augu. Abūda tm̄ cubiculū cordis intus est qui exaudiet & sup illud. Pſ̄ Instigatē si aspexi in corde meo: dicit. Glo Puritas orationis audit: libanus hebrea lingua candor interpretatur. lingua vero greca thus. Candor enim puritatis & denotto orationis que in thure designatur cōgrue sibi iungūtur. Itez ex ꝓsideratiōe peccatorū humilitas prouenit: que multū iuuat orationē. Eccle. xxxv. Oratio humiliātis se nubes penetrabit. Itē cōsideratio status periculosi: multum valet ad augmētuz desiderij. ¶ Audacitudo vero desiderij multum iuuat orationē ad ꝙ vt exaudiat vt inferius patebit. ¶ Tertio pertinet ad preparationem propinquā vt attendatur ad eum cui sacrificium orationis offerat. Jn. ps. Vacate & videte: quoniam. ego sum deus: multum deberet nos redere attētos in oratione hoc qd cum domino maiestatis loquimur. Gene. decimooctauo. Dicit abraham loquar ad dominū meum: cum sim pulvis & cinis. Ber. Loquēs de proficiente. Admonendus est inquit quāta potest puritate cordis intendere in eum cui sacrificium orationis offertur seipsum intēdere qui offert: intelligere qui offert: quātum enim videt vel intelligit illum cui offert: tātū ei & in affectu est. Eccles. xxvij. Secūdū enim lignum silue: sic ignis exardescet: sic secundū diversas meditationes de deo sequuntur diverse affectiones: meditationem iustitie diuine sequitur affectio timoris: meditationez misericordie: affectio spei meditationem sapientie omnia nude videntis: affectio crubescentie: meditationem excellentie: affectio honoris. Meditationez bonitatis: vel beneficientie: affectio gratitudinis vel amoris. Meditationem suauitatis diuine: affectio que potest dici sancta esuries: sedz vero affectum mentis sequitur affectus orationis. Augu. de ordo deo ad probā: dignior inquit sequetur effectus: quē feruentior precedit affectus. Affectio spei specialiter valet ad impetrādum. Ber. quatenus in bonis dñi pedem fiducie ponere ꝛc eatenꝰ possidebis. Idez Nihil omnipotentia verbi clarioꝛē reddit q̄ ꝙ omnipotentes facit omnes: qui in se sperāt. Beniq; oia possibilia sunt credenti ¶ Voluit xp̄s orante specialiter attendere ꝙ deus pater corum est: vt fiduciam haberent impetrandi ꝙ peterent. ¶ Naturale enim dignoscitur esse patri filijs vtilia putare: vnde cū dixissent ei discipuli eiꝰ: dñe doce nos orare: respondit. Cū oratis dicite pater noster. Luc. xi. & In eodez. Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris qūāto magis pater vester celestis dabit spiritum bonum petentibus se. Jo. decimosexto. Siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis

¶ De impedimentis orationis. v. capi. xi.

Egitur de impedimentis oratio-
nis: dixit abbas euagri⁹. Magnū
est quidem sine impedimēto ora-
tionem facere: maius etiam est psallere si-
ne impedimēto. Dicebat. Abbas agathō
nullum laborē tm esse in religione: quātū
orare deum: diabolus enim nullum opus
tantū conatur interrūpere: quantū oratio
nem deuotam aliud enim opus quodcūq;
perficiatur habet aliquam requiem: ora-
tio autem nullam. ¶ Et possunt enumera
ri. xij. impedimenta orationis. ¶ Primū
est peccatum orantis. Isa. i. Cuz multipli
caueritis orationes vestras non exaudiā:
manus enim vestre sanguine plene sunt.
Ps̄. Iniquitatē si aspexi in corde meo nō
exaudiet deus. Isa. lix. Peccata vestra ab
sconderūt faciem eius a vobis ne exaudi-
ret. Je. v. Peccata vestra prohibuerūt bo-
num a vobis. Treñ. iij. Nos iniq; egim⁹
z ad iracundiam prouocauimus: idcirco
in exorabilis es. In eodez. Opposuisti nu
bē tibi: ne transiret oratio. Jo. ix. Scimus
q; peccatores de⁹ nō exaudiet ꝛc. Secū
dum est orantis dubietas. Ja. i. Postulet
in fide nihil hesitans. z subditur de hesitā
te. non estimet homo ille q; accipiat aliqd
a deo. Ber. Indignus celesti benedictiōe
esse conuincitur: qui demm dubio querit
affectu. Tertiuz est qđ nō petitur q; pe
tendū est qui a. s. vile est quod petitur: vel
nō expediens petenti. Jo. xvi. Usq; modo
nō petistis quicq̄. glo. q; aliqd sit in cōpa-
ratione rei permanentis. Mat. xx. Nesci-
tis quid petatis dictū est filijs zebedey pe
tentibus honorē: z paulo petenti amotio-
nē stimuli que sibi nō expediebat dictū ē:
Sufficit tibi gratia mea: nā virt⁹ in infir
mitate pficit. Ideo frequēter ecclesia non
exauditur petendo amotionem tribulatio
num. Isa. xxvij. Miseream⁹ impio z nō
discet facere iusticiaz. Jaco iiij. Petitis z
non accipitis eo q; male petatis. Isidorus
Multi orantes non exaudiūtur: prouidet
enim deus illis meliora q̄ petunt: sicut cō
tingere solet paruulis qui ne i scholis va
pulent deum exorant: sed non datur illis
postulationis effectus: quia impedit talis
exauditio ad profectum. Quartum est
indignitas eius: pro quo oratur. Jer. vij z
vndecimo. Noli orare pro populo isto ne-
q; assumas pro eis laudē z orationē: quia
non exaudiam. Eiusdem decimoquinto. Si
steterit. Moyses z samuel coram me non
est anima mea ad populum istū. In vi
tis patrū: quidam frater paciebatur mo-
lestiam a spiritu fornicationis: z abijt sepe
ad senioꝛem vt pro se oraret: cūq; frequēs
oratio senioris eum non iuuaret: domin⁹
nocte senioꝛi ostendit negligentiaz fratris
esse in causa quare non exaudiretur. Vi-
dit enim senioꝛ monachum sedentez: z spi
ritum fornicationis in diuersi formis mu
lierum ludentem apud ipsum z ipsum eī
eis delectari: vidit etiam angeluz domini
astantem z indignantem z grauiter gra
uando eundem fratrem: quia nō iungebat: nec p
sternebat se in orationibus ante deuz: sed
magis delectabatur in cogitatiōibus suis
Cognouit ergo senioꝛ culpam fratris esse
q; ipe nō exaudiebatur pro eoꝛ: dixit fra
tri. Impossibile est discedere a te spirituz
fornicationis alijs pro te orātibus nisi tu
ipse laboreꝛ assumas in ieiunijs: z oratio-
nibus z vigilijs rogans dominum cū ge-
mitu. Audiens frater verba senioris com
punctus est corde: z per afflictionē corpo
ris meruit misericordiam dei. Quintū
est cogitationum malarum multitudo. Ec
cles̄. decimo. Muscę morientes perdunt
suauitatez vnguenti. Ben. decimoquinto.
Abigebat abraham volucres a sacrificio.
i. Macha. ij. Templum eius sicut homo
ignobilis templum spirituale est vt homo
ignobilis cum immundis cogitationibus
occupatur. Sextum est contemptus di
uine legis. Prouer. vigesimooctauo. Qui
declinat aurem suaz ne audiat legem eius
oratio erit execrabilis. Prouer. primo. In
uocabunt me z non exaudiā ꝛc. Eo q; exo
sam habuerint disciplinam. Septimuz est
duricies: que duplex est. Quedam in pau
pes de qua. Prouer. vigesimoprimo. Qui
obturat aurem suam ad clamoreꝛ paupe
ris: clamabit z ipe z nō exaudiet. Alia
est ad eos qui offenderūt: cū aliquis non
vult eis remittere. Eccles̄. vigesimooctauo
Relinq; primo tuo nocētite: z tūc depre
cātitibi peccata soluētur. In eodē. Nō ho
mini seruat irā: z a deo querit medelam.
Mat. xi. Cum stabitis ad orādū dimittite
si quid habetis aduersus aliquem: vt z
pater vester qui in celis est dimittat vobis
peccata vestra: q; si nō dimiseritis: nec pa-

ter vester celestis dimittet vobis peccata vestra. ¶ Octauū est peccati additio. Ecclesiastici. trigesimoquarto. Unus orās & vnus maledicēs cuius vocē exaudiet de⁹. ¶ Opus maluz orationi additū est quasi quedā maledictio: vel mali iprecatio: que orationi aduersat: qui peccatū addit: quasi elongat se a deo: & tō difficilius a deo exauditur. Ps. Qui elongāt se a te perībūt Itē plongauerūt inigtatē suā. Isa. lv. Inuocate eū dū pp̄e est. Jac. iiij. Āppropinquate deo: & appropiquabit vobis deo appropiquat q a malo ope cessat: deh ipedimēto & p̄cedenti tangit. Isidorus dicens duobus modis oratio impeditur ne impetrare quisq̄ valeat postulata: h est si aut qs adhuc mala cōmittit: aut delinquēti sibi debita nō dimittit. Idē sicut nullū proficit in vulnere medicamētū si adhuc ferrū in eo sit ita nihil pficit oratio illi⁹ cuius adhuc dolor in mente: vel odiū manet in pectore. ¶ Nonū ē diaboli suggestio que multos ab oratione trahit. vnde. Greg. in dialo. In quadā abbatia. Pompetani abbatis quidaz monachus nō poterat stare in oratorio in oratione: sed semper exibat qui sepe correptus noluit emādare: sed cū quadā die beatus būdict⁹ venisset. ad euz corripiendū vidit quēdaz puerulū nigrū tenentē eū per fimbriaz vestimenti. Cūq̄ orassent būdictus pompetanus: & mau⁹ per biduū: illi tres viderūt puerulū illū: & Beatus būdictus monachuz illū verbere corripuit & demō recessit ac si ipe esset verberatus. ¶ Decimū est paruitas desiderij Augu. seruat tibi deus q nō vult tibi cito dare: vt tu discas magna magne desiderare. Greg. in mor. Eternā vitā si ore petimus nec tamē corde desideramus clamātes tacemus. ps. Tacuit dum clamarē tota die. ¶ Undecimo est petētis impatiētia. i. Ro. xxviij. Cōsuluit saul dominum: qui nō respōdit ei: & segtur diritq̄ saul querite mulierem habentem phytonez. Judic. ix. Humilium & mansuetoruz semper tibi placuit deprecatio. ¶ Duodecimo est defectus perseuerantie in orando. Luc. xi. Si perseueraueritis pulsans &c. ps. bīdictus dūs qui nō amouit &c. Augustinus si nō est amota oratio securus esto: q nec misericordia.

¶ Quando sit orandum. capi. vi

Onsequenter ostendendū ē quando sit orandū: tēpus orandi deus determiat. Luc. xviij. Dicēs opez tet semper orare: & non deficere. & Euidē. xxi. Vigilate ingt omni tempore: &c. Non debet miles christi scutū orationis amouere donec bellū durat: bellū aūt durat: dum durat vita pīens. Militia enim est vita hominis sup terrā. Job. vij. Sap. xvij. Homine sine querela pferens sue seruitutis scutuz orationē: refitit tre. i. Thessa. v. Sine intermissione orate. pericula nunq̄ desunt ideo cōtinue indigemus dei adiutorio nū q̄ deest miseria ideo continue indigemus dei misericordia. Ideo si fieri posset semp esset orandum: sed quia alia negotia hec non permittunt premittēda est oratio operibus nostris: & etiā intermiscenda. Jeroni. ad paulaz. In principio cuiuslibet operis premitte dominicaz orationē: & signū crucis in fronte. Idem sicut militē sine armis ad bellum exire non cōuenit. Ita homini christiano procedere nō licz sine oratione. Ber. hauriendus est sepe dilectionis serie affect⁹: & formāda oratio: que lectionem interrumpat. Jeroni. orationi lectio: lectiōi succedat oratio: breue videbitur tēpus q tantis operum varietatibus occupatur: oratio & gratiarum actio: deberent magnam partez vite nostre occupare oratio opera nostra deberet p̄cedere: gratiaruz actio sequi: cum videmus mala vel in nobis vel in alijs esset orandum. Cum videmus bona vel in nobis vel in alijs gratiarum actioni esset instanduz. i. Thes. v. Sine intermissione orate in omnibus gratias agite. Ber. ad fratres demon. dei. Caritas tot modis in oratione vel gratiaruz actione in deuz se integer refundit: quot i suis vel necessitatibus: vel consolationibus in proximi etiaz vel compassionibus vel congratulatiōibus: causales i hoc materias inuenit prius affect⁹: orationi vero precipue intendendum est: vel cum maior est necessitas vel maior tēporis oportunitas: maior necessitas orandi est vt cum aliquam gratiam a deo recepimus: Tūc enim instandum est apud eum qui dedit vt eaz nobis cōseruet: quia vt ait. Grego. cito bonum amittitur nisi a largiēte custodiatur poeta. Nō minor est virtus q̄ querere paratueri. Quāto aliquis plus habet q̄ pos-

sit amittere tanto diligentior: ꝛ magis sollicitus debet esse de eius conservatione. Ideo dominus sacramento baptismi suscepto orationi se dedit. Luc. tertio. Item necessitas orandi est: cum aliqua ardua facturi sumus. Ideo dominus electur⁹ apostolos orationes prem̃sit. Luce sexto. Itē necessitas orandi est cum imminet tribulatio: vel sibi vel proximo. Unde domin⁹ imminente passione sua. tunc bis orauit. Math. xxvij. Et orationem suam multiz protendit. Luc. xxij. Factus in agonia plꝰ prius orabat Et Mat. xiiij. Legitur ꝙ ascēdit in montez solus orare: ꝛ instituit causa orationis illius cū subūgitur. Nauicula aūt in medio mari iactabatur fluctibus: de tēporis vero opportunitate notandū ꝙ Ber. ostendit tres horas diei multum opportunas esse orationi: dicens fr̃ibus de mōte dei. Extra illas horas de quibus dicit propheta. Septies in die laudem dixi tibi matutinum aut vespertinum: aut medie noctis sacrificiuz: maxime obseruandū est. Non enim ait propheta frustra. Mane astabo tibi: ꝛ videbo: sed quia tunc actueris exterioribus adhuc sumus tetunti: ꝛ dirigatur oratio mea. s. incō. t. e. m. m. s. ve. quia tunc ab huius impedimentis inuenmur digesti qui etiam in nocturnis vigiliis nostris: quibus media nocte surgim⁹ ad cōfitendum nomini domini: confessionis eiusdem ordinem conterens: inde inquit tribulationis mee deuz exquisiui manibus meis nocte contra eum: ꝛ alibi. In psalmo. Media nocte surgebam ad confitenduz tibi. Ad orandum mane monemur. exemplo christi. Mat. i. Diluculo valde surgens ihesus egressus abiit in desertum locuz ibiꝙ orabat. Ad orandum vespere. Math. xiiij. Ubi sic legitur dimissa turba ascendit in montem solus orare: vespere autez facto solus erat ibi. Ad orandum nocturno tempore. Luce. sexto. Ubi legitur ꝙ erant pernoctans in oratione.

De efficacia matutine orationis ostenditur. Job. viij. Ubi dicitur. Si diluculo cōfarreris ad deum omnipotentez ꝛ ipm̃ queris deprecatus: statim euigilabit ad te. filij israel mane colligebant manna. Exo. xvi. Dulcedo enim spiritus sancti tali hora impetranda est. Sap̃. xvi. Oportet preuenire solem ad benedictionem tuā. Consueuerunt diuites elemosynam dare pauperi: quem mane primo eius occurrerit.

Item tempus opportunum ad orandū est dies parasceues. in qua dominus adeo largus fuit: ꝙ matrē suaz dedit Johanni. regnum latroni. corpus ꝛ animā in redēptionez humano generi: ideo ecclesia illo die pro omnibus orat iudeis paganis scismaticis hereticis. Item tempus opportunum est ad orandū. ante ascensionē domini. quando aduocatus ecclesie secundū representationē nostram vadit ad curiaz celestem. Tunc enim formande sunt petitiones. Item tempus opportunū ad orandum est. tempore medio inter ascensionez ꝛ penthecostes. Consueuerūt enim filij regum dare larga munera suscepto regno: In psalmo. Scitote: quōm mirificauit dñs sanctū suū: dñs ex. ꝛc. Item temp⁹ ydoneū ad orādū est in magnis solēnitatib⁹. Consueuerunt enim principes in festis magnis magna munera dare.

Ubi sit orandum. ca. viij.

Sequitur videre vbi sit orandum. Et notandum ergo ꝙ vbiꝙ orādum est. Cum vbiꝙ sint pericula ꝛ vbiꝙ auxilio dei egeam⁹. .i. Thimo. ij. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus. Sapien. xiiij. Creature dei in odium facte sunt: ꝛ in temptationem animē hominum: ꝛ in muscipulam pedibus insipientium. Specialiter locus ydoneus ad orandū est locus secretus. Isidorus de summo bono. Oratio priuatis locis opportunis funditur. Math. vi. Tu autem cum oraueris intra cubiculū tuū: ꝛ clauso hostio ora patrem tuum. Eiusdem decimoquarto. Christus dimissa turba ascendit in montem solus orare. ꝛ Mat. primo. Dicitur ꝙ abiit in desertum locū orare: ibiꝙ orabat. Et Luc. vigesimosecundo. Diuulsus est a discipulis suis quantū iactus ē lapidis: ꝛ positis genibus orabat. Item locus ydoneus ad orandum est templū materiale dedicatum. Mat. vigesimoprimo. Domus mea do. ora-vo. tij. Ro. x. Exaudiat orationem tuaz ꝛc. Sanctificauit domū istam ꝛc. Et erunt tibi oculi mei: ꝛ cor meum cunctis diebus ij. Para. vij. Oculi mei erunt aperti: ꝛ aures mee erecte ad orationes eius qui orauerit in loco isto. ꝛc

subditur elegi: & sanctificaui locum istum vt sit nomen meum ibi in sempiternum: & permaneant oculi mei & cor meum ibi cũctis diebus. In eodem. Cum cõplesset salomon fundens preces: ignis descendit de celo: & deuorauit holocausta & victimas: & maiestas domini repleuit domum. Exo. vltimo. Postq̃ cuncta perfecta sunt: operuit nubes tabernaculum testimonij: & gloria domini impleuit illud. Christus multum frequentabat tẽplum materiale. Luc. nono. Erat quotidie docens in templo. et eiusdem. vigesimoprimo. Erat diebus docens in templo: in templo inuentus est a matre sua. Luce. ij. Et ait nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me eẽ? Eiusdem decimonono. Intrauit Jesus in templum. Crisostomus proprium erat boni filij: vt veniens primo ad domũ curreret patris. Tu autem imitator factus christi. Intrans in ciuitatem primum ante omnes actus ad ecclesiam curras. Et super Math. vigesimosecundo. Dicit glo. Ingressus vrbem primo templum adijt: dans formam religionis: vt quocunq̃ imus domum orationis si ibi est primum adeam⁹ & per orationes deo commẽdati ad agenda negocia secedamus. ¶ Itez locus y doneus ad orandum est templum spirituale scilicet cor mundum & purum: cor carnale vel malignum: stabulum vel spelunca latronum: potius esse videtur q̃ templũ. Primo. Cori. tertio. Templum dei sanctum est q⁹ estis vos. Psalmus. Domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum. iij. Roma. vi. Nihil erat in templo quod nõ auro tegeretur. Primo Corint. tertio. Nescitis quia templum dei estis. & spiritus dei habitat in vobis. Johan. quarto. Spiritus est deus: & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare. i. Corint. decimoquarto. Orabo spiritu orabo & mente.

¶ Quomodo sit orandũ. viij. capᵒ. xiiij.

Sequitur videre quomodo sit orãdum. ¶ Notandum ergo q⁹ orandum est attente. Unde super illud primi. Petri vltr. Vigilate in orationib⁹ Dicit glo. Ne animus cogitet aliquid preter id solum quod precat. Indiscrete orare videtur qui deum precatur vt ei intendat. Ipse vero nec sibi nec deo intendit. Sed quod deterius est immunda in corde versando. fetorem horribilem aspectui dei ingerit. ¶ Reuocare debet cor suum qui vult orare. ij. Ro. vij. Ait Danid. Inuenit seruus tuus cor suum vt oraret te. Potius orandum est corde q̃ ore. i. Ro. primo. Anna loquebatur in corde suo: et vox illius penitus non audiebatur. Mat. sexto. Orantes autem nolite multũ loqui. Augustinus diu orare cum vacat non est improbum neq̃ inutile. Neq̃ enim hoc est orare: & in multiloquio si diutius oretur. Aliud est sermo multus: aliud diuturnus affectus. Nam & de ipso domino scriptum est q⁹ pernoctauerit in oratione. Luce. vi. Absit ab oratione multa locutio: sed non desit multa precatio si seruens perseuerat intentio. Nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere verbis. Multum autem precari est ad deum quez precamur diutura: & pia cordis excitatione pulsare: q⁹ plerũq̃ plus gemitib⁹ q̃ sermonibus agitur. Item orandum est cum magnitudine desiderij. Deutero. iiij. Cum quesieris dominum deum tuum: inuenies cum. si tamen ex toto corde quesieris. Jere. vigesimonono. Cum quesieritis me in toto corde vestro inueniar a vobis. ¶ Magnitudo desiderij clamor est quez deus exaudit de quo clamore. Exo. xiiij. Quid clamas ad me ait de⁹ ad Moysen. Et Dante. decimotertio. Exclamauit voce magna Susanna. Dilatatio desiderij ẽ quasi preparatio cordis: vt sit capax eius quod petitur. Augustinus. Cur petere: querere: pulsare nos compellit qui nouit quid nobis sit necessarium prius q̃ petamus: nisi quia exerceri voluit nostrum desiderium in orationibus quo possimus capere quod preparat dare. Item Augustinus. Si aliquando dominus tardius dat commendat, dona nõ negat: diu desiderata dulcius obtinentur: cito autem: data displicescunt: seruat tibi deus quod non vult cito dare: vt & tu discas magna magne desiderare. ¶ Item orandũ est cum lachrymis & gemitu. Exo. secundo. Audiuit gemitum eor. Primo. Reg. primo. Cuz esset Anna amaro animo orauit dominũ flens largiter. In psalmo auribus percipe lachrymas meas &c. Que lachryme violẽte fũt in precibus. Ecclesia. xxxv. Non despiciet

preces pupilli nec vidue: si effundat loquelam gemitus. Et in eodez subditur de lachrymis vidue a maxilla vsqz ad celum ascendunt. Isaie trigesimoseptimo. Audiui orationem meam z vidi lachrymas tuas. Osee decimosecundo. Dicitur de Jacob luctante cum angelo flenit z rogauit eum. Et Judith octauo. Indulgentiam illius fusis lachrymis postulemus. Neh. v. Preces supplicationeqz cum clamore valido z lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. ¶ Item orandum est humiliter. Psalmus. Respexit in orationem humilium: z non sprevit preces eorum. Ecclesiastes. trigesimoquinto. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Judith. nono. Humilium z mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Humilitate obtinuit chananea a xpo quod voluit catello se comparans: cum xps eam cani comparasset. Mat. decimoquinto. Habetur q christus ei dixerit propter hunc sermonem. vade: exiuit demonium de filia tua. Mathei octauo. Post illud verbum humile centurionis. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Dictum est ei a christo: sicut credidisti fiat tibi. Et Luce. decimoquinto. Postq filius prodigus dixit non sum dignus vocari filius tuus: pater accurrens cecidit super collum eius. ¶ Item orandum est confidenter sicut orabat David. Miserere inquit mei quoniaz in te confidit anima mea. ¶ Itē orandum est perseueranter vt ostēdit dominus. Luc. xi. Exemplo amici qui panes necessarios accommodauit improbitate amici deprecantis devictus: z exemplo iudicis iniqui deum non timentis: z homines non reuerentis: qui improbitate vidue victus vindictam fecit eidem aduersario eius. Luce. xviij. Apostoli perseverando in oratione spiritum sanctum accipere meruerunt. Actuum primo.

¶ Quid in oratione sit petendum. xv.

Equitur videre quid in oratione sit petendum. ¶ Notandum ergo q in oratione petēda sunt: gloria: z gratia: siue regnū z iusticia regni. Mat. vi. Primum querite regnum dei z iusticiam eius: z hec omnia adijcient vobis: non monet deus: vt temporalia queramus. ¶ Primo: quia non sunt digna peti: bona enim infirma sunt z incurvanti: q amāt z querūt ea: que incuruatio demonib⁹ placet. Isa. li. Incurvare vt trāseamus. Ber. Noli acquiescere dicēti incurvare vt trāseamus: nō enim é trāsitur⁹ sed te grauiter oppressurus. In ps. Miser factus sum: z curvatus sum. Cor. iij. Que sursum sunt querite nō que sunt supterrā. ¶ Secdo: q⁹ talia debeni his qui habēt iusticiā regni. iusticia enim regni filios facit: filijs vero debet promissu. Vñ sup illud: z hec oia adijcient vobis: Dicit glo. Quia oia sunt filiorum: z ideo hec oia adijcientur: etiā nō querētib⁹: quibus si subtrahunt ad probationē: tamē dantur ad gratiaꝝ actionē. ¶ Tertio: q⁹ nescit homo vtq sibi expediat temporalia habere: cum frequēter possessoribus suis noceant: Prover. i. Usquequo stulti ea q̄ sunt noxia cupient. Et super illud. ij. Cor. xij. Virtus in infirmitate perficitur. Dicit glo. Aug. cui ea qne deus laudat: z promittit petitis: a illo securi petite: illa enim propitio deo cōceduntur: quando autem petitus temporalia cui modo petite z cum timore: illi cōmitte: vt si prosint det: si scit obesse nō det: quid enim obsit vel prosit medicus nouit: non egrotus. ¶ Item notandū q⁹ super illud. Mat. xvi. Et orauit tertio eundē sermonē. Tangit glo. Tria a nobis ponēda tribus vocibus inquit orauit: vt z nos: a preteritis peccatis venia: z a p̄sentibus malis tutela: z a futuris periculis cautela oremus. De primo. Eccle. xxxviij. Fili in infirmitate tua ne despicias teipsum: sed ora dñm: z ipse curabit te. De secdo. Mat. xxvij. Vigilate z orate ne intretis in temptationem. De tertio. Luce. xxi. Vigilate omni tempore orantes vt digni habeamini fugere: que ventura sunt. ¶ Item notādum: q⁹ in oratione petere possumus: vt deus custodiat nos ab occisione peccādi. Exemplo salomonis dicētis. Prover. xxx. Mendicitatē z diuitias ne dederis mihi: tribue tantū victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum: z dicam quis est deus: egestate cōplurimum furer z periurem nomen dei mei. Itez possumus in oratione petere: id quod dat nobis occasionez salutis: vt eos qui nos recte instruant secūm admonitionē. Math. nono. Rogate dominum messis: vt mittat operarios in messem suam.

¶ De speciebus orationis. ca.xvi.

Sequitur de speciebus orationis.

¶ Notandū ergo q̄ oratio potest diuidi in orationē fructuosam: et infructuosam. ¶ Fructuosa oratio multas hꝫ spēs. Quedā enim verecundo fit ⁊ humili affectu: qualis fuit oratio publicani: qui nō audebat oculos suos leuare in celum. Luce.xviij. Item talis fuit oratio filij prodigi: qui ait ad patrē suum. pater peccaui in celuꝫ ⁊ cora te: iam non sum dignus vocari filius tuus. Luce.xv. Verecundia multum placet deo in penitente: sicut impudentia displicet ei in peccatore. Ber. Quantuꝫ displicet deo impudentia peccatoris: tantū placet ei erubescētia penitentis: similiter humilitas orantis multum placet ei. Ber. Citius placas deum si mensurā tuam seruaueris ⁊ altiora te ne quesieris: quedam oratio fit auro affectu: sic orauit Susanna. Dan.xiij. Dicens domine deus tu scis: qꝫ hoc isti maliciose cōposuerunt aduersum me. ¶ Alia species orationis fit lato affectu: sic orauit Moyses. Exo.xxxij. Dicens aut dimitte eis hāc noxā: aut si non facis dele me de libro tuo: quē scripsisti. Alia oratio fit grato affectu. Sic monet apostolus orare. Col.iij. Orationi instantes: vigilate in ea in gratiarum actione. ¶ Oratio fructuosa similiter multas hꝫ habet species. Quedā enim est lymphatica que solis labijs fit. de qua Matth.xv. Populus hic labijs honorat me cor autē eoꝝ longe est a me. Isa.xxix. Sic habetur. Appropinquat populus iste ore suo ⁊ labijs suis glorificat me: cor aūt eius longe est a me. Aug. Sicut vox sine modulatione quasi vox picarum: sic oratio sine deuotione quasi mugitus bouū. Item Augus. Quid pdest strepitus labioꝝ si mutuꝫ est cor: qualis est differētia inter paleā ⁊ granum. inter similā ⁊ furfur: ⁊ inter pellem animalis: ⁊ ipm animal. talis differentia inter sonū vocalis orationis ⁊ deuotionez cordis pueri pastores pro animali solam pellez reddunt. quibus similes sunt q̄ male orant tantuꝫ exteriorem sonum vocalis orationis habentes. ¶ Et notandū q̄ deuotio sic describitur. deuotio est teneritudo cordis: qua quis ꝺ facili: in lachrimas resoluitur. Uel sic deuotio est feruor bone voluntatis: quē mens cohibere non valēs certis manifestat indicijs. deuotio est medulla holocaustoruꝫ siue ipsa holocausta sunt arida. Ps. Holocausta medullata offeram tibi. ¶ Alia spēs orationis infructuose est oratio p̄properata q̄lis fuit oratio helye: cum petijt animesue vt moreretur. iij. Ro. xix. Tertia species est saluti contraria: q̄lis fuit oratio pauli: petētis a se sti mulū amoueri. ij. Cor. xij. Quarta species ē oīo p̄sūptuosa: q̄lis fuit oīo filioꝝ zebedei. qui volebant peruenire ad regnū non per calicis potum quibus dictum est nescitis quid petatis. Mat. xx. Quinta spēs ē oratio ridiculosa: q̄lis est oratio ypocritaꝝ: qui elati de multitudine operꝝ suoꝝ deū quasi irridēt: duꝝ manibus plenis elemosynā grē ab eo petunt: talis fuit oīo superbi pharisei dicētis. Jeiuno bis i sabbato decimas do oium q̄ possideo. Luce. xviij. Uacuas oportet esse manus hois p humilitatē: ad hoc vt elemosyna gratie ei a deo detur. Item oratio ypocritaꝝ ridiculosa est qui manus tendūt ad terrā cuꝝ elemosynā petunt ab eo qui est in celis: terrena enim mercedē querunt in operibus suis. Item potest diuidi oratio i postulationē: ⁊ obsecrationē: ⁊ orationem stricte sumptā: ⁊ sumitur hec diuisio ex illo verbo. i. Thimo. ij. Obsecro primo oiuꝝ fieri obsecrationes: orationes: postulatiōes gratiarum actiones. Hembria vero ista notificat. Ber. in epistola ad fratres de monte dei. Hijs verbis. Postulatio inquit est circa obtinenda tēporalia: ⁊ necessaria vite huius in qua deus postulantis quem approbat bonam voluntatez: facit tamen q̄ ipse melius indicat ⁊ dat libēter sequi postulantez: ⁊ ad postulationē pertinet petere tranquillitatē pacis: sanitatez corporis: temperiem aeris. Obsecratio est in exercitijs spiritualibus: anxia ad deum instātia. Oratio est hois deo adherētis affectio. ⁊ familiaris quedam: ⁊ pia allocutio. Gratiarum actio est in intellectu: ⁊ cogitatione gratie dei bone voluntatis indeficiēs ⁊ in reflexa intentio. In postulationib⁹ pie ac fideliter est orandū: sed non est illis pertinaciter inherendū: quia nos nescim⁹: sed pater noster qui est in celis est: quid in tēporalib⁹ istis necesse ē nobis. Obsecrationibus insistendum est: sed in omni humilitate ⁊ pacientia q: non afferunt fructus

nisi inpatientia:non nunq̃ enim cuz celerius gratia nõ subuenit:fit obsecrant. celũ encũ:z terra sua ferrea: z tũc relicta sibi humani cordis duricia:ad votũ exaudiri nõ meretur. Anxietas desiderat negari sibi estimat q̃ quid differtur cũcz sicut chananea illa pterire se:aut deseipi ingemiscit quasi in imũdicta carnis pterita sibi petã iputari:vel inproperari maginatur nõ nũq̃ vero sine labore petens accipit:querens inuenit:z pulsanti aperitur:z cõsolatiões ac suauitates orationis inuenire tãdẽ meretur labor obsecrationis:nõ nunquã etiã pure orationis affectus: z bona illã affectionis suauitatis nõ inuenitur:sed quasi inuenit eũ nõ petentẽ z quasi nescientem gratia preuenit:z tanq̃ genus seruorũ suscipitur in mesa filiorũ:cũ rudis adhuc:z incipiẽs anim⁹ i eũ oãdi assumit affectũ q̃ pro merito sanctitas reddi solet merces pfectorũ: q̃ cũ fit agitur vt vel in suditiuz suũ negligenti non liceat nescire qd negligat:vel vt prouocatio caritatis amorez in eo vltro se proferẽtis accedat:in quo prodolore multi fallũtur:sed cũ pascãtur pãe filiorũ iaz filios se esse arbitrãtur:z deficiẽtes:vnde proficere debebãt exuisitãte gratia euanescunt cõsentia sua se aliud esse arbitrãtes cũ nihil sint. ¶ Item oratio sic potest diuidi. Est oratio quaz alijs pro se ad deũ dirigit. Et est oratio qua aliqs pro alio ĩtercedit:que suffragiũ dicitur:quod suffragiũ humiliter petendũ est z maxime a sanctis qui iaz beati sunt. Job.v. Ad aliquẽ sanctorũ cõuertere:populus etiã humiliter debet suffragiũ petere a ministris ecclesie. Leuit.quarto. Rogãte pro eis sacerdote:propitius erit eis de⁹. Idẽ habetur Exuſdẽ:quinto. Et numeri.xvi. Deprecat⁹ est aaró pro populo:z plaga cessauit:ministri etiã ecclesie suffragiũ humiliter debẽt petere a populo exemplo pauli. Ro.decimoquinto. Obsecro inquit vos fratres per dñm nostrũ ihesuz christũ:z per caritatẽ sancti spũs vt adiuuetis me orationib⁹ vestris pro me ad deũ. ¶ Itẽ petendũ est suffragiũ ab his qui creduntur esse speciales dei amici. Job:xlij. Job seruus meus orabit pro vobis faciez eius suscipiã. Ille vero qui in christo decedit dicendũ est illud. Ecclesi.xl. Memẽto mei cũ bene tibi fuerit.libẽter orare debet vn⁹ pro alio. Jac. quinto. Orate pro inuicẽ vt saluemini z pme. Jo. quinto. Qui scit fratrẽ suũ peccare:peccatuz non ad mortem petat z dabitur ei. ꝛc. Multum ẽt sperandum est de suffragijs bonorum. Phi. primo. Scio q̃ hoc mihi proueniet ad salutez per vestrã orationem. Idem ad philemonem. Spero per orationes vestras donari me vobis Decommendatione z expositione dominice orationis require in sermone illo epistolarum. Omnes vnanimes in oratione estote. Isidorus in libro de summo bono Fidei symbolum: z dominica oratio pro tota lege paruulis ecclesie:ad celorum regna sufficit capescenda: omnis enim latitudo scripturarum in eadem oratione dominica:z symboli breuitate ꝯcluditur

¶ Octaua pars de laude dei. xvij

Post tractatum de oratione tangẽduz est de laude dei et gratiarum actione que orationibus suis cõsuetit ecclesia admiscere: z primo de laude dei ad quam multũ incitat nos sacra scriptura:dauid Immola deo sacrificiũ laudis Itẽ psalite deo nro psallite ꝛc. Eccle. xxxix. In oi corde:z ioze collaudate z benedicite nomẽ dei. Heb.xiij. Offeramus hostiã laudis semp deo. Apoc.decimonono. Laudẽ dicite deo nro oẽs sancti eius:z q̃ timetis deũ pusilli z magni:ad laudãduz deũ maxime incitat scriptura psalmorũ z pcipue in tertia quinquagena que in laude terminat: oio spũs laudet dñm:z in qua sunt tot psalmi incipiẽtes:vel a verbo laudãdi:vel cõfitendi:vel cantandi. ¶ Item ad laudandũ deũ incitat omnis creatura. Grego.mirũ est q̃ homo semp deuz non laudat:quia quelibet creatura:ad cuz laudandũ semp inuitat:opera laudabilia artificem laudabilẽ ostẽdũt. Eccle.nono. In manu artificum opera laudabũtur. Prouer.vlt. Laudent ea in portis opera eius. Augustinus.quarto.libro confessorũ. Si placent corporalia deũ ex his lauda z in artificẽ eorũ retorque amorem ne in his tibi placeãt tu displiceas. Idẽ intellige de alijs operibus dei.laudatio dei est valde nobilis operatio:cũ angeli z anime tam beate huic operationi intendant. In psalmo. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Augustinus in libro de ciuita.dei. Vocabimus

& videbimus. Videbimus & amabimus. Amabimus: & laudabimus laudationem ponit vltimam operationem: ideo pallio comparatur. Isa. sexagesimoprimo. Pallium laudis pro spiritu meroris: pallio superponitur aliis vestibus. Ber. Loquens de celesti ciuitate dicit q eius operatio est assidua dei laudatio. Multum gaudere deberet qui in terris admittitur ad hanc celestem operationem exercendam. Augustinus libro de doc. christi. Deus cum de illo nihil digne dici possit admisit tamen humane vocis obsequium: & verbis nostris in laude sua nos gaudere voluit. Ber. super Cant. nihil ita proprie in terris representat quedam celestis habitationis statum sicut alacritas laudantium deum: qui boni sunt perfecte laudent deum: sed qui sunt in presenti vita imperfecte iubilant. vñ. Job trigesimooctauo. Cum me laudarent simul astra matutina: & iubilarent omnes filij dei. Grego. Iubilio dicitur cum cordis leticia oris efficatia non impletur: laudant angeli qui iam tante claritatis latitudinem in sublimibus vident. Iubilant vero homines, q adhuc in inferioribus oneris sui angustias sustinent. Ber. Semiuiuus in terra relict' semi laudare possum. Ubi totus vi vero ibi totus in laudem. ¶ Loquela homini data est ad laudandum deum. Et qui deum non laudat quasi mutus reputandus est. Augustinus in libro' nono confes. Ue tacentibus de te: quoniam loquaces muti sunt felix eet qui semp posset laudi diuine insistere. Iero. felix lingua que nō nouit nisi de diuinis texere sermones. In psalmo. Semper laus eius in ore meo. Eccle. vlt. Laudabo nomen tuum assidue. Isa. lxij. Tota die & tota nocte non tacebunt. Operatio ista deo est valde gloriosa. In psalmo. Sacrificiū laudis honorificabit me. &c. Tho.
dite que possidetis & date elemosynã. Jn
eodem Facite vobis sacculos qui non ve
terescunt thesaurũ inedificientem in celis.
Eiusdẽ.xvi. Facite vobis amicos de mã
mona iniquitatis &c. ij Cor.viij. Vestra
habundantia illorum inopiaz suppleat.
Ephe.iiij. Estote inuicem benigni & mise
ricordes.i.pe.iij. Estote compatiẽtes fra
ternitatis amatores & misericordes. ij. Pe.
i. Ministrate in pietate fraternitatis amo
rem. Item misericordiam commendat &
creator & creatura: creator duz exẽplo suo
ad misericordiam nos monet: Miserationes enim eius super omnia opera eius vt
dicitur. Jn-ps. Item misericordia eius ple
na est terra. Joel.ij. Benignus & miseri
cors est patiẽs & multe misericordie & pre
stabilis super malicia eius proprium est
misereri semper & parcere. Luce.vi. Esto
te misericordes: sicut & pater vester miseri
cors est. Barlaam. Maximam potestatẽ
accipiens datorem potestatis iuxta possi
bilitatem suam debet imitari. Jn hoc aũt
deum maxime imitabitur si nihil iudica
uerit: q̃ misereri preciosius. ¶ Creatura
nobis commendat misericordiaz dũ viri
sancti exemplo suo ad eam nos monent.
Jnter exẽpla vero sctõꝝ maxie nos mõet

ad miſericordiã: exemplum xpi hominis: miſericordia ſeu pietas crux aurea fuit q̃ xps portauit: que videtur fuiſſe acerbioris ſupplicij q̃ crux exterior: ſi magnitudo amoris quo nos diligebat attẽdatur. Sicut enim non fuit amor: ſicut amor eius: ſicut non videtur fuiſſe dolor: ſicut dolor eius: doloriq̃ compaſſionis. Trẽn. i: Videte ſi eſt dolor: ſicut dolor meus. ¶ Miſericordia filius dei de celo depoſuit ⁊ corpore induit iuxta verbum Aug. Ipſa etiã pro pauperũ redemptione eum vendidit. Aug. Redemit venditus: viuificatus occiſus: honorauit iniuriatus: miſericordia eĩ vſq̃ ad pedum noſtrorũ ablutiones humiliauit. Item eum vt clipeum nobis oppoſuit: vt ictum ſuſtineret quẽ deus pater humano generi minabatur. Tunc impletus eſt illud ps. Scapulis ſuis obumbrabit tibi. Et illud. Scuto circundabit te veritas eius. Item illud. Sap. v. Dextera tua tegет eos. dextera dei patris filius eſt: ⁊ tũc exaudita eſt oratio illa. Cuſtodi me domine vt pupillã oculi. pupilla oculi manus oppoſitione cuſtoditur: vt manus ictus ſuſcipiat quẽ pupilla ſuſceptura erat. Miſericordia eum fideiuſſorẽ pro hominibus poſuit morti adiudicatis. Eccl. xxix. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris animam enim ſuam poſuit pro te. ¶ Ad cõmendationes etiam miſericordie facit q̃ ipſa ſuper omnia deo placet ⁊ diabolo diſplicet ⁊ homini prodeſt. ¶ Primus oſtenditur diuerſis teſtimonijs ſacre ſcripture. Aug. Non eſt q̃ ita deo faciat amabiles vt pietas. Jn ps. Diligit miſericordiã ⁊ iudiciũ. Prouer. xxi. Facere miſericordiaꝫ ⁊ iudicium magis placet deo q̃ victime. Oſee. vi. Miſericordiam volui ⁊ non ſacrificium. Mat. ix. Diſcite quid eſt miſericordiã volo ⁊ nõ ſacrificiũ. Ratio. quare miſericordia deo tñ placeat: hec eſt q; deo maxime aſſimilat vt prius oſtenſum eſt. Eccle. xiij. Omne animal diligit ſimile ſibi. Miſericordia vnguentum eſt quo vngitur xps: ⁊ maxime quãtũ ad membra illa que maxime vnctione indigent. i. quantũ ad pedes q̃ figuratũ eſt in hoc q̃ Magdalena vnxit pedes eius. Luce. vij. Ber. Bonũ eſt vnguentũ contritionis q̃ de recordatione peccatorũ conficitur melius deuotionis q̃ fit de recordatione beneficiorũ dei. Porro virtũ vincit vnctio pietatis: miſericordiã xps ſpecialiter conſuluit. Mat. xix. Si vis perfectus eſſe ⁊c. Illum vltimũ remediuꝫ poſuit. Luce. xi. Uerũtamẽ q̃ ſuper ẽ date elemoſynã ⁊c. Receſſimus etiã ab apoſtolis ſuis: miſericordiam illis cõmendare voluit in pedũ ablutione. Jo. xiij. Sicut enim facto illo iuxta hiſtoriã cõmendauit nobis humilitatẽ. ita ſm miniſterium cõmendauit nobis pietatẽ. Equa enim ĩ pelui eſt pietas in corde: ipſe etiã in die iudicij de operibus miſericordie ſpecialiter diſceptabit. Mat. xxv. ¶ Miſericordia diabolo maxime diſplicet cũ per eaꝫ maxime vincatur. Unde ſuper illud ps. Miſericordia mea ⁊ refugiũ meũ. Dicit glo. Dẽ nullo ſic vincetur inimicus diabolus: vt miſericordia: cum diabolus in multis reſpectũ hominis excellat. in hoc tamẽ q̃ miſericordiã non habet homo ei precellit. Ipe crudelis eſt ⁊ non miſerebitur. Jero. vi. Miſericordia homini maxime prodeſt. i. Thimo. iiij. Exercitatio corporis ad modicum vtilis eſt: q̃ vtilis ſit pietas ſeu miſericordia homini manifeſtum ſit: ſi multiplices eius effectũ oſtendamus. ¶ Notandum ergo q̃ miſericordia peccato obſtat. Eccle. Ignẽ ardentẽ extinguit aqua: ⁊ elemoſyna reſiſtit peccatis. Jn multa peccata caderet peccator a quibus elemoſyne q̃s fecit eũ cuſtodiũt. Item ſpaciũ penitẽtie hoi ipetrat: vñ dicit̃ pmiſſionẽ habere vite q̃ nunc ẽ ⁊ future. i. Thy. iiij. c. vbi dicit glo. Siqs miſericordiã ſequit: ſi lubricum carnis patiat: vapulabit quidem ſed non pibit q̃ nõ eſt itelligendũ de illo q̃ ppter inducĩã quãlibꝫ i elemoſynis quas fecit peccat: tali entꝫ dicit̃. Roma. ij. An ignoras q̃ benignitas dei ad pacientiam te adducit. Tu aũt ſm duriciam tuam ⁊ cor impenitẽs theſauriças tibi iram. Item bona tẽporalia multiplicat. Greg. in dyalogo terrene ſubſtantie: per hoc q̃ pauperibus diſtribuuntur multiplicantur. Bonifacius. xij. aureos recepit de ciſta nepotis ſui Conſtãtini preſbyteri ⁊ dedit pauperibus: quos ille acceperat de equo ſuo vendito: q; cum reuerſus audiſſet ciſtam ſuam fractuam iratus eſt in epiſcopum: ⁊ epiſcopus ingreſſus eccleſiam rogauit: vt deus daret ei aliqd quo mitigaret furorem preſbyteri: ⁊ inuenit ſtatim in ſinu ſuo. xij. aureos

fulgẽtes quos dedit ei: ꝛ dixit ei. Scio q̃ post morte̅ meã episcopus nõ eris hui⁹ loci. Ille enim collegerat illos aureos ꝓacquirendo episcopatu post morte̅ ei⁹. Jdẽ Bonifaci⁹ cũ esset puer omne triticũ matris sue expendit in vsus pauperũ: ꝙ cum mater hoꝛreũ ingressa perpendisset cepit eum increpare ꝛ se pugno cedere i facie: sed oratione facta a Bonifacio statiꝫ hoꝛreum plenũ inuentum est: quo viso mater cepit eum vrgere: vt daret ꝙ ita celeriter posset que petisset accipere. Luce. vi. Date ꝛ dabitur dobis. Pꝛouer. xi. Alij diuidũt ꝓpꝛia ꝛ diciores fiunt. Alij rapiunt non sua ꝛ semper i egestate sunt. Eiusdẽ. xviij. Qui dat pauper nõ idigebit: qui despicit deprecationẽ sustinebit penuriaꝫ. iij. Ro. xvij. Illi vidue que helyã pauit: farina et oleũ nõ defecerũt. ratio hui⁹ põt eẽ: q̃ hõ misericoꝛs fideliter dispensat pauca bona cõmissa sibi: ꝛ ideo merito sup multa constituitur. Math. xxv. Item deum placat. Pꝛouer. xxi. Mumus abscõditũ extinguit iras ꝛ donum in sinu indignationeꝫ magnã. Gen. xxxij. Placabo eum muneribus que precedũt. Tobie. xij. Dicit de elemosyna ꝙ ipsa est que purgat peccatuꝫ. Isa. lviij. Si effuderis esurienti aiam tuam: ꝛ aiam afflictã repleueris oꝛietur tenebꝛis lux tua: lux inq̃ gratie. Misericoꝛdia a seruitute diaboli liberat. Isa. x. Lõputrescet iugum a facie olei: oleũ dicitur misericoꝛdia: q̃ sicut oleum ceteris liquoꝛibus sup enatat: sic opus misericoꝛdie ꝑcellit respectu alioꝛ opeꝛ: misericoꝛdia a morte spirituali suscitari facit: sicut doꝛcas plena operibus bonis ꝛ elemosynis quas faciebat meruit coꝛporaliter suscitari. Act̃. ix. Misericoꝛdia meretur a dño visitari sicut legitur de cornelio. Act̃. x. Erat cornel⁹ elemosynas multas faciẽs plebi: ꝛ ait ei angelus: oꝛationes tue ꝛ elemosyne tue ascẽderunt in memoriã in conspectu domini: contra peccata nihil tantũ videtur valere quantum misericoꝛdia. Unde super illud Mat. xij. Extende manũ tuam: ꝛ extendit ꝛ restituta ẽ sanitati. Dicit glo. Nihil plus valet curatio q̃ elemosynarum largitas: ꝛ subditur frustra pꝛo peccatis rogaturus manus ad deũ expandit qui has ad pauperes pꝛoposse nõ extendit. ¶ Item gratia conseruat. Ecclesia. xxix. Dicitur de elemosyna. gratiã eius quasi pupillam cõseruabit. In hostem impugnat. In eodem. Super scutum ꝛ super lanceam aduersus inimicũ tuũ pꝛo te pugnabit. ¶ Jtẽ ꝙ petit adeo ipetrat Eccl. xxix. Lõcludẽ elemosynam in sinu pauperis: ꝛ hec oꝛabit pꝛo te. Isa. lviij. Frange esurienti panẽ tuũ ꝛc. Et subditur: tunc inuocabis ꝛ de⁹ exaudiet clamabis ꝛ dicet ecce adsum: quia misericoꝛs est dñs deus tuus: misericoꝛdia multum potest erga deũ: ipsa videtur dei sententias reuocare vt nineue. Johan. iij. c. ꝛ de Achab. iij. Ro. xxi. legit. ꝛ. x. Judic. Non addam inquit deus vt liberez vos: ꝛ post legitur: doluit de⁹ super miserijs eoꝝ: hec luctatur cũ dño: vt Jacob luctatus est cũ angelo. Gen. xxxij. ꝛ Sap. xviij. Legitur de Aaron ꝙ resistit ire. Ire. Ire dei tunc resistitur quãdo ipsemet qui irascitur oꝛatulatur. Misericoꝛdia dicitur quodãmodo deum vincere: vnde dicit. Eccle. que te vicit clementia vt ferres nostra crimina dicitur ꝛ peccata nostra de eius memoꝛ. dele. In ps. Omnes iniqtates meas dele. Eze. xviij. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que opat⁹ ẽ ꝛc. Omniũ iniqtatuꝫ eius quas operatus est nõ recoꝛdabor. Misericoꝛdia deo fenerat Pꝛouerb. xix. Feneratur dño q̃ miseretur pauperis. Eiusdem. xxij. Qui accepit mutuum seruus est fenerantis: est ergo deus quasi in potestate hominis perfecte misericoꝛdis: sicut seruus in potestate domini: ꝛ ille qui mutuum accepit in potestate feneratoꝛis. Item misericoꝛdia non solum potest in terra sed etiã celoꝝ pãa celuꝫ iclinauit. Jsta iclinatio manifesta est ex hoc ꝙ bꝛeuioꝛ est nunc via in celum q̃ esse soleat. Adam per multa milia annoꝝ vix illuc peruenit: modo vero vna hoꝛa quandoqꝫ peruenitur. Jtẽ misericoꝛdia hostiũ celi xp̃m. s. qui dicit. Jo. x. Ego suꝫ hostiũ: fregit in die parasceuen: ꝛ fecit volare q̃si in duo frustra. s. coꝛp⁹ ꝛ aiam: ꝛ sic pauperibus celestem ingressuꝫ patefecit. Jpa viam paradisi dilatat. Pꝛouer. xviij. Bonum hominis dilatat viaꝫ eius ꝛ ante ꝑncipez spacium eius fecit. Item misericoꝛdia hoiem filiũ dei efficit. Eccles. iiij. Esto pupillis misericoꝛs vt pater: ꝛ ꝓ viro matri eoꝝ: ꝛ eris tu velud filius altissimi. filius obediens ꝛ miserebitur tui magis q̃

mater. Misericordia deū suū efficit. Eccl. xij. Beneficētie ⁊ cōmunionis nolite oblivisci: talibus enim hostijs promeretur deus. Ipsa ispecialiter honorat deus: propter eū pauperibus bona sua tribuēdo. Prouer. xiij. Honorat dñm q miseretur pauperis ideo merito in futuro a deo honorabitur. Itez misericordia a pena pro peccatis debita hoiem absoluit. Prouer. xiij. Redēptio aie viri divitie sue. Bañ. iiij. Peccata tua elemosinis redime. iij. Ro. iiij. Pauper mulier oleo sibi multiplicato: solvit creditori suo. Itē misericordia amicos ⁊ adiutores sibi multiplicat. Ipsa pauperes facit stipendiarios suos. Gre. Pauperes nō sunt contēnendi vt egeni: sed exorandi vt patroni. Luc. xvi. Facite vobis amicos d māmona iniquitatis. Prouer. xxij. Victoriam ⁊ honorē acgret q dat munera. Itez misericordia hominem in bono roborat. Eccle. iij. Bicit de dante elemosinā in tpe casus sui inueniet firmamentū. Itē misericordia hoi bñdicti facit. Unde elemosina vocatur bñdictio. ij. Cor. x. Nomini misericordi benedicit de⁹. Deut. xv. Dio indigens ⁊ mēdicus nō erit inter vos vt benedicat tibi de⁹. bñdicit ēt ei ppls. Prouer. xix. Qui pronus est ad misericordiā bñdicet. Deut. xxxiij. Bñdict⁹ filij⁹ Aser sit placens fratrib⁹ ⁊ tingat i oleo pedē suū: hec tria comitant se tingere in oleo pedē. affectus ē bñdictum ⁊ placentē hoibus. Ruth. ij. Sic bñdictus qui misertus est tui. Misericordi etiā bñdicit pauper qui ab eo recipit elemosinam. Job. xxix. Bñdictio parituri sup me veniebat. Itē misericordia morētī societatē facit. Ambro. nō sunt bona hominis q secū ferre nō pōt: sola misericordia comes est defuncto⁹. Ipsaz etiā aiam in infernū ire nō pmittit. Tho. xij. Dicitur de elemosina q a morte liberat: ⁊ non patietur aiam ire in tenebras. Ipsa ēt in iudicio liberat ⁊ regnū accipit. Tho. xij. Dicit de elemosina: q facit inuenire vitā eternā. In ps. Jocūdus hō q mi. ⁊ co. dis. ser. su. i su. Ibi specialiter fiet disceptatio de opib⁹ misericordie. Mat. xxv. Venite be. pa. mei pci. ⁊c. Esurivi enim ⁊ dedistis mihi māducare ⁊c. Misericordia dei filiū in mundū fecit descēdere: eadem hoies in celum facit ascēdere: ad hoc significandū. xps a mōte oliueti in celū ascendit. In mōte. n. oliueti eminētia misericordie designat. legit i. iij Re. vi. Ad ingressu oraculi fecit salomon duo hostiola d ligni oliuar q duo hostiola pūt intelligi due ptes misericordie. vna est q ꝙpatimur miserie corporali: alia que cōpatimur miserie spirituali: q plecte misericors est ⁊az beatus reputatur certa spe: tandez beatus futurus in re: misericordes maxime de dei misericordia sperare possunt. In ps. Ego sicut oliua fru. in do. dei spera. in misericordia dei. In ps. Beat⁹ q itelligit sup egē. ⁊ pau. Prouer. xiij. Qui miserē pauperi beatus erit. Mat. v. Beati misericordes. Itē misericordia locat i regno celoz assignat. Eccle. xvi. Dis miser i cordia facit vnicuiq locū secundum itellectū peregrinationis illius ⁊ secundū meritum operum illius. Misericordia est negociatrix prudentissima. Mat. xxv. Prudentes virgines acce. ol. in va. su. qui vere prudēs est: oleum pietatis vult habere in corde suo: sine quo non habetur ignis caritatis. i. Jo. iij. Qui habuerit substantiā huius mundi: ⁊ viderit fratez suū necessitatem habere: ⁊ clauserit viscera sua ab eo quō caritas dei manet in illo? Jac. iij. Sapientia que desursum est: plena est misericordia. Negociationē misericordie specialiter consuluit filius dei. Math. xix. Vade ⁊ vēde oia que habes ⁊ da pauperibus: voluit Paulus vt thimotheus hanc negationem preciperet his quos habebat regere i. Thi. vi. Divitibus huius seculi precipe facile trbuere: cōmunicare: thesaurizare: sibi bonum fundamentuz in futurū. Misericordia i negociatione videtur deū circūuenire dum pro luto temporalium eternas ditias recipit. Osee. xi. Circūuenit me in negociationē effraym. Aug. Prebe tectum ⁊ accipe celū. Misericordia calicem aque frigide pro xpō tribuit ⁊ torrentem voluptatis eterne recipit: ipsa terra i celuz cōmutat: hec est mutatio dextere excelsi: misericordia hoiem periculo se oneratuz: vtiliter exonerat ⁊ proximum eius iuuat. Aug⁹. in lib. de disciplina xpiana loquēs ad divitez. da inquit aliquid fratri tuo: da aliquid proximo tuo: da aliqd comiti tuo: vita ista via est similis ambulātis: sed forte dicis: ego dives: ille pauper: sarcinā tuā cōmemoras: pondus tuū laudas: ⁊ q gravius est constrinxisti ad te sarcinam tuā:

tam nō potes porrigere manū: onera te: li
ga te: qđ te iactas: qđ te laudas: solue vin
cula colli tui: minue de sarcina tua: da co
miti tuo: ꝛ illū adiuuas: ꝛ te releuas: mise
ricordia cū dare videꝫ potiꝰ accipit. Unđ
Aug. Reminiscere ingt nō solū quid des
ſz ét qđ accipias: panis quez das terra est
de terra i terrā: vt fulciaꝫ terra: vt reficiaꝫ
terra: poterit ingꝝ paup dicer: vide ne plus
tibi prestē accipiēdo: q̄ tu dādo. Si.n. nō
esset q a te accipet: non errogares terrā: ꝛ
emeres celū: cōtēne me si nihil petis: ab eo
q fecit me ꝛ te: si ät petitur? es: q? me exau
diſt: tibi pstas vt exaudiaris. Age illi gra
tias qui rem tam pciosam: tam vili pre
cio te fecit emere: das q in tempore parit:
accipis q manet in eternum: vnde sis so
cius angelorum: vnde nunq̄ fame sitimq̄
patiaris. Et subdit: nemo dicat q prestat
pauperi: sibi enim plus prestat q̄ pauperi.
¶ Misericordia bona sua: que dare vide
tur: in saluo ponit: ꝛ inde thesaurum fa
cit. Math. vi. Thesaurizate vobis thesau
ros in celo. Et beatus Laurentius. Facul
tates ecclesie: quas requirit manus paupe
rum in celestes thesauros deportauerunt.
Tho. iij. Dicitur danti elemosinam: pri
mus bonū tibi thesaurizas in die necessi
tatis. Augu. Considerate fratres q̄ multi
subito bona omnia perdiderunt que stu
diosissime recondebant: vel cum vno im
petu hostili captiui ducti sunt vel cum eis
discedētibꝰ flāma successit o quomodo ta
les penituit: quia non audierunt domini
consilium. s. da pauperibꝰ: ꝛ habebis the
saurum in celo. Audis amicum tuum cō
silium tibi dantem de thesauro tuo: ꝛ con
temnis domini consiliuz dantez de corde
tuo: inuasit hostis domū: nunquid intra
deret: celum: occidit seruū custodem: nun
quid occideret deū dilatorem domini ser
uatorem: qui sunt pauperes gbus dam?
nisi delatores nostri: delatori tuo das: in
celum portat quod das: nec erubuit tibi.
Greg. Securius diuitie transferuntur de
patria ad patriam per manus pluriuz q̄
per manus vnius. scōm Augus. Manus
pauperuz sunt gaçophilatiū xpi: vnde qđ
in manu pauperis ponitur: in gaçophila
tium xpi ponitur. Immo q plus est i ma
nu tali ponitur: ꝛ ideo tam auferri nō pōt
ei qui dedit cum nos sit qui de manu eiꝰ
possit eruere. Misericordia bona terrena
que possessoribus suis solent esse noxia:
vtiliter expendit. Isidorus. Doctū habz
bonum possessio presentium rerum: si vitā
reficiat miserorum. ¶ Et notandum q virtus misericordie: non solum est valde vti
lis: sed valde mirabilis. Ipa de malis alie
norum melioratur: de sordibus alienorum
lauatur: de paupertate ditatur: de infirmi
tatibus aliorum sanior efficitur: ipsa portat
onera aliorum implens legem xpi. Gala. vi.
Alter alterius onera portate ꝛc. Et quāto
plura onera portat: tanto velocius currit:
quia ad beatitudinem festinātius tendit:
ipsa onera aliena frequenter furatur ho
minibus nescientibus: dum ipsis negligē
tibus peccata eorum assumit ꝛ portat: dolen
do: lugendo: orando pro eis: elemosinas
faciendo: disciplinis se affligendo. ¶ Mi
sericordia quāto plura onera proximi por
tat: tanto oneribus propriorum peccatorum
magis se exonerat. Misericordia de fetore
eorum qui spiritualiter sunt mortui non mo
ritur: sed potius viuificatur. Ipsa est que
colligit de spinis peccatorum vuas: ꝛ de tri
bulis ficus: misericordie mala aliena i bo
na conuertuntur: due virtutes sunt: q̄ oia
que proximi sunt acquirere videntur: scilz
caritas ꝛ pietas: caritas bona proximi sui
sua facit. Grego. pēsent inuidi quantū bo
nū est caritas: que aliena bona sine labore
nostro: nra facit: pietas vero aliena mala
sua facit: vnde hꝫ due virtutes vententes
ad iudicium de nūdinis huius mundi di
tissime: quantū ad meritū inueniuntur: ꝛ
ideo abundantissime remunerabunt hꝫ
due virtutes ale sunt quibus foueñ proxi
mi bona: ꝛ portentur eius onera. vñ sup
illud ps. Sub vmbra alarum tuarum ptege me
Dicit glo. Misericordia ꝛ caritas sunt ale
patrie gbus nos ptegit. de hīs alis dicit.
Mat. xxiij. Quoties volui congregare filios
tuos quēadmodū gallina congregat pullos
suos sub alis ꝛ noluisti. Itē misericordia
de vno obsequio duplicē hz mercedez: in
pñti enim remuneratur: ꝛ futuro: vt prius
ostēsuz ē. Ipsa de vna seminatione dupli
cē messem colligit: ipsa seminat in terra ꝛ
metit i celo. Ipsa consilio dñi agros arabilis
simos eligit ad seminānduz. Luc. xxiij. Cū
facis prandium voca pauperes ꝛc. Et hꝫ
vberē ei fructificāt. Et notandū q̄ oꝑ mi

sericordie semini cōparat. ij. Cor. ix. Qui parce seminat pce ⁊ metet eo q̄ semini in multis assimiletur. Semen absconditur: sic elemosina occulte danda est. Eccl. xxix Conclude elemosinam in sinu pauperis. Item semen perdi videtur cum seminando potius renouemur. sic elemosina cum datur perdi videtur: sed sic melius seruatur. Eccle. xxix. Perde pecuniam propter fratrem ⁊ non abscondas illam sub lapidem in perditionem. Isidorus. Terrena omnia seruando amittimus largiēdo seruamus: diu cum rebus nostris durare nō possumus: quia aut nos illa moriendo deserimus: aut ille nos viuentes deserunt: ⁊ super illud. Mat. xvi. Qui perdit aiam suam propter me inueniet eam. Dicit glo. Quasi dicatur agricole: si frumentuz seruas perdis: si semias renouas: solas quas dederis pauperibus opes habebis. Item semen cuz fenore surgit: ⁊ qui dat elemosinam centupluz accipiet: vnde sup illud. Prouer. xix. Feneratur domino qui miseretur pauperis. dicit Interlin. Cētupluz accepturus. Eccles. xxxv. Retribuens est deus: ⁊ septies reddet tibi: semen preciosi⁹ in vno anno seminatur: in alio metitur. Semen vero minus preciosuz: vt ordeum in eodē anno seminatur ⁊ metitur: sic elemosina preciosa est que seminatur in āno gratie: cuius messis expectat in anno glorie. Item semen geiu pressum: ⁊ retardatum liberius fructificat: sic elemosina que aduersitate premitur: maiorez habitura ē remunerationē: vt elemosina: cui detrahit magis remuneranda est: q̄ que laudatur. ℂ Item misericordia hec quasi omnia tormenta sustinet. ij. Cor. ij. Quis infirmat: ⁊ ego nō infirmor ⁊c. Ideo in futuro merito et a tormento parcetur. ℂ Ipsa ē que exemplo petri dicit domino tecū paratus sum in morte ⁊ in carcerem ire. Luce. xij. Ideo in futuro merito a carcere infernali immunis erit. Item ad cōmendationē misericordie valere pōt detestatio sui oppositi. ℂ Notandū ergo q̄ etiaz in misericordia indigna est venia: imo q̄ plus est homini imisericordi videtur iam dimissa renocari. Mat. xviij. Serue neq̄: omne debitum dimisi tibi qm̄ rogasti me: nō ergo oportuit ⁊ te misereri ⁊c. Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusq̄ redderet vniuersum debitū. Misericordia vero litteras remissionis habz. In euangelio etiam tria paria. ℂ Primum. Mat. v. Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā consequentur: cuz misericordia dei factus sit: ⁊ misericordia nostra fluui⁹ quō eē posset q̄ fluuius misericordie nr̄e ad primū flueret: ⁊ fact⁹ diuine misericordie nobis succursus eēt. Aug. Fluit riuus ⁊ fons siccabit. Item cū oē aial diligat sibi: Eccl. xlij. Quō hiceē posset q̄ diuina misericordia: hoiez misericordie dānaret. ℂ Secdo. Mat. vi. Si dimiseritis hoibus peccata eoz: dimittet ⁊ vobis pater vr̄ celestis delicta vestra. ℂ Tertio. Luc. vi. Dimittite ⁊ dimittet vobis. Item vbi est in misericordia ē peccatoz abūdātia. Osee. iiij. Non est misericordia ⁊ non est scia dei in terra. Et subditur maledictū ⁊ mendaciū homicidiū: ⁊ furtū: ⁊ adulteriū inundauerunt. Itez illi cui deest misericordia: fiet ⁊ iudiciū sine misericordia. Jac. ij. Judiciuz sine misericordia ei q̄ nō fecerit misericordiā. In misericordi aures dei clause sūt: ⁊ in p̄senti ⁊ in futuro. Prouer. xxi. Qui obturat aurē suā ad clamorem paupis. Ipse clamabit: ⁊ nō exaudiet: exēpluz hēm⁹ de hoc. Luc. xvi. In diuite epulone q̄ panis micas Lazaro negauit: ⁊ in tormētis positus. guttam aque postulans non accepit. ℂ Item, ad cōmendationem misericordie facit: si ostendatur eius preeminentia ad alias virtutes. ℂ Notandum ergo q̄ respectu abstinētie in hoc premitur q̄ abstinentia deo corpus imolat. Rom. xij. Obsecro vos per misericordiā dei vt exhibeatis corpora vestra hoc. vi. s. deo ⁊c. Misericordia vero imolat cor. Respectu vero caritatis. Nihil preminet misericordia q̄ charitas est fluuius bonitatis ripas suas non excens. pietas vero est fluuius bonitatis ripas suas excens ⁊ late extra inundās caritas enim vt caritas tm̄ bona sua cōmunicat: pietas anteē hec facit ⁊ aliud. Ala enim alioz insuper sibi assumit paz ē sua largiri: q̄ facit caritas: sed cumulus largitatis est seipsum largiri ad cōpatiendum q̄ facit pietas: respectu autem iustitie: p̄ ut iustitia stricte sumitur: ⁊ est oppositū misericordie: hanc habet preeminentiaz: q̄ ipa est summe iudicarie potestatis. Misericordia enim dei super omnia opa ei⁹ ⁊

Ja.ij. Misericordia superexalt at iudiciū: vnde lz appellare a curia iusticie: ad curiā misericordie: vñ si vides tibi iminere gra uamen a iusticia vno quocūqz modo cō/tra te iudicet etiā iuste: aliter enim facere nō potest cōfidēter: appella aliquid ad dei misericordiā qñ iusticia ōferre necesse ꝫz appellationi tue: forū curie misericordie: ē forū pniale. hec est soiū adulteroꝝ refugiū In hoc forōferunt sentētie absolutiōis ēt cōfitentibus culpas suas: in alijs curijs si quis confitetur homicidium: dicitur a iu/dice suspendat: in hoc confitet: si absolui tur. Jtē respectu obedientie cōmēdabilis ē misericordia. Interdū n. obedientie: z etiā ceteris virtutibus nitit ꝓtrarie: vnde nar rat. G. ij. li. dyalogoꝝ. q paulinus eps se i seruitutē posuit pro quodam captiuo redi mēdo: lz adiect⁹ esset cure pastorali: z de⁹ q miseret oib⁹ alijs miserētib⁹ eū postea i plenitudinē officij z dignitatis restituit z gdā ꝙersus carnutiēsis: pficiscēs ad nūdi nas. z. xl. libras secū deferēs vt eas expēde ret i necessitatibus domus sue comitē ha buit in via militē veteranū: debilē: z pau/perē: quē cū agnouisset grauatū ē ere alie no: z ire ad detēdēdū iducias a creditore: cōuersus dixit m. litī: q iret secuz: q ingres/si sunt domū creditoris: z cū peteret indu cias denegauit eis creditor: addēs q filiū eius vinctū in carcerē poneret: nisi ea die redderet vniuersum debitū: z tota eius hee reditas appropriaret ei: pro quo cū itercē deret cōuersus: creditor multa ꝓuitia ei in tulit: ad quē ꝙersus hodie inquit libera/bitur iustus iste de carcere mortis: z proij ciens ante pedes. xl. libras redemit filium militis de carcere: ipsumqz a debito libera uit: qui rediens narrauit fratribus que ge sta erant. Illi vero quasi viri spūales i hoc facto multū cōmendabant eū ¶ Jtē gdā scūs hō quēdā pentitentē ligatū a summo pōtifice exonerauit tunica plūbea: q inter rogatus qua auctoritate fecisset. Respōdit auctoritate illius q ait: beati misericordes qñ misericordiā ꝓsequētur. Mat. v. Uir⁹ misericordie maxie ꝓpetit statui miserie q̄ sum⁹ hāc virtutē didicit xps plusq̄. xxx. ānis. Heb. iij Nō habem⁹ pontificē q nō possit ꝓpati in infirmitatib⁹ nostris. Ber/Adulta voluit pati christ⁹: vt ꝓpatī sciret. ¶ De illis tuāt q̄ misericordiā. iij. c. xxxv.

Ost cōmendationez misericordie
p tangēde sunt alique meditatiōes a
que possunt iuuare misericordiā.
¶ Quarum ꝓpria attēditur circa nature conformitatem aliquis eni moueri potest ad miserendum proximo habito respectu ad nature conformitatem. Jsa. lviij. Cum videris nudū operi eū: z carnem. t. ne. de/spe. ¶ Secūda attēdit principij nostri vni tatem: sumus enim omnes ex vno patre z vna matre. Augu. lib. de discipli. christia/na. Si putamus non esse proximos nisi q de eiusdem patentibus nascuntur: Adam z euam intendamus z omnes fratres su/mus. ¶ Tertia attendit miseriam proxi/am: vt intelligat: que sunt proximi ex ipso. Prouer: decimonono. Homo indigēs misericors est: homo qui indigentiaz ma gnam habuit, aliene indigentie compati nouit. ¶ Quarta attendit spūalem fra ternitatem: fratres enim sumus ex vno pa tre scilicet deo z vna matre scilicet eccle sia eandem habituri hereditatem. i. Johan. iij. Qui habuerit substātiā huius mūdi z viderit fratrem suum necessitatē habere: z clauserit viscera sua ab eo: quomō caritas dei manet in eo. ¶ Quinta attēdit dei in homines paternā caritatē. i. Jo. iij. Vide/te qualez caritatē dedit nobis deus pater vt filij dei nominemur z sumus seōz hanc meditationez: opatur qui dat paupi eo q credit eū filium dei. ¶ Sexta attēdit capi tis ecclesie z mēbrorū vnitatē: q̄ tanta ē: q caput reputat sibi fieri q mēbris fit: sicut caput corpis reputat sibi beneficiū exhibe ri q pedibus exhibetur. sic beneficiū pau peribus exhibitū xps sibi reputat exhibe ri. ¶ Et notandum circa hanc meditatio nem q quando pauper petit elemosynaz ab aliquo ille a quo petitur. iiij. debet at/tendere. ¶ Primo qs petat qñ dñs de⁹. Mat. xxv. Quod vni ex minimis meis fe cistis mihi fecistis. Jdeo quotiēscūqz ma/nū pauperi extēderis. xpm cogita. Augu. li. de disci. christiana. xps petit z non ace pit: z offēdis nomē pietatis crudelib⁹ verb⁹ z dicis z gd seruo filijs meis: xpz illis oppono filios tuos mihi reponit magna iusticia vt habeas vñ luxurietur filius tu⁹ egeat dñs tuus. Cū enim legisti q vni ex minimis meis fecisti mihi fe. nō timuisti. Ecce qui eger z filios tuos numeras: po/

stremo numera filios tuos. Addē virum illum. Inter illos dñm tuū numera: virum habes si ille secūdus: duos habes: si tertius tres habes: quartus sit. ¶ Secūdo debet cogitare qd petit deus: quoniā suū petit non tuum: vnde valde ingratus est q de bonis dei habūdāter habet ad mēsam suā: & tamen nō vult dare modicū panis: deo petenti. Augu. dicit tibi xps da mihi de eo qđ dedit tibi: de meo quero & mihi nō donas: da & reddo: habuisti me largitorē facito debitorē. ¶ Tertio cogitare dz ad qd petat. Nō enī petit ad dandū: sed ad mutuādū & ad centuplas vsuras Aug. Miser homo qd feneraris hoi: fenerare deo: & centuplum accipies & vitam eternā possidebis. Mira ingratitudo hominū qui nolūt accōmodare deo ad tales vsuras ad quales accomodarent alicui iudeo vel sarraceno. ¶ Quarto dz cogitare q ipse hz petere a deo regnū eternū q modo petit ab eo modicū panis: & si negat deo hoc modicū negabit ei deus regnū suum. Prouer. xxi. Qui obturat aurē suā ad clamorē pauperū: clamabit & ipse & non exaudietur. Sapiens: ne dubites cū magna petas impēdere parua. vij. ¶ Meditatio attēdit libertatē q̄ habēt hoies ad mēbra diaboli. Si enī diuites mali: mali declinēt ad eos importunissime inuitātur & quasi dilaniātur & pro illis magne expense fūt vel magnas expensas faciūt xps vero in membris suis vix inuenire pōt vnde sustētetur. ¶ Octauo attendit dei pietatē q̄ nobis in sua paupertate exhibuit qñ seipsum pro nobis dedit & pro nostra redēptione vendi voluit.

¶ Diuisiones misericordie. iij: capi. xxxviij

Onsequenter ponēde sunt diuisiones: pertinētes ad misericodiam.

¶ Notādū ergo q̄ ē misericordia cōmēdabilis: & ē misericordia detestabilis cōmēdabilis est que est respectu pone: detestabilis est que est respectu culpe. Gre. in omelijs. Ad culpas quisq̄ nō dz cōpassionē exercere: sed zelū: cōpassio qdē hōmini vitijs recititudo debetur vt in vno eodēq̄ hoīe: & diligamus bonū qđ factū est & persequamur mala que fecit. Item. Greg. sunt pluriq̄ qui cōpassionē primo nō spiritualiter sed carnaliter impendūt: vt ei non ad virtutē sed quasi miserando ad culpas faueant. Sen. dicit. Qui carnaliter hominibus miserētur: potius sunt crudeles q̄ misericordes: iz misericordes vocantur. Prouer. xx. Multi misericordes vocātur virum autē fidelem quis inueniet? ¶ Item notāduz q̄ quedam opera misericordie sunt spiritualia quedam corporalia. Spiritualia sunt vt cordis compassio iniuriaz dimissio peccātū correptio ignorācium istructio: de q̄ passione dicit. Glo. Grego. supra illō. Job. xxx. Compatiebatur aia mea pauperi: plus est compassio q̄ datū: quia: rez q̄libet plerūq̄ dat: etiam qui non cōpatitur: nūq̄ autem qui vere compatitur q̄ necessariuz conspicit proximo suo negat. Idē dicit inter linea plus est de seipso dare q̄ de suis. ¶ Item. Greg. exteriora largiens rem extra semetipsum prebuit: qui autem fletū & cōpassionem proximo tribuit ei etiam aliqđ de semetipso dedit. Cōpassio cruz est interior: cuius brachium superius est cōpassio qua quis cōpatitur christo pro nobis passo: brachiuz inferius est compassio q̄ quis cōpatitur: hijs qui sunt in purgatorio. Sinistrū vero brachiū est compassio qua qs compatitur: hijs qui sunt in hoc mundo: quātum ad penalē miseriā dextr brachiū est cōpassio qua quis cōpatit alabus que p eūt in hoc mūdo. Aug. sunt ne in te viscera xpiane cōpassionis q plangis corpus a quo recessit anima & nō plangis animā a qua recessit deus. Eccle. xxij. Luctus mortui. vij. dies: fatui aūt & impij oēs dies vite eorū. ¶ Octauo. c. propter que multum compati debemus crucifixo.

¶ Item notāduz q̄ multa sunt propter que aliquis solet alij multum compati: que omnia circa xpm crucifixum occurrunt. ¶ Primū est doloris magnitudo hec causa vere fuit in xpo. Treñ. ij. O vos omnes qui trāsitis per viam attendite. & vi. si est. do. si. do. meus. ¶ Secūz est amoris magnitudo: hec causa fuit in beata virgine cum propter magnuz amorem quem habebat ad filium suum gladius per transibat animam eius. Luce. ij. De Dauid etiam legitur. ij. Reg. xviij. Quod dicebat fili mi absalon. Absalon fili mi qs mihi det vt ego moriar pro te. i. vice tui. vi debatur reputare mortem filij sui grauiorem sibi propria morte. de bono patre dicitur. Eccle. Pro animabus filiorum suorum colligabat vulnera sua & super omnē

vocem turbabuntur viscera eius: propter hanc causam filij qui tenerrime amāt matres suas molestius sustinent cum eas vident percuti q̄ si ipsimet percuterentur: ed quis dubitat xp̄m magis amandū esse sa nobis q̄ carnales matres: que mater tot ⁊ tanta passa est pro filio suo quanta xp̄s pro nobis: non ne matrem propriam reliquit pro nobis. Reliquit etiam synagogā matrem suam ⁊ insuper animam suam morti exposuit pro nobis. Je.xij. Reliqui domum meam: dimisi hereditatem meaz dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. ¶ Tertium est innocentia. Magis enim solemus compatiei qui innocenter patitur que causa vere fuit in xp̄o. Ipse enim peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. i. Pe.ij. Propter hec ecclesia que letatur in compassionibus aliorum sanctorum in die passiōis xp̄i cōtristatur. ¶ Quartum quando pro culpa nostra quis patitur. Tunc enim homo qui habet nobilem animum dolorem illum suum reputat per compassionem sicut suus est per occasionez: sicut patet in. Dauid.ij. Re.vlt. Qui cum vidisset angelum populuz occidentem propter hoc q̄ ipse fecerat cum numerari. dixit ad dominum: ego sum qui peccaui: ego iniquo egi isti qui oues sunt: quid fecerunt? vertatur obsecro ira tua contra me hec causa bene fuit in christo iuxta illud. Isa.liij. Ip̄e vulneratus est propter iniquitates nostras ⁊ attritus est propter scelera nostra. Nostra est passio christi per occasionem et etiam quantum ad vtilitatez ⁊ ideo deberet esse nostra quantum ad compassionē: ¶ Quintum est patientis nobilitas que causa vere fuit in xp̄o qui fuit nobilissimus tanq̄ altissimi filius: valde altenum erat tale opus ab eo iuxta illud. Isa.xxviij. Alienū est opus eius vt operetur opus scilz peregrinum est opus eius ab eo. ¶ Sextuz est patientis benignitas hec causa vere fuit i xp̄o. Thim.iij. Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei ⁊. Mat.xi. Discite a me quia mitis sum. Luz homo benign⁹ ⁊ mitis homini gratis cedat que causa est eum gladio pertorari? Item que conuenientia est stipitis rigidi ⁊ duri ad hominem benignum ⁊ dulcez. Ideo ecclesia in filo dulci planctu qui in dominica

in passione incipit cantari: specialiter plangit hoc q̄ clauis ⁊ lancea mite corpus perforatur: ⁊ post vt arbor crucis ramos suos flectat: ⁊ naturalis rigor lentescat vt supni membra regis mitti tendat stipite. ¶ Septimū est pietas ipsius patientis. Magis enim compatitur aliquis ei quē nouit esse piū ⁊ compatientem q̄ ei quem nouit esse sine pietate. Ipse etiam deus non miseretur hominibus duris: ⁊ sine misericordia. Jac.ij. Judicium sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam. Ber. nemo duri cordis salutem vnq̄ adeptus est nisi forte quem miserans deus abstulerit ab eo cor lapideum ⁊ deditur cor carneuz: hec causa bene fuit in christo qui ex cōpassione passus est ea que sustinuit in mundo isto. ¶ Octauum est exemplum aliorum compatientium alicui. Hoc enim solet hominem incitare. ad similiter compatiēdū que causa bene inuenitur circa christum cui creature insensibiles: quasi compasse fuerunt: vnde sol radios suos abscondit quasi nuditati eius tenebras faciens petre etiam scisse sunt quasi ei compatientes. ¶ Ad iniuriarum dimissionē monemur. Luce.vi. dimittite inquit ⁊ dimittetur vobis. Item. Mat.vi. Si dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet vobis pater vester celestis delicta vestra. Eiusdem: xviij. Domine quotiens peccauerit frater meus in me: ⁊ dimittam ei vsq̄ septies dicit illi iesus non dico tibi vsq̄ septies: sed vsq̄ septuagies sep. Aug. in enchyridion. Multa sunt gen̄a elemosinarū que cū facimus adiuuamur: vt nobis peccata dimittantur: sed inter ea nihil est maius q̄ cum ex corde dimittimus q̄ in nos quisq̄ peccauit. Idem in lib. de Rectitudine cathol̄ce conuersatione. Quare non dimittat q̄s fratri parum vt ei dominus dignetur dimittere totum: nam ⁊ hec elemosine gen⁹ est vt dimittat aliq̄s ex toto corde et a quo leius fuerit. Isidorus. nō solum qui esurienti qui ⁊ sitienti ⁊ nudo beneficium largitatis impendit sed etiam qui inimicuz diligit ⁊ qui lugenti affectum compassionis ⁊ consolationis ipartitur: aut in quibuslibet alijs necessitatibus consilium adhibet sine dubio elemosinam facit. ¶ Ad corripiendum fratrem peccantem: monet nos deus. Mat.xviij. Si peccauerit in te fra-

tertius corripe eum inter te ⁊ ipsum so-
lum. Ad instructionem ignorantium mo
nemur, Gal.vi. Si preoccupatus fuerit ho
mo in aliquo delicto vos qui spirituales
estis instruite huiusmodi in spiritu lenita
tis. Dan.xij. Qui ad iusticiam eruditi
multos fulgebunt sicut stelle in perpetuas
eternitates. Eccliasti.xxxviij. Vir sapiens
plebem suam erudit ⁊ fructus illius fide-
les sunt. ¶ Opera misericordie corporalia
£ sunt illa vi. Que tanguntur. Math.xxv. £
Esurivi ⁊c. Septimum' est q tangitur.
Tho.ij.s. Sepelire mortuos aliqua horuz
tanguntur. Isa.lviij. Dimitte eos qui con
fracti sunt: liberos ⁊ omne onꝰ disrumpe.
hoc pertinet ad visitationez incarcerato-
rum. frange esurienti ⁊c. Ibi tanguntur
tria alia opera manifeste ⁊ carnem tuam
ne despexeris. hoc pertinet ad visitationez
infirmorum. ¶ Ad duo prima opera inci
tamur frequenti scripture ammonitione.
Nec.viij. Mitte partes eius eis qui non
preparauerunt sibi. Tho.iiij. Panem tuū
cum egenis ⁊ esurientibus comede. Pro
ner.xxv. Si esurierit inimicus tuus ciba
illum. Si sitit potum da illi. Eccle.xi. Mit
te panem tuum super transeuntes aquas
quia post multa tempora inuenies eum:
aque transeuntes sunt populi mortales. ij
Ro.xiiij. Omnes morimur ⁊ quasi aque
dilabimur in terram que non reuertuntur
Luc.iij. Qui habet escas det non habenti
Item incitamur ad ea exemplis sanctorū
patruz. Tho.b.i. De facultatibus suis esu-
rientes alebat. Job.xxxi. Si comedi bucel
lam meam solus ⁊ non comedit pupillus
ex ea. ⁊c. humerus meus a iunctura sua ca
dat: ⁊ brachium meum cū suis ossibus cō
teratur. Item incitamur ad ea mercedis
promissione. Eze.xviij. Si panem esurien
ti dederit vita viuet. Mat. Qui potūe
derit vni ex minimis istis calicez aque fri
gide tantum in nomine discipuli. Amen
dico vobis non perdet mercedem suam.
Luc.xiiij: Cum facis conuiuiuz voca pau
peres debiles cecos': ⁊ claudos: ⁊ beatus
eris quia non habent retribuere tibi: retri
buetur autem tibi in retributione iusto-
rum. Qui cibum sine potu ministrat pau
peri tale prandium dant deo quale con-
sueuit dari asino. Item quide his que ha
bent ad mensam suam nihil volunt dare
pauperibus in futuro nihil boni nuenie
Job.xx. Non remansit de cibo eius ⁊ pro
pterea nihil remanebit de bonis illius.
¶ Sequitur de tertio opere misericordie
q ē colligere hospites circaq op⁹. ¶ Pri
mo tangetur de his que pertinent ad eius
cōmendationem. ¶ Secundo qui hospi
tes sint maxime recipiendi. ¶ Tertio quo
modo sint recipiendi. ¶ Circa primuz no
tandū q hospitalitas ad susceptionē gra
tie preparat q figuratū est in hoc q duo
discipuli christum cognouerūt cū eum ad
hospitium inuitassent. Luc.vlt. Quādoq
diuina cognitio infūditur alicui occasiōe
alicuius sancti viri in hospitio recepti. Item
bona temporalia multiplicat: vt patet in il
la vidua que helyam in hospitio suo susce
pit cū farina ⁊ oleū nō defecerūt. iij. Re.
xvij. Et malo etiaz temporali seruat vt' pa
tet in raab que recepit nuncios filioꝝ isra-
el ⁊ ideo a morte saluata est. Josue.vi. So
la raab meretrix viuat ⁊c. Heb.xi. Raab
meretrix nō perijt cū incredulis exceptis
exploratores cum pace. Item deum ⁊ an
gelos meretur recipere q hospitalitati de
seruit repntative semper deum recepit cuz
recipit aliquē nomine ipsius. Mat.xviij.
Qui recipit vos me recipit. Eiusdem.x.
Qui suscipit vnū talē parvulū in nomine
meo me suscipit. Item.xxv. Hospes erā: ⁊
collegistis me. Jo.xiij. Qui accipit siquē
misero me accipit: personaliter etiā quādo
q̄ suscipit deuz vnderefert. Gre. in omel.
euāgelij q legitur in festo die pasche: q g
dā pater familias multū fuit hospitalis:
quadaz aūt die cū peregrinos suscepisset:
⁊ aq̄ daret manibus ex humilitate vnus
fuit inter eos in cuius manibus aq̄ funde
re debuit ⁊ cum reuersus vrceum accepis
set eum nō inuenit. Cūq hoc factū apud
se miraretur eadez nocte ei dns per visio
nem dixit. Ceteris diebus me in membris
meis: hesterno aūt die me in memetipso
suscepisti. Item. Greg. in omel. illius euāge
lij. Videns iesus ciuitatem fleuit sup illaz
di. quia. ⁊c. Quidaz martinus nomine vi
te valde honorabilis monachus fuit qui
ex suo monasterio visitatiōis gratia ad ali
ud monasterium respondebat cui spiritua
lis pater preerat pergens itaq leprosum
quēda zq̄ densis vulneribus elefantinus
morbus per mēbra sedauerat q̄ inuenit in-

via volentem ad suum hospitium redire: ⁊ prelassitudine non valentem: in ipso vero itinere se habere pertibebat hospitium quo isdem martinus monachus ire festinabat. Vir autem dei eiusdem leprosi lassitudinē miseratus pallium quo vestiebatur in terram protinus protecit ⁊ expandit ac desuper leprosum posuit eumq; suo pallio vndiq; cōstrictum super humerum leuauit secumq; reuertens detulitcumq; iam monasterij foribus appropinquaret. Spiritalis pater eiusdem monasterij magnis clamare vocibus cepit currite ad ianuas monasterij citius aperite quia frater martinus venit dominum portans. statim vero vt martinus ad mōasterij aditum peruenit is qui leprosus ee putabatur de collo eius exiliens ⁊ in ea specie apparēs qua recognosci ab hominibus solet redemptor humani generis deus ⁊ homo iesus christus ad celū martino aspiciente redijt eiq; ascendens dixit. Martine tu me non erubuisti super terram ego te non erubescaz sup celos qui sanctus vir mox vtesset monasterium ingressus ei pater monasterij dixit frater martine vbi est quam portabas? Cui ille respondens dixit. Ego si scissem quis esset pedes eius tenuissem tunc isdem. Martinus narrabat quia cum eum portasset pondus eius minime sensisset: nec mirum quomodo pondus eius sentire poterat qui portātem omnia portabat: ipse etiam in specie leprosi apparuit ⁊ is qui est reuerēdus super omnia videri despectus infra omnia dedignatus non est: cur hoc: nisi vt nos sensu tardiores admoneret quatenus quisq; ei qui in celo est festinat assistere humiliari in terra ⁊ compati etiaz abiectis. ij. despitabilibus fratribus non recusset. Item. Grego. in omelia euangelij q̄ legitur. secundo die pasche pē fate fratres quanta hospitalitatis sit virtus ad mensas vestras christū suscipite: vt vos ab eo suscipi ad conuiuia eterna valeatis: prebete modo peregrino christo hospitiū: vt vos in iudicio non quasi peregrinos nescias sed vt proprios ad regnum recipiat. Angelos etiam meretur suscipere. Heb. xiij. Hospitalitate nolite oblinisci: per hāc enim quidam placuerūt deo angelis hospitio receptis: vt abrahaz. Gene. decimo octauo. Et loth. Eiusdem. decimonono. Orig. domos hospitales ingressi sunt angeli domos vero hospitibus clausas: ignis ⁊ sulphur succendit. Iero. Abrahā ⁊ loth angelos susceperunt quia hospites dilexerunt. Idem abraham crebro hospitalitatis officio dum non refutat homines suscipere meruit dominum. Math. decimo. Quicunq; non receperit vos nec audierit sermones vestros. Amen dico vobis quia tollerabilius erit terre sodomoz ⁊ gomorroz in die iudicij. ¶ Circa scōm notāduz est q̄ maxime hospitio recipiēdi eēnt boni viri. iij. Ro. iij. Adaduerto q̄ sctūs dei est iste qui transit per nos frequēter: faciamus ei cenaculum paruuz ⁊ ponamus in eo lectulum ⁊c. ecōtrario in, aliquibus locis boni viri vel nō recipiūtur: vel male recipiuntur. Serui vero dyaboli cū magno gaudio recipiuntur. Iuō. xix. Vadamus ad domum dei: nullū subtectum nos vult recipere: similem querelā multi boni viri hodie possunt facere. Sap. xix. Alij ignotos nō recipiebant aduenas. Alij aūt hospites bonos in seruitutē redigebāt. Mat. viij. Filius aūt hominis nō habet vbi caput suū: reclinet. Luce. ix. Nō receperūt eū q̄ facies eius erat euntis in ierusalez. Jo. v. Ego veni in nomine patris mei: ⁊ non accepistis me. Si alius venerit in nomie suo illum accipietis. Itē peregrini potius recipiendi sunt q̄ indigene: q̄ magis indigent. Job. xxxi: Foris nō mansit peregrinus hostiū meū viatori patuit. Isa. lviij. Egenos vagosq; induc in domū tuam. iij. Jo. Carissime fideliter facis q̄cquid operaris in fratres: ⁊ hoc in peregrios: qui tēstimoniū reddiderūt caritati tue. ¶ Circa tertiū notandū: q̄ hospites suscipiendi sunt frequēter. Roma. duodecimo. Necessitatibus sanctoz cōmunicantes. hospitalitatē sectātes: sectari frequētatiuum est. ¶ Itē hospites ad hospiciū sunt cogendi: vnde sup illud. Luc. xiti. Et coegerunt eū: dicit. Glo. Quo exemplo docemur q̄ peregrini nō solū sunt ad hospiciū vocandi: sed trahēdi. Gen. xix. Cōpulit illos opido: vt diuerterent ad eum. ¶ Item cum magna reuerentia sunt suscipiendi: vnde quidam vir religiosus dicebat fratres aduenientes adorari debere cum certum sit aduentum eorum: aduentum domini nostri iesu christi haberisic recepit. Abraham tres viros:

Gene.xviij.quos cum vidisset. Abraham occurrit in occursum eorum:de hostio tabernaculi sui:⁊ adorauit in terra. Itez sic recipit. Loth angelos. Gen.decimonono. Qui cū vidisset eos surrexit:⁊ iuit obuiaz eis adorauitq; pronus in terrā. ¶ Item recipiendi sunt hylariter:non cū murmure⁹i. Pe.iij. Hospitales inuicem sine murmuratione. ¶ Item ministrādū est eis hab̄i danter. Iuv.decimonono. Pax tecum sit ego prebebo omnia: que necessaria sunt: tm̄ queso ne in platea mancas. ¶ Itē seruiēdum est eis diligēter.iiij.Ro.iij. Ecce sedule i omnibus ministrasti nobis. Sūt aliqui qui de verbis multis solent seruire hostibus suis. Ubi autem verba plurima ibi frequenter egestas. Prouer.xiij. Facit etiā ad hec qō hospitalitas deo sit gratior Si dominus domus in propria persona hospitibus suis seruierit:vnde dicit. Glo. Jerony. Loquēs de Abraham:qui tres viros susceperat. Gene.xviij. Nō seruis precepit vt hominibus ministrarent nec bonum q exercebat per alīū minuit sz quasi preda reperta:cuz sarra humanitati solus incubuit:ipse pedes lauit ipse in humeris suis vitulūz de armento portauit. Ipse vt seruus stetit peregrinis prandentibus:⁊ manibus coctos cibos ieiunaturus appo suit. ¶ Item protegendi sunt qui hospitio recipiuntur a recipientibus. Gen.decimo nono. Abutimini filiabus meis sicut vobis placuerit dūmodo viris istis nihil mali faciatis. Iuv.decimonono. Nolite fratres mei hoc malū facere quia ingressus ē homo hospitiū meū. ¶ Item incitādi sunt ad comedendū verbo⁊ exemplo:in dyalogo legitur: q abbas cassianus venit ad quēdam senem qui dedit ei māducare cū suis socijs vsq; ad societatez:⁊ hortabatur eum plus comedere qui cuz diceret se esse saciatū. Respondit ego diuersis fratribus hodie superuenientibus septies māducant:⁊ adhuc esurio:tu vero semel manducās es saciatus:⁊ dixit ieiunium esse frangendum propter hospites:q in hospite suscipitur christus:⁊ nō possunt filij sponse lugere q̄diu sponsus est cum eis. Itē quidaz senex in sithia multū fuit hospitalis faciēs manducare omnes ad se venientes:venit autem ad eum quidaz senex solitarius nolens reficī:dicēs se ieiunare:cui senex. Exeamus⁊ oremus sub arbore hac:⁊ cui fuerit arbor inclinata ipsuz sequemur. Dūm autem solitario: arbor non est inclinata: orante autem illo sene hospitali arbor inclinata est. ¶ Sequitur de.iiij.opere misericordie:q est vestire nudos:ad quod scriptura sacra monet. Thobi.iiij.de vestimētis tuis nudos tege. Item Isa.quinquagesimooctauo. Cum videris nudū operi eū⁊ car.⁊c.⁊. Luc.iij. Qui habet duas tunicas det nō habēti hoc opus misericordie nobis multum cōmēdant exēpla sanctoz⁊ primo exēplū dei q ada⁊ vxori ei⁹ post q̄ ceciderant in statum miserie fecit tunicas pelliceas. Gene.iij. Itē exēplū tobie q nudis vestimēta p̄bebat. Tho.i.⁊ exēplū Job.si desperi inquit pretereūtē eo q nō haberet indumentū:⁊ absq; optimēto pauperē:si nō b̄ndixerūt mihi latera ei⁹:⁊ de velleribus ouiū meaz calefact⁹ nō ē. Job. xxxi. Hoc ope misericordie dotchas digna fuit suscitari. Act.ix. Itez huic opi misericordie promittitur vita etrna. Eze.xviij. Si nudū vestimento operit vita viuet: hoc opus misericordie videtur p̄cellere respectu p̄cedētiū in hoc q nō vnā misericordiā reuelat sed multas primū opus repellit famē:secūm sitim:sed hoc opus repellit erubescentiam⁊ nuditatē⁊ molestiā frigoris. Item vestis data pauperi memoriale est ei vt oret pro eo qui sibi eā dedit:non tranfit hoc beneficium tacito sicut beneficiū cibi.vel potus. ¶ Sequitur de.v.ope misericordie q est visitare infirmos ad qō monemur. Ecclesia.vi. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis: hoc opus misericordie valde placet deo. Jac.i. Religio munda⁊ imaculata apud deum⁊ patrē hec est. Visitare pupillos⁊ viduas in tribulatione eoz valde etiam vtile est homini. Job.v. Visitans speciem tuam non peccabis q huic opi misericordie insistit peccatuz facilius vincit⁊ sicut miseria infirmitatis famem⁊ sitim:⁊ frigus videtur excedere: sic hoc opus misericordie videtur precellere respectu p̄cedentiuz. Unde in vitis patrum: Frater quidā interrogauit quēdam senez dicens:duo fratres sunt quorum vnus ieiunat sex diebus. Alt̄ multum laborans. Alt̄.seruit egrotantibus:cuius opus magis acceptuz est deo? Respondit senex Si

frater ille q̄ ser dieb⁹ laborās leuāt appē
dit sese p̄ nares non potest esse equalis illi
qui infirmitatib⁹ deseruit: hoc op⁹ miseri
cordie cōmēdauit nobis filius dei exēplo
suo visitans genus hūanū in infirmita
te positū. Luc. i. visitauit nos oriens ex al
to. ⁊c. ¶ Sequitur de sexto opere miseri-
cordie q̄ est visitare eos qui sunt i carcere
Ad quod monemur. Heb. xiij. Memēto
te inquit vinctorū ⁊c. Et iisdē. x. vinctis cō
passi estis. Et notādum q̄ visitādi sūt qui
sunt i carcere nō solū vt necessaria eis mi
strent: vel aliqua consolatio eis adhibeat
sed etiā vt a carcere liberent. Eccl. iiij. libe
ra eū qui i tortā patitur de manu superbi
In p̄segenū de manu peccatoris liberate
dñe quis similis tibi? eripiens inopē de
manu fortiorū eius: hoc opus cōmendat
nobis exēplis varijs sanctorū. Legitur de
thob. Qđ pergebat per omnes qui erant
in captiuitate ⁊ monita sanctis dabat eis.
Job. xxix. Cōterebam molas iniqui: ⁊ de
dentib⁹ illius auferebā p̄dā. Daniel Su
sannā adiudicatā morti libauit. Daniel.
xiij. Et nichola⁹ tres pueros morti addi-
tos. Prouer. xxiiij. Erue eos qui ducunt
ad mortē. ⁊c. ¶ Sequit de septimo oper
misericordie q̄ est sepelire mortuos Eccle
vij. Mortuos nō phibeas gratiam. Glo.
ad Elemosinā ptinet sepultura mortuor
de hoc ope misericordie cōmēdātur viri.
Jabes. galaad. ij. Re. ij. Benedicti vos a
dño qui fecistis misericordiā cū dño vro
Saul ⁊ sepelistis eū. Cōmēdat etiā ō hoc
thob. de quo legitur. Tho. ij. Qđ cū nūti-
atū esset ei q̄ vnus de filijs israel iugula-
tus iaceret in platea statim exiliens a cubi
culo suo relinquēs prādiū ieiunus pueuit
ad corpus. tollensq̄ illud portauit ad do-
mū suam occulte: vt dum sol occubuisset
sunt he stelle quia christus donationem
horum donorum ad manum suam reti-
nuit. Item hec dona sunt. vij. lucerne de
quibus. Exo. xxvi. Facies lucernas. vij. E
pones eas super candelabrum. Glo. Lu-
cerne. vij. sunt. vij dona sancti spiritus que
in xp̄o cuncta semper permanserūt: z fide
libus scōz voluntatez eius distributa sunt
hec super cadelabrum ponuntur quia re
quieuit super xpm spiritus sapientie: zc.
Item hec dona sunt. vij. Lampades de q
bus. Apo. iiij. vij. Lāpades ardentes ante
thronum: dei que sunt vij. dona sancti spi
ritus. Item dona spiritus sancti que acce
dūt: z illuminant: patata omnibus q sunt
sedes dei. Item hec dona sunt. vij. oculi.
Apo. iiij. Et oculos. vij. Qui sunt vij. spiri
tus dei. Zac. iij. Super lapidem vnuz. vij.
oculi sunt z ponit. Glo. de xp̄o qui est la-
pis angularis cōiungens duos parietes i
vnum: super quem lapidem. vij. oculi de
quibus. Isa. xi. Quiescet super eum spiri-
tus dei: zc. Iiez hec dona sunt. vij. crines
qui caput ecclie. xp̄m. s. ornauerūt quibus
etiam caput sponse xp̄i. s. cor debet eē orna
tum. Nos crines demones conātur abra-
dere: his crinibus ablatis homo debilis re
manet vt sanson. Iudi. xv. Isa. vij. dona

B sunt cōtra. vij. mala que enumerat. Greg.
Super illud. Job. i. Ventus vehemens ir
ruit a religione deserti zc. His verbis spi
ritus qui mentem ante omnia: prudētia:
temperātia: fortitudine iustitia formal ea-
dem contra singula tēptamenta. vij. Vir-
tutibus instituit. Contra hebetudinem in
tellectum. Cōtra p̄cipitationē cōsiliū. Con
tra timorem fortitudinem. Cōtra ignoran
tiam scientiā. Cōtra duriciam pietatē cōtra
superbiaz timorem. ¶ Tria istorum malo
rū ad affectum videntur pertinere Un̄ est
respectu dei. s. superbia que est in ordinata
excellentia animi. Aliud respectu proxim
s. duricies. Tertiū respectu inimici. s. timor
vel pusillanimitas cōtra superbiam est do
num timoris. Bre. super Eze. per timorez
humile sumus pietas est cōtra duritiam.
Bre: sup eze: per pietatē sumus misericor-
des fortitudo est cōtra pusillanimitatem
itij. Mala videtur pertinere ad intellectū.
s. stultitia siue insipientia: que est quādo in
tellectus sapore terrenorū impeditur angu
stando sapore terrenorum. ¶ Scōm est
hebetudo que est grossicies intellect⁹: qua
impeditur ne penetret interna ministrorū
z ne agnoscat creatorē i creaturis. ¶ Ter
tium maiū est ignorantia que est defectus
discretionis quantum ad ea que cōmuni
ter sunt agenda. ¶ Quartuz est precipita
tio quantū ad deliberationez eorum que
sunt ardua z que pertinēt ad cōsecutionē
salutis: cōtra hec. iiij. mala vltima sunt do-
num sapientie: z donū intellectus: donuz
scientie: z donū cōsilij: donum sapientie lu
men est quo agnoscūtur superiora scientia
lumen est quo agnoscūtur inferiora. Intel
lectus lumen est quo agnoscūtur interiora
Unde a legendo intus dicitur intellectus:
donū consilij est lumen quo agnoscuntur
periculosa ¶ Assignantur z alter. vij. ma
la presentis vite contra que sunt hec. vij.
dona. ¶ Primum malum est puerilitas.
Isa. lxv. Puer. c. annorum morietur i. Cor.
xiij. Nolite pueri effici sensibus. Sap̄. xij.
Infantium insensatorum more viuentes.
Sene. plerumq̄ est cum non puericia: sed
quod grauius est puerilitas remanet: con
tra hoc malum est maturitas sapientie.
Grego. super. Eze. per sapientiam matur
sumus: ad maturitatem sapientie pertinet
puerilia despicere: z digna viris intellectu
capz: z affectu desiderare puerilia intelli-
gas lac suauitatis temporalis: z bona tem
poralia que sunt vt pira: z poma compa-
ratione eternarum diuitiarum digna viris
intelligas gaudia eterna. ¶ Secundū ma
lum est brutalitas: contra exteriora sola in
rebus sensibilibus capimus: illis soluz he
rentes: z quasi foris stantes: interiora vero
horum cognitione non attingimus cōtra
hoc malum est donum intellectus pene-
trans interiora. Grego. super. Eze. Intel-

lectus tollit hebetudinem. Tertiuz malum est periculositas contra quod est donuz consilij. Prouer.xxiij. Erit salus vbi multa consilia. Quartum malum é certaminum spiritualium continuitas: cõtra quod est donum fortitudinis: mũdus iste campus est certaminis. Ber. In mundo isto quasi in stadio certaminis positi sum⁹. Job vij. Militia est vita hominis super terram. Quintũ malũ est error circa bona ꝛ mala: ꝛ fm qualitatẽ ꝛ fm quantitatez: secundũ qualitatẽ cũ creduntur bona que sunt mala. Isa.v. Ve qui dicitis bonũ malũ: secundũ quãtitatez qñ creduñ magna bona que sunt parua: ꝛ ecõtrario. Contra hoc malũ est donũ scientie. scientia respicit bonũ ꝛ malũ. vnde nominatur lignum sciẽtie boni ꝛ mali. Gen.ij. Propter hunc errorẽ dicitur. Sap.xiij. In magno viuẽtes in scientie bello tot ꝛ tanta mala pacẽ appellant. Sextũ maluz est vite execrabilitas qua .s. vita nra deo non est honorifica. immo est cõtumeliosa cõtra qd̃ donuz pietatis put pietas veneratio sanctoruz. i. del. deide eoz que ei sanctificata sũt.

Septimũ malũ é stulta securitas qua nichil est periculosius homini tot malis obsessio. Prouer.xvij. Qui cõfidit in corde suo stultus est. ¶ Et notandũ ꝙ minimũ horz donorz preualet omni auro qd̃ in mũdo est: minimũ videt esse donum timoris de quo tamen legitur. Eccleſia.xxij. Nichil melius q̃ timor dei. De pietate vero legitur. i. Thy.iij. Pietas ad omnia vtilis est promissionem habens vite: que nũc est ꝛ future. Fortitudo vero reddit homines insuperabilem. Prouer.xxx. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum: qui habet donum fortitudinis dicit illud omnia possum in eo qui me confortat. Phy.iij. Sapientia in terra manens ad mensam celestez sedet: timor vendicat sibi infernum vbi vitia exurit. Sapientia paradisum que tam eterna pregustat. Fortitudo vero: ꝛ pietas vendicant sibi presentia pietas alienа mala cõpatiendo sibi bona efficit. Fortitudo vero propria mala patienter ea tolerando sibi in bonum cõuertit. Item fortitudo ad bona ardua hominem potentem reddit. Intellectus sapientiam dirigit. consilium fortitudinem. sciẽtia pietatem. timor vero a fide dirigitur:

que cum in christo non fuerit inter bona non numerantur. Non enim enumerantur inter dona omnes gratie sancti spiritus: sed gratie excellentes que in xpo fuerunt. Notandum ꝙ tres istaz gratiaz indubitanter pertinent ad intellectum. scilicet donum scientie consilij: ꝛ intellectus: tres indubitanter ad affectũ. s. donũ timoris pietatis ꝛ fortitudinis: donum vero sapiẽtie secundũ quosdam pertinet ad intellectuz. secundũ quosdam ad affectum. secunduz veritatem vero videtur ad vtrũq; aliquo modo pertinere. Unde possumus dicere ꝙ quattuor dona pertinent ad intelletum quattuor. Aliquo modo pertinent ad affectum. ¶ Quadrupler ergo enz cognitio salubris precellentia habens: põt esse i intellectu. due pertinẽt ad id quo sum⁹. s. ad deum: deus in presenti tripliciter cognoscitur. ¶ Primo fide que est cognitio inicialis ad omnes pertinens ꝛ innititur auctoritati. Secundo cognoscitur intellect⁹ qui innititur rationi. Augu. in lib. de vtili tate credendi ꝙ credim⁹ debem⁹ auctoritati: ꝙ intelligimus rationi. Tertio cognoscitur deus experientia: gustando. scilicet eius suauitatem. secunda ꝛ tertia cognitio de deo precellentiã habent respectu prime: ꝛ ideo gratie excellentes sunt que pertinent ad eas: ꝛ enumerantur inter dona. Tertia salubris cognitio precellentiam habens pertinet ad id qd̃ a nobis est ꝙ arduum est vel periculosuz: que precellentiam habet respectu illius cognitionis que est circa alia agenda. que non sunt ardua vel periculosa. gratia ptinens ad hãc cognitionem dicitur donum consilij. ¶ Quarta cognitio é circa res ipsas que propter nos sunt specialiter quantum ad bonitatem ꝛ maliciam earuz: ꝛ habet precellentiam respectu aliarum cognitionuz que sunt de rebus quantum ad alias rerũ dispositiones: ꝛ gratia ad hanc cognitionem pertinens dicitur donum scientie. ¶ Item quadrupler ordinata affectio potest eé in affectu. due respectu mali: ꝛ due respectu boni: malum fugiendum est ꝛ fugandum: fuga mali remoti. s. mali futuri. Illa virtuosior est: precellẽtiã habẽs respectu fuge mali propinqui. Malũ enim propinquũ facile est fugere. s. maluz presens. Item fuga mali ꝙ ducit ad malũ futurum

ſcilz mali culpe p̄cellentiā hꝫ: cuz malū culpe bonū videatur eo q̄ ſit delectabile gratia: ergo ptinens ad fugā mali futuri: ꝛ eius q̄ dicit ad illud excellens gratia eſt ꝛ vocatur donū timoris. Item fugare miſeriā a p̄rimo p̄ passionē mala eius ſibi aſſumendo: ꝛ bona ſua ei cōferendo: gratie excellētis eſt: fugare miſeriam a ſeipſo nō eſt multū virtuoſū: ꝛ gratia illa p̄cellens donū pietatis dicitur: reſpectu vero boni ſunt due affectiōes excellentes: vna reſpectu boni ſūmi q̄ eſt finis. i. eſuries ſeu ſitis ſuauitatis diuine amor illius ſuauitatis oium eſt: oēs enim beatitudinē appetunt: ſz eſuries illa paucor eſt: reſpectu vero boni q̄ eſt ad finē q̄ eſt arduū: eſt affectio fortitudinis que excellit reſpectu affectionis que eſt ad bona que non ſunt ardua: vnde gratia pertinēs ad illā affectionē donū dicitur fortitudinis. Jtē notandū q̄ iter iſtas. vij. gratias p̄t in xp̄o fuerūt: tres ſunt pertinentes ad diuina. ꝛ q̄ttuor ad humana ad diuina donū intellectus quo cognoſcitur dei veritas: ꝛ donū ſapiētie quo guſtatur eius ſuauitas: ꝛ donū timoris quo honoratur dei ſublimitas. timor enim reuerētie in xp̄o fuit: reuerētiſſime ſe habuit ad deū homo ille nō equās ſe illi ſcōm humanitatez: ſed ei ſubiectiſſimus exiſtēs. ad humanam vero ptinent alia. iiij. dona humana enim diuiduntur in ea q̄ agēda ſunt ꝑmuniter ab hoibus: ꝛ ſunt in p̄cepto: ꝛ ea q̄ ptinent ad perfectionē ſalutis: ad ea q̄ ſūt agenda cōmuniter ab hoibus pertinet donū pietatis cui lumē miniſtrat donū ſcientie: pietas enim quaſi negociatrix eſt ꝛ cōmunicatrix. Jdeo neceſſariuz ei eſt lumen ſcientie quo agnoſcat ea: in quibus negociatur: circa ea q̄ pertinēt ad p̄fectionē ſalutis eſt donū fortitudinis: cui lumen miniſtrat donū cōſilij: hoiem ſeruans a p̄cipitatione in talibus vbi ipſa valde periculoſa eſt. Item notandū q̄ dono timoris ſapientia inchoatur. Prouer. ix. Timor dñi p̄incipiū ſapie dono ſapie cōſumatur: donis vo mediis, p̄ficiendo ad cōſumationē ſapie appropinq̄tur. Jtem notanduz: q̄ duo dona pertinent ad cōtemplationez. ſ. donum intellectus ꝛ donum ſapientie: dono itellect⁹ ꝓtemplamur: deū in creaturis dono ſapientie in ſe. Alia. v. dona ptinent ad actiuā: timore declinaī malū. Prouer. xv. Per timorem dñi declinat oīs a malo dono pietatis: ꝛ dono fortitudinis: ad lumen ſcientie ꝛ conſilij ſunt bona.

¶ Tertia pars. cap̄. ij.

Conſequenter agendum eſt de ſingulis donis per ordinem. Et p̄imo de his que pertinēt ad actiuā. Actiua enim eſt p̄ior tempore q̄ contemplatiua: oportet enim q̄ homo exerceat p̄imo ſe in actiua q̄ aſcendat ad cōtemplatiuam. Lya p̄ior fuit natu q̄ rachel. Geñ. xxviij. Et p̄iuſ fuit tradenda nuptui: vnde legitur. Jn eodē q̄ labeza dixit iacob conquerēti de hoc q̄ lya ei ſuppoſita eſſet p̄o rachel: non eſt in loco noſtro cōſuetudis vt minorē ante tradam⁹ ad nuptias. Jnter dona vero pertinentia ad actiuam p̄ius dicetur de dono timoris a quo nobis inchoandum eſt ſi volum⁹ proficere. Auguſtinus in ſermone quodā de timore domini. Jſa. Bona enumeras a ſapiētia peruenit ad timorē tā q̄ de ſublimi deſcendēs ad nos: vt doceret aſcēdere: illuc ergo p̄uenit: vnde debemus incipere, p̄ficiendo.

¶ Tertia pars. cap̄. iij.

Et timore vero hoc modo agetur.

d Primo ponentur eius deſcriptiones. Secdo commendationes. Tertio tangetur de ſpectebus timoris. Quarto de his que valere poſſunt ad incutiendū nobis timorem. Circa primū notādū: q̄ timor eſt ſpūalis fuga mali ne perdat homo q̄ amat ꝛ eſt ſumpta deſcriptio hec de glo. Aug. ſuper Jo. x. Ubi loq̄tur de mercēnario. fuga timoris non ē fuga ignauie: ſed fuga ſapientie. Job. xxviij. Ecce timor dei ipſe eſt ſapientia fuga timoris: fuga eſt caute declinationis. Prouer. xiij. Sapiens timet ꝛ declinat a malo: ſtultus tranſilit ꝛ cōfidit: talis eſt fuga parthorum que non eſt ignauia: ſed bellādi peritia fugiendo vincunt parthy. Jdeo fugentes ab hijs q̄ſibus nota eſt eorū peritia timentur: ſic timor dominī dū timet timetur ſcōm illud phy. Qui timet deum omnia timēt eum: qui vero non timet deum timet omnia. Unde cayn perpetrato homicidio fratris caput tremuluz habuit ꝛ ait. Omnis qui inuenerit me: occidet me. Gene. iiij. Non eſt turpis fuga iacula cauere: vel protegendo vel abſcondendo ſe vel ſimulata fuga hoſtes ab vrbe lōge abſtra

here ficut legitur fecisse populus dei. Jos. vij. Jrez dicit Aug. xiij. lib. de trinitate q timor est amor fugiens q ei aduersatur. Idem timor est affectio futuri mali secundū damascenū: timor est expectatio mali. Dicit enim expectatū malū: timore cōsiti tuit presens vero tristiciam.

¶ Cōmendatio timoris. ij. cap. iiij.

a Cōmendationez timoris vtilia primo valere possunt admoitiōes qs sacra scriptura facit ad timendum deū. Leuit. xix. Timebis dñm deū tuum Deut. vi. Dñm deum tuum timebis. Jos. x. Timete dñm z seruite ei corde perfecto. In ps. Seruite dño in timore. Jrez timete dñm omnes sancti eius. Ecclesiastī. ij. Fili accedens ad seruitutem dei. sta in iusticia z timore eius. Eiusdez. vij. In tota anima tua time deum. Mat. x. Timete eum q potest z corpus z aiam mittere in gehennaz ignis. Scdo promissiones quas scriptura sacra facit timentibus deum. Thob. iiij. Multa bona habebimus si timuerimus deū z recesserimus a peccato z fecerimus bonum. Eccle. i. Timenti deum bene erit in extremis z in diebus defunctionis sue benedicetur. Jn cōde timenti dñm bene erit: z in diebus cosolationis sue benedicetur. Tertio q scriptura sacra a deo beatificat timētes deū. Prouer. xxviij. Beatus hō q semper est pauidus: qui vero mentis est dure corruet in malum. Eccle. xxv. Beat⁹ cui donatum est habere timorez domini. Eiusdem. xxij. Timenti deum beata ē anima eius. In ps. Beat⁹ qui vir timet dñm. Quarto excellētia q in scriptura sacra ostēditur habere timor respectu ceterarū gratiarū. Eccl. xxv. Timor dñi se super omnia super posuit. Eiusdē. xxij. Nihil melius q timor dñi. Ber. super Cant. In veritate nihil vidicte que efficax esse ad gratiā pinerendā z retinēdā. recuperandā quā omni tēpore cora deo inuenitis nō aliuz sapere sed timere. Quinto q timor dei valde placet deo sicut patet his verbis scripture: que sequuntur: que ostendunt: q benefic⁹ sit deus his qui timent eum. In ps. Oculi dñi super timentes eum oculi in quā misericordie. Firmamentū est dños timentibus eum. Dedisti hereditatē timentib⁹ nomen tuū dñe. Quomō miseretur pater filioz misertus est dños timentibus se. Volū tatem timentiū se faciet. Eccl. xxxiij. Timēti deum nō occurrent mala: sed in temptatione deus illum cōseruabit z liberabit eū a malo. Act. x. In omni gente qui timet deum z operatur iusticiā acceptus est illi. Sexto cōmendabilis est timor domini a multiplici eius effectu. Notandū q timor domini malum culpe q in homine inuenit expellit. ſ. peccatū. Eccle. i. Timor domini expellit peccatuz. nam qui sine timore est nō poterit iustificari. Ber. i emel. Prauas mēs si nō est prius per timorē nō vetitur: ab assuetis vitijs non emendatur Josue. x. Timuimus valde z prouidimus animab⁹ nostris. Eccle. ij. Qui timēt deū preparabunt corda sua in conspectu illius sanctificabūt aias suas. Aug. Timor medicamētū est: caritas sanitas. Michee. vi. Salus erit timentib⁹ nomē suū. Isa. xxvi. A timore tuo dñe concepimus: z qsi parturiuimus spm salutis. Mal. iiij. Orietur vobis timentibus nomē meū, sol iusticie. Item timor a malo culpe futuro custodit. Jero. i epistolis. Timor virtutū custos est: securitas aūt lapsuz facilis. Exo. vigesimo. Ut probaret nos venit deus: z vt terror ei⁹ esset in vobis: z non peccaretis. timor dei odit malum. Prouerb. viij. Ideo non permittit illud in domum cordis intrare. timor inferni quasi expauentaculuz ponit in corde hominis: z ad detrahendum vitia z demones ipse est tanitor cordis: vitia ab ingressu eius clama terribili deterrens clama illa infinite est magnitudinis cuz sit pena eterna. Ipse gladium ex vtraq parte acutum. gladium ira diuine sententie. ad deterrendos fures spirituales itentat: ipe latrones in terra corporis mei habitantes crucifigit. In ps. Confige timore tuo carnes meas. timor vigil est z tempore pacis: z tempore belli vigilans ipsam pacez z securitatem suspectam habens. ipe virtutes excitat ne ad similitudinem ferri inquiete consumantur rubigine: z ne securi subito ab hostibus occidantur. Luz enim virtutes dixerint. pax z securitas repentinus eis supeniet interitus. i. The. v. Timor comprimit virtutes ne euanescant Eccl. xxvij. Si nō in timore dñi instanter tenueris te: cito subuertetur domus tua. Item timor a bonis transitoriis que solet esse occasio peccati expedit. Sicut timor

naufragij i naue fac̃ exonerari. Job.xxi. Semper enim quasi tumentes sup me fluctus timui deus. ⁊ pondus eius ferre non potui. Greg. Cũ fluct⁹ tumẽtes supuenit nulla tunc cura rer⁹ temporaliũ nauigantibus nulla carnis delectatio ad mentem reducitur: ea quoq; ex naui proijciunt p⁹ quibus longa nauigia sumpserunt. Item ad mala pũtis pene hoiez intrepiduz reddit. Eccle.xxxiij. Qui timet deũ nihil trepidabit. Item cor hois cõgregat: ⁊ restringit. Eccle.xxi. Qui timet deũ conuertetur ad cor suũ. Item timor bonor⁹ abundãtiã introducit. Eccle.xxxv. Qui timet deus faciet bona. Eccle.vij Qui timet deus nihil negligit. Cor vbi ẽ timor dñi: ẽ sicut ager plen⁹ cui bñdixit dñs. Geñ.xxvij. Est etiã sicut paradisus ꝓpter amenitatẽ ⁊ fertilitatẽ. Eccle.xl. Timor dñi sicut paradisus bñdictionis. ⁊ sup oẽm gloriã operuerunt eum supple benedictiones In ps. Nõ est inopia timentibus eũ. Eccle.xl. In timore dñi nõ est minoratio. Eiusdẽ.xix. Timor dñi ad vitã ⁊ in plenitudine cõmorabitur absq; visitatione pessimi. Timori custodit deus bona sua ad seruandũ. Isa.xxxiij. Timor dñi ipse thesaurus est ei⁹. Timor dñi plenitudinẽ virtutũ operat. Timorem sequitur spes. Prouer.xxiij. In timore domini esto quotidie: ⁊ habebis spem in nouissimo: timentibus deum facte sunt promissiones. In ps. Quã magna multitudo dulcedinis tue deus q̃ abscondisti timentibus te. Item timor domini introducit caritatẽ sicut cera lumen iuxta verbũ Aug. Ecclesiastici vigesimoquinto. Timor dñi initium dilectionis eius. Item principiuz est sapientie. Prouer. i. Ecclesiast. i. Ber. super Cãt. Instructio doctos facit: affectatio sapientes: aliud ẽ multas diuitias scire: aliud possidere: nec noticia diuitẽ facit. sed possessio: nec cognitio sapientẽ. sed timor facit qui afficit tu ne sapientẽ dixeris quẽ sua scientia inflat. Idem Ber. Initium sapientie timor domini: quia tunc primo deus anime sapit cum eam afficit ad timendum non cum instruit ad sciendum times dei iusticiam: times dei potentiã ⁊ sapientiam. tibi deus iustus ⁊ potens: q̃ timor ẽ sapor: porro sapor facit sapientẽ: sicut sciẽtia scientem: timori sapiunt mala: put debent sapere. ⁊ hoc est prima species sapor rationis actionis spiritualis. Ecclesiast. i. Radix. Sapientie timere deum. In eodẽ plenitudo sapientie timere deum. Item ex eodem. Corona sapientie timor domini. Corona facit adornatum capitis ⁊ timor dei est ornamentũ sapientũ: sapientib⁹ etiã causa est corone eterne vite. Item. Prouer. xvi. Timor domini disciplina sapientie. Dominis lutantia absq; timore dei indisciplinati sunt: sed timor dei hoiem grauem: ⁊ maturũ reddit. Grego. an. hora mentis pondus timor⁹. Ecclesia.xxij. Finis modestie. timor domini. i. consumatio modestie. Timor domini hominem fortem efficit. Prouer.xiiij. In timore domini fiducia fortitudinis. Hec fiducia debilitatẽ hominis in dei fortitudinem mutat. Isa.xl. Qui sperat in deo mutabunt fortitudinẽ. Grego. In via domini timor operat fortitudinẽ. In via seculi debilitatẽ signum fortitudinis est q̃ timor dei vincula cupiditatũ disrumpit. Item cũ ardoribus habitat sempiternis. Isa.xxxiij. Quis poterit habitare vobiscum igne deuorante: quis habitabit ex vobis cũ ardoribus sempiternis timor facit ipleri illud. Isa.xxxv. Tunc saliet sicut cervus claudus fm illud poete pedibus timor addit alas. timor trẽsilire facit montes ⁊ colles: altitudinem terrarum. Timor fortissimos reddit penitentes ad portanda onera penitentie. Timor carcerem inferni mortem ⁊ tormenta que hostis minatur in gladium ⁊ ignez contra eũ conuertit: hec sunt eius refugiũ hijs se tuetur contra tela inimici. In igne illo ardorẽ cõcupiscentiaruz extinguit. De inferno quasi de turri fortissima tela hostiũ despicit. timor ad infernũ confugiens ab illo maxime fugit. Item timor hominem obedientem reddit. Ecclesia.ij. Qui timet dominum inquirent que beneplacita sũt ei. In eodem. Qui timent dñm custodiẽt mandata illius. Gene.xxij. Dictũ est abrahe obedienti nunc cognoui q̃ timeas dominum. Grego. In prima parte moraliũ deum timere est nulla que facienda sunt preterire: quomodo timor plenitudinem virtutum operetur ostendit. Ber. ad fratres de monte dei loquens de ingrediente religionem timor dei incipit operari omnium virtutuz plenitudinem dum per insticiã defert maior⁹ per prudentiã non cre-

dit se sibi per temperantiam refugit discernere per fortitudinē totū se obedientie subdit nō discernendū: sed ad implēdū. Itē timor dei est fons vite indeficiēs vt declinet a rima mortis. Eiusdē. decimo. Timor dei appōet dies. Prouer. vigesimo. Timor dei ad vitā supple seruandā. Itē timor dei hō minē glorificat. Humiliat eni hominem hūilēz vero spiritu suscipit gloria. Prouer. vigesimonono. Ecclesiastici. primo. Timor dei gloria ⁊ gloriatio. Eiusdē. decimo. Semē hominū honorabitur: hoc q timet deū. Eiusdē. vigesimoquinto. Gloria timet deū. Eiusdē. vigesimoquinto. Gloria senū timor dei Judith. viii. Qui timēt te dñe apte magnificāt p oia. Prouer. viii. Mulier timēs deū ipa laudabitur. Eccle. xxv. Quā magnus est qui inuenit sapientiā ⁊ scientiā ⁊ nō est sup timentē deū: Itē timor dei deum a vana delectatione hominē cohibet. verā delectationē dei meretur. Eccle. primo. Timor dei letitia ⁊ corona exultationis. Jn eodē. Timor dei delectabit cor ⁊ dabit letitiā: ⁊ gaudiū in longitudine dierū. Timor dei est sicut vētus aquilo dissipans pluuias. Prouer. vigesimoquinto. Jpe nubes carnaliū cogitationū ⁊ affectionū fugat: ⁊ mentē serenat rimos concupiscentiarū restringit reptilia vitiorū de terra corporis humani exterminat. Mare mundi congelando consolidat: vt super illud ambulare gs possit sicut fecit petr⁹. Mathē. vigesimoquarto. Ubi timor est frigus ⁊ ardores desideriorū carnaliū ⁊ seculariū tēperans timor medium formacis babilonice facit: quasi ventūroris flantem. Daniel. tertio. Timor dei a dec hominez melioratur vt vnus timens deum mille alijs preferendus videatur. Ecclesiastici decimonono. Melior est vnus timens deū q̄ mille filij impij. Bona etiam transitoria multum meliorare videtur. Modicuz eni cum timore dei preferendū esse videmur. mltis dimittis sin timore. Prouer. xv. Melius est parū cū timore dñi q̄ thesauri magni ⁊ insatiabiles: ⁊ vt breuiter dicamus: finis salubris doctrine: dr esse timor dñi. Eccle. vlti. Finem loquēdi pariter oēs audiam⁹ time deū ⁊c. De timore dicit. Isa. xi q̄ xp̄m repleuerit cū de alijs donis tantū modo dicat p in xp̄o requieuerit: timor dei replere dz viros sanctos. B. Leōns de spū timoris: nimirum ipe est q totū sibi dz hoiez mederi. Idē nō est quo admittas superbia repletus timore dñi. Viri sancti timēt semper ⁊ vbiq̄. Eccle. xvij. Nō sapiens in omnib⁹ metuit. Prouer. xxviij. Beatus homo q semp ē pauidus. Quid sēper sit timēd⁹: oñdit. B. super cant. Dicens p sit timēd⁹: oñdit. B. super cant. Dicens cū adest gratia time ne nō digne operis ex ea: ampliꝰ time subtracta gratia: q̄ relict ea: ampliꝰ time subtracta gratia: q̄ relict plius: plus timēdū ne forte ꝓtigat pati replius: plus timēdū ne forte ꝓtigat pati recidere enim q̄ iacere deterius est iuxta illud. Jo. v. Ecce tā sanus factus es noli amplius peccare: ne deteri⁹ tibi aliud con. ¶ Alie tres cē timoris pñt assignari Quaꝝ pma tāgit in. ps. Delicta gs intelligit: delictū dicitur peccatū omissiōis a delinquēdo multi vero sunt: q̄ hz nō ꝓmittāt peccatū mortale nesciūt: tā vtrū omittēdo mortaliter peccant. ¶ Alia causa timoris pōt ee: q̄ mlta videtur hoi bona que deꝰ intelligit esse mala. Grego. Plerūq̄ in cō spectu sordet interni iudicis q̄ intentione fulget operantis. i. Cor. iij. Nihil mihi cōscius sum hz nō ihoc iustificatus sum ¶ Tertia causa est q̄ nescit hō qualis futuꝰ sit finaliter hz in presenti sit bonus. Eccle. vi. Sic iusti atq̄ sapientes: ⁊ opa eoꝝ in mānu dei: ⁊ tū nescit hō vtrū odio an amore dignus sit: finaliter intelligē: potest eni aliqs in mometo cadere: ⁊ non adiciet vt resurgat. ¶ Ubiq̄ timēdū ē q̄ de quolibet statu aliquid damnātur. Osee. xiij: Cōsolatio abscōdita ē ab oculis meis q̄ipe inter fratres diuidet: ⁊ loquitur de inferno. Mat. xxiij. Duo in lecto vnus assumetur ⁊ alter relinquetur: lectū intelligas quietē cōtemplationis. Timēdum est homini ex omni parte: hō. n. est sicut castrū vndiq̄ portas habēs per quas capi pōt: porte iste sensus sunt est etiā hō sicut castr̄ obsessuz vndiq̄ ab hostibus. Sapiē. xiij. Creature dei in odium facte: sunt: ⁊ in temptationē animē hominum ⁊ in muscipulam pedibus insipientium. Viri sancti nō solū timēt i malis sed etiam in bonis. Job. ix. Verebar cia opa mea. Greg. Plaꝝ mētium est ibi culpam agnoscere vbi culpa nō est. Idem si placere deo veraciter cupimus pōstq̄ peruersa subegimus ipa etiam in nobis bene gesta timeamus. Bre. in. ij. parte moraliū Justi omne q̄ agūt metuūt dū caute cōsiderāt ante quantū iudicem stabunt.

Equitur de speciebus timoris.

s ¶ Notáduz ꝙ sup illud Proue.i. Timor dñi principium sapientie distinguit. Glo. Bed. duas species timoris his verbis Duo sunt timoris dñi seruil' z amicabil'. Seruil'. q̄ principū sapiétie: est; z amicabil'. q perfectionem sapientie comitat: seruilis principium sapientie est qz qui post errata sapere incipit. Primo timor dñi diuio corripit: ne puniat: sz hūc p fecta caritas foras emittit: succedit huic timor dñi sanus pmanés in seculum seculi qué ñ caritat' excludit: sz auget quo timet filius ne vel in modico oculos amantissimi patris offēdat. Ber in sermoib⁹ Distinguit tres species timoris his verbis. Primus timor é ne cruciemur igehenna. Secundus ne excluſi a vísione dei priuemur tam inestimabili gloria. Tertiꝰ replet animam omni solicitudine timendá ne forte deserat a gratia. ¶ Sed nec Bed. nec Ber ponunt species timoris nisi domini. Unde possunt distingui. vij. species timoris vt enumeréť omnes species timoris: siue sit timor boꝰ: siue malꝰ: vel neqz bonus neqz malus. ¶ Prima species timoris eſt: timor naturalis quo quilibet timet naturaliter nociuū nature: hoc timor nec est meritorius nec demeritorius: quia nō subest libero arbitrio hoc timore timuit Christus naturaliter mortem. Mat. 14. Cepit ihesus pauere. ¶ Secunda species é timor humanus: cuī. s. aliquis timet amplꝰ debito corpori suo qui timor prohibetur. Mat. 10. Nolite timere eos q occidūt corpus: z procedit ex nimio amore presentis vite: z sicut amor presentis vite est quandoqz veniale peccatū vt quando est citra deum quandoqz vero est mortale vt quādo non est citra deum vel supra Ita. timor humanꝰ: quandoqz est veniale peccatum. et quando oritur ex amore veniali quādoqz mortali: ut cum oritur ex amore mortali: de quo amore. Johan. xij. Qui amat animaz suā perdet: eam ex timore humāo negauit Petrus christuz Mat. xxvi. Mat. xiiij. Luce. xxij ¶ Tertia spes est timor mundanus. quando aliquis nimis timet rebꝰ suis. Iste timor fuit in his qui occiderūt xpm. Joh. xij. Si dimittimus eum sic omnes credent in eum. z venient romani z tollent nostrum locum: z gentez. Iste timor multus habet cruciatū Augu. Diuicie plus cruciant adepte āmissionis timore: q̄ concupite adeptionis ardore. ¶ Quarta spēs é timor seruilis non seruil' é vtiq. Augu. Cū ꝓpter timoré gehenne continet se homo a peccato: z iste timor non est cum caritate. Unde. Augu. Loquens de hoc timore. Innanit inquit putat: victorem se esse peccati qui timore non peccat: quia siñ impletur foris negociū male cupiditatis Ipa tñ mala cupiditas itus é hostis idé Ipsa voluntate reus est qui vult facere ꝙ nō licet fieri: sed ideo non facit quia non potest impune fieri: nā quātū in ipso est mallet nō esse iusticiā p hibentez atque punientem z vtiq. si mallet nō esse iusticiaz quis dubitauerit ꝙ eā si posset auferret a per hoc quomō iustꝰ est iusticie talis inimicꝰ vt si potestas detur precipientem auferat ne cominantem vel iudicantem ferat. Inimicus ergo iusticie est qui pene timore non peccat. Inimicus aūt erit si eius amore nō peccat. Ite super illud. ps. Cōfige timore tuo carnes meas. Dicit glo. Timor legis seruilis pedagogus in me ꝓcessit' q ad casum duxit sed non crucifigit carnem quia vivit peccandi voluntas. z sequeretur opus si speraretur in punitae: z secundum hanc glo Non solum vocatur timor seruil' quando aliquis dimittit peccare: timore pene future: sed etiam quis dimittit peccare timore pene temporalis: vt faciebant multi in veteri lege: z vt sit hodie in multis religionibus. Ro. viij. Non accepistis spiritū seruitutis. iterum in timore. Timor seruilis est quasi uestis de sancto cū qua nullus ingreditur regnum celorum non licebat indutum saco in gredi aulam asueri Hester. iiij. ¶ Quinta species est timor initialis qui est a perfecta caritate. De quo. i. Joh iiij. perfectā caritas foras emittit timorem quoniam timor penam habet. glo. Timorem illum de quo dicitur. Initium sapientie timor dei. quo timet quisqz incipiens opera iusticie ne veniat districtus iudex: z se minꝰ castigatū dānet. q hz hūc timorē timz pūri z timet a deo separi q iā amat sz timor separatōis: principalior est. ¶ Sexta species est timor filialis. que est cum perfecta caritate qui secm aliquem vsuz suuz

L

mãdat in ꝓria de quo. In ps. Timor dñi sanctus permanet in seculum seculi qui hz timorem filialem cauet offensam patris celestis sicut bonus filius: etiam si sciret ex illa offensa nihil mali sibi accedere: cuz isto timore securitas est cum adsit perfecta caritas. i. Jo. iiij. In hoc perfecta est caritas dei nobiscum vt fiduciaz habeamus i die iudicij quia sicut ille est z nos sum⁹ i hoc mũdo glo. Per hoc habemus fiduciã: qz imitamur pfectionẽ dilectionis eius i mũdo amãdo scilicet inimicos vbi est pfecta caritas deest remorsio cõscientie z timor eterne pene. i. Jo. iiij. Qui timet non est perfectus in caritate. Glo sup illõ caritas foras emittit timorẽ. Perfecta caritas: perfectã iusticiã facit: nec habet vñ timeat: sz desiderat. Dicuntur sancti maxime timere gehennam quia cauent ea que ad gehẽnã ducunt. Gregorius sup Job. semp mens plus illuminata plus timet. Jeron. Prudenter timetur quicquid accedere potest. Vsus timoris filialis in patria dicitur esse quedã resilicto a dei altitudine in ꝓpriaz paruitatẽ poterit tamen videri alicui: qz timor filialis in patria sit voluntas cauendi dei offensã vel quedã fuga spiritualis diuine altitudis qua. s. electi refugiũt se equare deo volentes esse ei subiectissimi. ¶ Et notãdũ qz cũ timor sit fuga mali malũ vero diuidatur i malũ pene z malũ culpe. timor filialis fugit malum culpe. s. dei offẽsaz timor vero naturalis: naturaliter fugit malum pene: fuga vero mali pene volũtaria pertinet ad alias. iiij. species timoris. malum pene diuiditur in penaz sensus z penam damni vtraqz diuiditur in tẽporalem penam z eternã. Fuga pene sensus tẽporalis pertinet ad timorem humanũ fuga vero pene sensus eterne ad timorem seruilez Fuga damni temporalis ad timorem mundanuz. Fuga damni eterni ad timorem initialem. Item notãdũ qz timor sic describi potest. Timor est spiritualis fuga rei ꝓpotẽtis: vel excellẽtis: z intelligas rẽ prepotentẽ: que potẽs est scõm suspitionẽ vel opinionẽ timẽtis. Res vero illa: vel ẽ bona: vel ẽ mala. Si bona fuga illi⁹ pertinet ad timorem reuerentie. Si vero malũ est aut fuga illius mali est bona aut mala. Si mala est pertinet vel ad timorẽ humanum vel mundanum. Ad timorez humanum. Si illud malum pertinet ad ipsaz personam. Ad mundanum vero si malũ illi⁹ pertinet ad damna rerũ. Si vero fuga illa bona est: z ẽ sine caritate pertinet ad timorem seruilẽ. Si vero est cum caritate sed i perfecta pertinet ad timorẽ initialem. Si vero cũ caritate perfecta pertinet ad timorem filialem. Et notandum qz cum aliqs periculuz homini imminet ipe timere debet cum qui omnia habet in potestate sua Ere. Quicquid est qz exterius seuit p hoc ille timend⁹ est qui hec interius disposuit ps. Timeat eũ omnis terra. Augn. Sic ere ature seuiant deũ time nõ illas qz omnia sub ipo sunt. Glo. Cupiditatem nocendi per te habes potestatem aũt nocendi si ille non dat nõ habes. Jõ deus homo stãs ante hominez ait. Non haberes in me potestatem nisi esset datum tibi desuper nec etiam ipe diabolus vel vnam oviculaz potuit tollere viro sancto. Job. Nisi prius diceret mitte manum tuam. Job. ij. Hoc est da potestatem. i. Mach. ij. A verbis viri peccatoris ne timueris. qz gloria eius stercus z vermis est hodie extollitur: z cras non inuenietur. Isa. viij. Timorez eius scilicet populi coniurantis cõtra me non timeatis neqz paueatis dñm exercituũ ipsũ sanctificate: ipe pauor vester z ipe timor vester. Itẽ. Isa. xl. Quis estis vt timeas ab omni mortali z a filio hominis q quasi fenũ arescet. Prouer. xxx. Qui timet hominẽ cito corruet q sperat in deo sublenabit.

Sexta species timoris sz. Damascenũ ¶ Item notandum qz Johãnes damascenus distignit vi. spẽs timoris vtrãmqz describens his verbis. Diuiditur timor in sex species in segniciẽ. Erubescentiam. Verecũdiam. Admirationẽ. Stuporez. Agoniam. Segnicies est timor future operationis. Erubescentia timor est in expectatiõe conuicij. Verecũdia timor est in turpi scõ Admiratio ẽ timor ex magna ymaginatione. Stupor est timor per casuz: scilicet p infortunium. De erubescẽtia dicit. Job. damascenus. Quod est optia passio phs deminue quoddã erubuit salua resẽ. Sene. in epistolis. Verecũdia bonuz in adolescẽte signũ est. Tullius in li. de officijs. Sine verecũdia nihil rectuz esse potest: nihil honestum. Ber. sup cant. Nescio si quicq̃ gratius verecundia in moribus hominuz de

prehendi queat. Verecundia omnium est ornatus etat.iz:sed in tenera etate amplꝰ pulcrius cꝫ enitescit.qd amabilꝰ verecūdo adolescente: Quā pulchra ħ ⁊ q̄ splendida gemma morum in vultu adolescentis q̄ vera ⁊ minime dubia.bone nūcia spei bone indolis index:quid ita turpiloquij: ⁊ ois desinens turpitudinis fugitiuū:soror est cōtinētie. Nullū est eque manifestius signū colūbie simplicitatis:⁊ iō testis inocētie:lāpas est pudicitie mentis lugiter lucēs:vt nil in ea tēpore:vel idecoꝝ residere attemtet qꝫ nō illico pdeat. Idē verecūdia spectalis gloria est cōscientie. Fame custos. Vite decꝰ. Virtutis sedes. Virtutū principie Nature laus. In signe totius honesti. De erubescētia bona vel mala regre i tractatu de superbia vbi agitur de ornatu mulierꝫ.

De his que incutiūt timores.c.iij.vi.

Equit de his que possunt homini
S incutere timorē. Notandū ergo qꝫ
duodecim sunt que ad hec valere
pñt. ¶ Primū est cōsideratio lachrimarꝫ xpi. Verisimile est statū illū valde periculosus cē pro quo deus fleuit. De lachrimis xpi hētur. Luc.xx. Videns ihesus civitatem fleuit sup illā Johā.xi. Et lachrimatus est ihesus. Et.v. ad Heb. Luz clamore valido:⁊ lachrimis pces offerēs exauditus est pro sua reuerētia. Ber. Cōpatitur dei filius:⁊ plorat homo patitur ⁊ ridebit. ¶ Secundū est :cōsideratio passionis xpi. Ber. Ex
B cōsideratiōe remedij perculi mei estimo quantitatē filius enim dei occidi iubet vt vulneribus meis p̄ toto sanguinis illius balsamo medeatur agnosce hō q̄ grauia sint illa vulnera pro qbus necesse est xpm deū vulnerari. Sic medicine extimatio ⁊ doloris:⁊ timoris est aggregatio. Tertiū est consideratio culpabilitatis nostre si tātū timet aliqs vt scit se reū esse vnus criminis in cura alicuius terreni principis
L quātū timere p̄t.q tot ⁊ tantorū criminuz scit se reū cē apud districtissimū iudicem. Legitur de qdam rege nobilissimo qui fuit in grecia q memor malorꝫ suorꝫ ⁊ diui ni iudicij semp tristis erat:cetā cū solennitates cū principibus suis celebrabat:q interrogatus sup hoc a quoddam fratre suo voluit ei cām sue tristicie ostēdere.⁊ misit buccinatores suos ante portā eius qꝫ secūdū ꝙsuetudinē illius regni certissimū erat signū mortis:⁊ cū frater regis ad regē cēt adductus:⁊ nō modicū timeret:⁊ valde tristis esset regsuit rex quare non gauderet. Cui cū frater respondisset quomō in statu tali gaudere possz. Judicauit ei cām tristicie sue. Si enī ille tātū timebat q sciebat regē esse fratrē suū ⁊ qui in nullo sciebat se esse culpabilez apud eū: qualiqua signa offense regie audierat merito timere poterat:q in tot ⁊ tātis sciebat culpabilē se esse apud deū maiestatis. Jeronimus in epistolis. Si tāta cura p̄timescitur iudicū puueris qua:intentione cogitādū est: qua formidine promidēdū iudicū maiestatis.

Quartū est cōsideratio hūane infirmitatis ⁊ impatiētie adeo eni sunt homines impaciētes qꝫ musca vna sicos multū diū infestauerit facit eos irasci quādoqꝫ vsqꝫ ad dei blassemiā ⁊ modica penatē poralis quādoqꝫ affligit hominē vsqꝫ ad tedium vite vt pz in. Elyā.iij.Re.xix. Qui petijt anime sue vt moreretur. Quintū est misericordia quā deus exhibet hominibus i presenti scōm eni magnitudinē misericordie in p̄senti erit magnitudo iusticie i futuro. Sicut eni deus est summe misericors ita est sūme iustꝰ ⁊⁊ sicut opa misericordie ipsi⁹ i p̄senti reputaī stultitia cōparatione scā ad misericordiā hominū:sic iusticia ei⁹ in futuro:furor hominib⁹ appebit. Nau.i. Ulciscēs deus ⁊ habēs furorē:furor videbitur quādo peiōres pro quoꝝ salute mori voluit in ione p̄jciet nec eos de cetero ab igne eruet. Sicuti mulier furibūda iudicaretur si filiū suū in igne p̄hiberet ⁊ inde extrahi nō pmiteret. Sexto valere possunt ad timorē incutiēdū opa iusticie tegū deus fecisse in mūdo isto vt est vindicta quā sumpsit de lucifero:⁊ āgelis:q ei adhesērūt quos ꝓpter peccatū sup bie irremediabiliter dānauit Luc.decimo. Videbā sathanā quasi fulgur cadētē de celo. ij. De secūdo. Si deus āgelis peccātibus non pepercit:sed rudētibus inferni detractos in tartarum tradidit ⁊c. Glosa. Rudētes sunt funes quibus naute vela suspendunt vt flante aura portus tranquillitatem relinquant: seqꝫ ambiguis fluctibus credant:quibus rudentibus conuenienter immundorum spirituum conamina comparantur:qui mox vt flante superbia impulsi se aduersus creatorez erexerunt:ipsis

vlatibꝰ sue conatibꝰ in abyssi pfundū sūt rapti. Aliud opus iusticie est pena mūdo inflicta pro pctō ꝓmoꝝ parentū. pro pctō enim gule totus mūdus adiudicatus est morti tēporali: ⁊ aliis miseriis huiꝰ exilij. Aliud opus iusticie fuit diluuiū quo totus mūdus pro peccato carnis submersus est: exceptis.viij.aiabus. Gen.vij. Job.xxvi. Et cū vix paruā stillā sermonis eiꝰ audierimus qs poterit tonitruū magnitudinis illius intueri? tonitrum itelligas terribilez aduentū maiestatis eiꝰ: vel sententia dāda in extremo iudicio. stillā sermonis intelligas iusticiā psentē. ¶ Septimo facilitas pereundi: ⁊ spūaliter ⁊ corporaliter que ē in mūdo isto propter qꝺ in vmbra mortis dicimur esse. Isa.ix. Habitātibꝰ in regione vmbre mortis lux orta est eis. Luce.i. Visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his q̄ in tenebris ⁊ vmbra mortis sedent. ¶ Octauo dei oipotētia. cui nemo pōt resistere: ⁊ quā nemo potest effugere in ps. Quis nouit potestatem ire tue. Isa.xlvij. Ultionē capiā ⁊ nō resistet mihi hō. Luc. xij. Illū timete qui postq̄ occiderit hz potestatē mittere in gehēnaꝫ. ps. Si ascendero in celū tu illic es: ⁊ si descēdero in infernū ades. Nono: dei sapientia lucide videns oia cui nihil pōt abscōdi. i. Reg.xvi. Deus intimet cor. Boetiꝰ. Magna nobis si dissimulare volumus iudicta est pbitatis necessitas cū agamus coraꝫ oculis iudicis cuncta cernentis. Decimo: zelus diuine iusticie. qui ex hoc apparet qꝺ deꝰ pater potius voluit vt eius vnigenitus penā quaꝫ debebat humanū genus solueret: quā ipse eam remitteret. Ro.viij. Qui proprio filio suo nō pepercit. Ber. sup Cantī. Qui non parcit filio nunqd parcet figmēto. nunqd parcet seruo neq̄. Luc.xxiij. Si in viridi ligno hec fiunt: in arido quid fiet.

Ⓕ Que sint attēdēda circa extremū iudicij. ¶ Undecimū iudicij: circa qꝺ multa attēdenda sunt. que valere possunt ad icussionē timoris. Primū est hoc qꝺ scriptura sacra in tot locis cōminationes facit pertinentes ad hoc iudicij. Deut.xxxij. Si arripuerit iudicij manus mea reddā vltionē hostibus meis: ⁊ his qui oderūt me retribuaꝫ. Inebriabo sagittas meas sanguine ⁊ gladius meꝰ deuorabit carnes. i. carnaliter viuētes. Job.xix. Fugite a facie gladij. qꝫ vlto: inigratis gladius. ⁊ scitote iudicij. In ps. Cū accepo tēpꝰ ego iusticias iudicabo. Isa.xiij. Ululate qꝫ ppe est dies dñi. In eodē. Ecce dies dñi veniet crudelis: ⁊ indignationis plenus ⁊ ire furoris q̄z. Eiusdē.xlvi. Dies dei dies vltionis sumat vindictā de inimicis suis. Eze.vij. Prope est dies occisionis. Joelis.ij. Prope ē dies tenebraꝝ ⁊ caligīs. dies nubis ⁊ turbinis. In eodē. Magnꝰ dies dñi ⁊ terribilis valde: ⁊ qs sustinebit eū. Amos.v. Ue desiderātibus die dñi. Sopho.i. Uox diei dei amara, tribulabit ibi fortis. In eodez. Dies illa dies ire. dies tribulationis ⁊ angustie. Mal.iiij. Ecce dies dñi veniet succensa quasi camin: ⁊ erūt oēs superbi: et oēs facientes impietatē stipula. In eodē. Ecce ego mittā vobis aliū ppheta anteq̄ veniat dies dñi magnꝰ: ⁊ horribilis. Heb.x. Terribilis est expectatio iudicij: ⁊ ignis emulatio q̄ consumptura ea aduersarios. In eodē Horrendum ē icidere in manū dei viuētis. Secūm est sollicitudo q̄ habebāt amici dei strictiꝰ. De hoc iudicio. Job.xxxi. Quid faciā cū surrexerit ad iudicandū deꝰ: ⁊ cū quesierit qd respōdebo ei. Eiusdem.xiij. Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me ⁊ abscōdas me donec pertranseat furor tuꝰ. Iero. Siue comedā siue bibā siue aliud faciā sempiternam videor auribus meis illa terribilis tuba. Surgite mortui: venite ad iudicij. In ps. Dñe ne in furore tuo arguas me. In vitas patrum dixit abbas Amon cuidā fratri interrogāti aliquem sermonē. Uade ⁊ fac talē cogitationez tuam qualē facit illi q̄ sunt in carcere. Illi enim interrogāt horas vbi est iudex ⁊ quando veniet. ⁊ in ipsa expectatione penaꝝ suarum plorāt. Sic ⁊ monachꝰ oz aiam suam obturgare dicens. Ue mihi quō habeo stare ante tribunal xpi: ⁊ actum meoꝝ reddere rationem. si sic semper meditatus fueris poteris saluus esse. Tertio attendenda sunt signa terribilia precedentia iudicium. quinq̄ signa tanguntur. Luc.xxi. Erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ in terris pressura gentiū pre confusione sonitus maris ⁊ fluctuum. Duo prima specificant. Joel.ij. Ubi dicitur. sol conuertetur in tenebras ⁊ luna in sanguinez. antēq̄ veniat dies domini magnus ⁊ horribilis. de trib⁹ simul habetur. Apoc.vi. Uidi ⁊ ecce terremotus fa- Ⓑ

cius est magnus: ꝛ sol factꝰ est niger tanq̃ saccus cilicinus: ꝛ luna tota facta est sicut sanguis: ꝛ stelle celi ceciderunt super terram sicut ficus emittit grossos suos cuz a vento magno mouetur: de eisdē similiter habetur. Mat. xxiiij. Sol obscurabitur ꝛ luna non dabit lumen suū: ꝛ stelle cadent de celo. De quarto signo erit pressura in terris: legitur similiter. Math. xxiiij. Erit tūc tribulatio qualis nō fuit ab initio mūdi vsq̃ mō neq̃ fiet. D Quintū signum est confusio maris quam confusionē aliqui estimāt fore: ꝙ maxime cū frigore magno peribit secunduz illud. Apoc. xi. Et mare iam nō est. Iero. In annalibus libris hebreoꝝ inuenit. xv. signa. xv. diebꝰ ante diez iudicij. sed vtrum cōtinui futuri sint dies illi an interpolati non expressit. ¶ Prima die eriget se mare. xl. cubitis super altitudine montiū stans in loco suo quasi murus. Secundo tm̄ descēdet ꝙ vix videri possit Tertio maxime belne apparentes supra mare. dabunt rugitus vsq̃ ad celū. Quarto ardebit mare ꝛ aque. Quinto herbe et arbores dabunt rorem sanguineū. Sexto ruent edificia. Septimo petre adinuicem collidentur. Octauo generalis fiet terremotus. Nono equabitur terra. Decimo exibunt homines de cauernis: ꝛ ibunt velut amentes: ꝛ non poterunt mutuo loqui. Undecimo surgent ossa mortuoruz ꝛ stabunt supra sepulchra. Duodecimo cadent stelle. Tertiodecimo morient hoies viuentes: tunc vt cū mortuis resurgant. Quarto decimo ardebit celuz ꝛ terra: ſ. superficies terre ꝛ aeris. Quintodecimo fiet celuz nouum ꝛ terra noua ꝛ resurgent omnes. Et possunt assignari sex cause quare signa iudicū precedant. J Prima vt magnū maluz futurū nunciet. Greg. in omel. Illiꝰ euāgelij. Erūt signa ꝛc. Qō terrores quos cernimus: nisi sequētis ire precones diceriz. Idem in omel. Illius euāgelij. cū audieritis prelia ꝛc. Ultima tribulatio multis tribulationibus preuenitur: ꝛ per crebra mala que preueniunt indicātur mala ppetua que subsequentur. ꝛ subdit Greg. Multa debent mala p̄currere vt malū valeāt sine fine nunciare. Sexta cā est q̃ tāgit Gre. in eadē omel. Dicens qui in cunctis delinquimus in cunctis ferimur: ꝛ subdit oia q̃ ad vsum vite accipimus ad vsum conuertimus culpe: sed cuncta que ad vsum pietatis inflexim⁹: ad vsum nobis cōuertuntur vltionis. Tertiā cām tangit Beda. Dicens: appropinquante suo termino elementa quasi pauida mutant ꝛ tremūt. Quarta cā est vt. ſ. creature ostendātur parate esse ad vlciscendū creatorem. de hostibus suis imminente guerra solet fieri armoruz ostēsio: ꝛ factū ꝓncipes vt subditi eoꝝ armati cōueniant: sic fiet anteq̃ deus vindictā sumat de inimicis suis. Sap. v. Accipiet armaturā ẓelus illius: ꝛ armabit creaturā ad vlcionez inimicoꝝ. Eiusdem. xvi. Creatura tibi factori deseruiēs exardescit in tormentū aduersus iniustos. Quita cā tangit sup illud Isa. xiij. Erubescet luna ꝛ ꝙfundetur sol. Glo. Cernēs illos: qui eiꝰ lumine fruebantur nihil dignū dei bonitate fecisse. Sexta est: vt sint incitamēta doloris. Criso. Patrefamilias moriente. domus eiꝰ turbatur. familia plāgit: ꝛ nigris se vestimētis induit. sic humano genere propter ꝙ facta sunt oia circa finē constitutū: totus destruitur mūdus: celi ministeria lugent. ꝛ cādore posito tenebris induuntur. Quarto attendenda sunt insigna passionis xp̄i. ſ. crux. clauꝰ. lācea. que ante iudicē erūt: ꝛ in carne eiꝰ videbūtur cicatrices vt videāt. i quē pupugerūt. Zac. xi. Apo. i. k Tunc peccatoribꝰ exprobrabitur magnus bñficiū eis exhibitū. ſ. beneficiū passionis christi: ꝛ regret xp̄s morte suā ab eis. tanq̃ pretium qō pro eis dedit. cū seipsos et abstulerint quos ita care emerat: ꝛ ostendet magna ingratitudo eoꝝ: qui semel crucifixum pro eis iterū crucifixerunt. Ad heb. vi. Crucifigētes in semetipsis filiū dei. vnde multū confundentur insigna passionis xp̄i videntes. Mat. xxiiij. Tunc apparebit signum filij hominis in celo. Criso. Nō erit tunc necessitas accusatoris. cum viderint crucē: ꝛ ipsū xp̄m habentē in corpore suo testimonia passionis. Quinto attendenda est curie illius magnitudo coram qua reprobi confundent. totus enim mundus erit congregatus ibi. Joel. ij. Cōgregabo omnes gentes: ꝛ reducā eas in vallē iosaphat ꝛ disceptabo cū eis. Mat. xxv. Sedebit sup sedē maiestatis sue: ꝛ cōgregabuntur ante eum omnes gentes. Roma. xiij. Omnes stabimus ante tribunal xp̄i: canonica. Jud. Ecce venit dñs in sanctis mi-

B Em in eodē quattuor distinguit species contemplationis: respectu dei hys vbis. ¶ Prima ē maxima cōtemplatio et admiratio maiestatis hec requirit cor purgatū vt a vitijs liberum atq̄ exoneratum peccatis facile ad superna leuet. Interdū quoq̄ per aliq̄s mozulas: stupore ⁊ extasi: suspensū teneat admirātez. ¶ Secūda aūt necessaria ē hyic eniz intuens indicia dei quo sane pauido aspectu dei vehementius concutit intuētez: fugat iudicia: sūdat virtutes mitat ad sapiētiaz: humilitatez seruat virtutē si quidem bonū quoddaz ac stabile fundamētū humilitas nēpe si deest illa virtutū aggregatio: nō nisi ruina ē. ¶ Tertia ꝯtemplatio occupat vel potius ociatur circa memoriam beneficiorū ⁊ ne dimittat ingratus solicitat memorātē ad amorez benefactoris. ¶ Quarta q̄ retro sunt obliuiscens in sola regescit expectatiōe: proximorū q̄ cū fit meditatio exernitatis si gdē que promittuntur eterna sunt longanimitatē alit ⁊ pseuerātie dat vigorem deinde adaptat. Ber. iij. dictas species contēplatiōis. iij. q̄ tangit apostolus. Epho. iij. Ut possitis cōprehendere cū omnib⁹ sanctis que sit longitudo: latitudo: sublimitas ⁊ profundū: longitudinē inquit apprehēdit meditatio p̄missorum: latitudinez recordatio beneficior: sublimitatē cōtemplatio maiestatis: profundum inspectio iudicior. Idē in eodem lib. deus est longitudo: latitudo: sublimitas et profundū: res vna est lōgitudo p̄pter eternitatem: latitudo propter caritatem sublimitas propter maiestatem profunditas propter sapientiam: ista nō disputatio apprehendit sed sanctitas cōprehēdit sanctū facit affectio sancta ⁊ ipsa gemia timor dūl sanctus ⁊ sanctus amor: his p̄fecte: affecta aia veluti q̄busdam duob⁹ brachijs comphendit amplectit stringit tenet: ⁊ ait tenui eum: nec dimittā ⁊ timor quidez sublimi ⁊ profundo amor lato longoq̄ respōdet: gd tam timendum q̄ potestas cui non potest resistere: quā sapientia cui abscondi nō potes: poterat min⁹ timeri deus alterutro carens: nunc autē p̄fecte oportet vt timeas illuz cui nec oculus deest oia videns: nec manus omnia potens. Item quid tā amabile q̄ amor ipse quo amaris amabilioē tamen iuncta eternitas facit que: dum nō

excidit:foras mittit suspitionem:stupenda plane sublimitas maiestatis:paueda abyssus iudicioꝝ feruorem exisit caritas eternitas perseuerantiam sustinendi.

¶ Extracta de libro richardi.de contemplatione.

Richardus de sancto victore i lib. r de cõtemplatione distingunt inter contemplationem ⁊ meditationẽ ⁊ cogitationẽ his verbis. Sciendum est q̃ eandem materiam aliter p cogitationẽ intuemur:aliter per meditationẽ rimamur: aliter per cõtemplationẽ miramur. Cogitatio per deuia lento pede sine respectu pnentionis passim huc illucq; vagat:meditatio per arduа vie sepe:⁊ aspera:ad directionis finem:cuꝝ magna animi industria nititur:cõtemplatio libero volatu:quocũq; eã fert impetus mira agilitate circũfertur: Cogitatio serpit:meditatio incedit:⁊ vt multũ currit contẽplatio ante oia circũuolat:cogitatio ẽ sine labore:⁊ fructu. In meditatione est labor cum fructu:ꝓtẽplatio permanet sine labore cũ fructu. In cogitatione euagatio. In meditatione inuestigatio. In cõtẽplatione admiratio:deinde tria predicta sic describit.

¶ Quid sit contemplatio.

B Quid sit ꝓtẽplatio. Cõtẽplatio ẽ libera q mẽtis perspicatia in sapiẽtie specula cum admiratione suspẽsa:vel ꝓtẽplatio est perspicitas:⁊ liber animi cõtuitus in res perspiciẽdas vicꝝ quaq; diffusus. Meditatio vero ẽ studiosa mẽtis intentio:circa aliqd inuestigandũ diligenter insistens:vel sic meditatio est puidus animi obtuitus:in veritatis iquisitione vehementer occupatus. Cogitatio aũt est impromptus animi respectus:ad euagationem pronus: E Distinguit etiã iter contẽplationẽ ⁊ speculationẽ his verbis. Quis ꝓtẽplatio:⁊ speculatio ꝓprie soleãt intuicẽ poni aptius tñ speculationẽ dicim? qñ p speculũ cernimus:ꝓtẽplationẽ vero quando veritatẽ sine aliquo inuoluto vmbrarũq; velamie:in sui puritate videmus:⁊ sic contemplatio valde stricte acciperetur. ¶ Cõe est tam contẽplationi q̃ meditationi circa vtilia occupari:⁊ insapientie:vel scientie studijs versari. Sz in hoc solẽt differre a cogitatione:que se cõsueuit ad ineptа ⁊ friuola relaxare:sit tamen sepe vt in cogitationũ nostrarũ euagationem aliuã animus incurrat qõ sciret vehemẽter ambiat fortiterq; insistat:sed dũ mens huius inquisitionis studiuz ipẽdit:iam cogitatio in meditationẽ transit. Item veritatẽ diu quesitam tandẽq; inuentã:mens solet cuz auiditate suscipere:a mira cũ exultatione eiusq; admirationi diuctus inherere:⁊ hoc est meditationem contemplationẽ trãsire ¶ Cõtemplationis formaz in celi volatilibus videmus:videas alia nunc se ad altiora se extollere. nunc enim se ad inferiora demergere ⁊ eosdẽ ascensionis descensionis vie suc modos sepius repetere:videas alia nũc dextrorsuz:nũc sinistrorsuz diuertere:⁊ nũc in hãc:nũc in illam partem declinãdo ⁊ ianteriora parũ:vel pene nihil se pmouere easdez discursuum eorũ suorũ vicissitudinis:multa instantia multipliciter reiterare:videas alia sub magna festinantia se in anteriora extendere:sed mox sub eadem celeritate i posteriora redire ⁊ sepe idipsum agere eosdemq; excursus:atq; recursus diutina frequentatione continuare atq; protrhaere:videre licz alia quõ se in girũ flectunt ⁊ q̃ subito:vel q̃ sepe eosdem vel similes nũc aũt paulo lauciores:nunc paulo contractiores circuitus repetunt:⁊ semp in idipsuz redeũt videre licz alia quõ alis sepe reuerberatis se in vno eodemq; loco:diutius suspendunt ⁊ mobili se agitatione quasi imobiliter figunt ⁊ ab eodem suspensionis sue loco diu simulq; herẽtia penitus nõ recedunt:ac si operis ⁊ instancie sue:executione prorsus videãtur exclamare:⁊ dicere bonũ ẽ nos hic esse. Juxta hec sane ꝓpositarũ similitudinũ exẽplar cõtemplationis nostre volatus multiformiter variatur ⁊ pro personaruz negocioꝝq; varietate vario modo formatur:nũc de inferioribus ad summa ascendit:nunc de superioribus ad yma descendit:nũc de parte ad totũ:nunc de toto ad partem:cõsiderationis sue agilitate discurrit:⁊ ad id quod scire oportet:nũc a maiori:nũc a minori:argumentum trahit:modo autez in hanc:modo in oppositã partez diuertit:⁊ contrariorum noticiam ex contrariorum scientia elicit:⁊ pro vario oppositorum mõ rationis sue executionem consueuit variare aliquando in anteriora currit:⁊ subito in posteriora redit:dum modo ex effectibus:

modo ex causis ⁊ qualibetcūq; antecedē
tibus:vel consequētibus cuiuslibet rei mo
dum vel qualitatem deprehendit: quan
doq; vero quasi in gyrum speculatio no
stra ducitur dum vnicuiq; rei que sunt cū
multis communia considerantur dum ad
vnam quālibet rem determinandam:nūc
a similibus:nunc a similiter se habētibus
seu communiter accidentibus ratio trahi
tur vel assignatur. Tūc autez in vno eodē
q; loco considerationis nostre defixo qua
si immobilis sistitur:quando in qualicūq;
rei esse vel proprietate perspicienda atq;
miranda contemplationis intentio liben
ter immoratur:modus cōtemplationis q
quodāmodo fieri solet ante ⁊ retro insinu
atur. Eze.i. Animalia ibant ⁊ reuertebā
tur in similitudinē fulguris choruscātis:
de illo qui quasi sursum:⁊ deorsum est:di
citur in psalmo. Ascēdūt vsq; ad celos:⁊
descendunt vsq; ad abyssos:de illo qui est
velud in gyrum.dicit. Prophera leua in
circuitu oculos tuos ⁊ vide. Isa.lx.

¶ De speciebus cōtemplationis.

Inde distinguit species contem
d plationis:his verbis.vi.sunt con
templationis genera. ¶ Primuz
est in imaginatione: ⁊ secundum solam
imaginationem. ¶ Secunduz est in ima
ginatione:secundum rationem. ¶ Tertiū
est in ratione:secundum imaginationem:
¶ Quartum est in ratione:⁊ secunduz ra
tionem. ¶ Quintum est:super rationeꝫ
non preter rationem. ¶ Sextum est: sup
rationem:⁊ videtur esse preter rationem:
duo itaq; sunt in imaginatione:duo in ra
tione:duo in intelligentia. In imaginatio
ne cum obstupescentes attendimus corpo
ralia ista que sensu corporeo haurimus:
quam sint multa:q; magna:quam diuersa
q; pulcra q; iocunda:⁊ in hijs omnibus cū
tricisillius supereſſentie:potentiā sapien
tiam munificentiam mirādo vereamur:
tūc cōtemplatio nostra in imaginationez
versatur:⁊ secūm solā imaginationem for
matur qū nihil argumētādo querimus:
sed libera mens nostra huc illucq; discur
rit quo eam in hoc spectaculorum genere
admiratio rapit: ¶ Secōm genus est qū
ad ea que in imaginatione versantur: ⁊
que ad primum cōtemplatiōis genus per
tinere tam diximus ratione querimus ⁊
inuenimus. Immo inuēta.⁊ notā in cōsi
deratione cū admiratione adducimus:in
illa res ipsas in isto earum rationuz ordi
nem:dispositionez ⁊ vniuscuiusq; rei cau
sam modū ⁊ vtilitatem rimamur:specu
lamur miramur. ¶ Tertiū genus est qū
per rerū visibilium similitudinem in rerū
inuisibilium speculationem subleuamur.
¶ Quartū est qū remoto omnis imagina
tionis officio illis solis animus intendit
que imaginatio non nouit:sed que mens
ex ratiocinatione colligit vel per rationez
cōprehēdit vt qū inuisibilia nostra que p
experientiā nouimus ex intelligentia cap
timus in cōsideratiōe adducim⁹:⁊ ex eorū
cōsideratiōe in celestiū animorū ⁊ sup mū
danorū intellectū cōtēplationē assurgim⁹
¶ Quintū est qū ea ex diuina reuelatiōe
cognoscim⁹:que nulla hūana rōne plene
cōprehēdere:que nulla nostra rōcinatiōe
integro tnuestigare sufficimus: talia sunt
illa de diuinitatis natura:⁊ illa simplici es
sentia credim⁹: ⁊ scripturarū diuinarum
auctoritate pbamus:sup rationez: nec tñ
preter rationē censenda est qū et q⁹ per in
telligentie acīē cernitur hūana ratio cōtra
rie nō pōt: qū pot⁹ facile acquiescit ⁊ sua
attestatiōe alludit. ¶ Sextū est qū anim⁹
illa ex diuini luminis irradiatione cogno
scit atq; considerat quibus omnis huma
na ratio reclamat tali sunt pene omnia q̄
de personarū trinitate credere iubemur.
¶ Duo ex hijs in imaginatione consistūt
quia solis sensibilibus intendunt duo in
ratione consistunt: quia solis intelligibili
bus insistunt. Duo intelligibilia subiiciunt
quia solis intelligentibus intendūt:sensi
bilia dico sensu corporeo perceptibilia:in
telligibilia dico inuisibilia ratione tamen
comprehensibilia. Intellectibilia dico in
uisibilia ⁊ humane rationi incomprehen
sibilia. ¶ Proprium est primi contempla
tioni simpliciter: ⁊ sine vlla ratiocinatiōe
visibilium admirationi inherere. ¶ Pro
prium est secunde visibilium rerum ratio
cinando insistere. ¶ Proprium est tertie
per visibilia ad inuisibilia ratiocinando
ascendere. ¶ Proprium est quarte ex in
uisibilibus inuisibilia ratiocinando colli
gere ⁊ per expertorum, intelligentiam ad
ignotorum noticiaz proficere. ¶ Proprīū
est quinte intelligibilium intelligentia ra-

tionez admittere. ¶ Propriū est sexte intellectibiliū intelligentia oēm humanā ratiocinationē transcēdere. his sex cōtemplationū alis z terrenis suspendimur: z ad celestia leuamur: citra pfectū te esse nō dubites si adhuc aliquibus illaz cares mecum z cū meis similibus bene agitur si i vnuz ex his tribus alaz paribus datur: quis mihi dabit pennas sicut columbe: z vo. z requiescā. terrenū z nō de celeste animal es quādiu tantū duabus alis cōtentus fueris habes tū vnde corpus tuum velare. vnde volare possis. Corpus velare est mundanoz ꝓcupiscentia est mundane mutabilitatis cōsiderationē temperare. imo in oblitionē adducere: volare est ab amore mundi se elōgare. Nitere i his alis: q̄ poteris apprehēdere saltē nouissima maris. Si sūpsero inqt pennas meas. di. z habitauero in extremo. Extrema maris mundi terminus z vnicuiq; vite proprie defectus extrema maris tenere est mundi finem mundaneq; vite exitum est cum desiderio expectare: extremum maris apprehenderat qui dicere poterat. cupio dissolui z esse cū xpō: parū tibi esse oz has duas alas accepisse: sed vt probes te celeste animal ee studе z satage. saltē duo paria habere: celestia animalia erant que vidit. Eze. Quattuor inquit facies vni. et quattuor pēne vni. Eze. i. Duabus corp⁹ suū velabant. Nā ceteris duabus volabāt sunt corpora celestia z corpora terrestria. Si totū corpus tuū lucidū fuerit non habens in se aliquā partem tenebraz: vtile tamen erit illud ab humane arrogantie oculis abscondere: z sub humane mutabilitatis incerto proprie estimationis claritatez temperare. Eccle. ix. Nescit enim hō finez suū zc. In primo alaz pari veleth̄ corp⁹ suum. In secūdo volet ad celū: satagat studio z desiderio: in celestibus esse vt possit cū apostolo dicere. Nostra cōuersatio i celis est. Phyli. i. Verūtamen si vsq; ad tertiū celuz penetrare paras: nunq̄ id in duobus alaz paribus posse presumas. Oportet enim. vi. contemplationū alas assignatas habere: qui cupit ad tertii celi secreta diuinitatisq; archana volare: has sex alas contēplationū soli perfecti in hac vita vir habere possūt: has i futura vita electi taz in hominibus q̄ in angelis habituri sunt vt ō vtraq; natura veraciter dici possit: q̄ ex alevnt: z sex ale alteri. Isa. vij. Primuz genus contēplationis debet esse inciplentium. In hoc genere contemplatiōis hō deum in oībus opibus eius: mirabilē laudabilē: amabilez reperit. Dñe dñs noster q̄ admirabile ē zc. Ecce mirabile. A solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomē domini. Ecce laudabilē. Justus dñs in oīb⁹ vijs suis: z. s. in. o. oper. su. ecce amabilem: hec speculo triplex est. Prima in reb⁹. Secunda in opibus. Tertia in moribus. Prima etiā tres habet species: quaz prima est in materia. Secūda in forma. Tertia i natura: materiā z formā visu corporeo facile deprehendimus: nam lapidē a ligno triāgulū: a quadrangulo sine erroze discernimus: natura considerat in rerū qualitate intrinseca: vt forma cōsistit in qualitate extrinseca: qualitas rez iterioz ex magna parte corporeo percipitur sensu: sicut sapores gustu: odores olfatu. ¶ Operatio duplex est: alia enim est nature alia industrie: operationē nature facile deprehēdere possumus: vt in germinibus: arboribus: animalibus. In germinibus quomodo crescunt maturescunt. In arborib⁹ similiter q̄ frondēt florent: fructificant. In animalibus q̄ cōcipiunt z pariunt: z alia nascūtur: z alia moriuntur: disciplina vero morum partim ex institutione diuina partim processit ex institutione humana. Ad diuina instituta pertinent obsequia diuina: et quelibet sacramenta ecclesie. Ad instituta humana pertinent humane leges: humana institutio est propter vitam inferiorez: diuina propter vitam superiorez. In hoc genere contemplationis prophēta ostendit se exercuisse dicens. Meditatus sum in omnibus operib⁹ tuis. Item delectasti me domine in factura tua: z iterum. Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti. Hoc genus contemplationis recte in septem gradus distinguere possumus. Primus consistit in illa admiratione rerum: que consurgit ex consideratione materie. Secundus in illa admiratione rerum: que surgit ex cōsideratione forme. Tertius in illa admiratione rerum que cōsurgit ex cōsideratiōe nature. Quartus in illa admiratione que est circa operationem nature. Quintus in illa admiratione q̄ est circa operationē industrie. Sextus in cōsiderādis z admirādis institutionib⁹ humanis. Septimus in cōside

randus ⁊ admirandis institutionibus diuinis. Secūdo generi ꝯtemplatiōis pene tota mundana philosophia materiam ministrat latentes rer⁹ visibiliū causas sue sagacitatis inuestigatione inueniens: ⁊ in palam producēs: ⁊ possunt distingui. vij. gradus in secundo genere cōtemplatiōis similes septem gradibus distinctis in primo genere: cū circa eadē versetur hec contēplatio: ⁊ prima. s. circa sensibilia. Tertiū genus contemplationis in quinq; gradibus distinguuntur. scām quinq; modos cōsiderationū ex quibus inuisibiliuz inuestigatione similitudinū ratio queritur vel assignatur. Primus modus est quādo similitudo sumitur ex eo vnde ipsuz est: vel quod ipsum est Secundus ⁊ tertius similitudinē trahit ex eo q̄ in ipso est. Quart⁹ ⁊ quintus: ex eo q̄ per ipsuz est. Primus trahit ex materie ꝓprietate: vt ibi. Crura illius colūne marmoree que fundate sunt super bases aureas. Cant. v. Scds ⁊ tert⁹ ex rei ipsius qualitate: sed secundus ex q̄litate extrinseca q̄ diximus formaz. Tert⁹ ex qualitate intrinseca: q̄ diximus naturaz: qualitas extrinseca cōstat in colore ⁊ figura: a colore similitudo assignatur ibi dilectus me⁹ candidus ⁊ rubicūdus. Cant. v. Figura ibi aspect⁹ eaz ⁊ opus eaz quasi sit rota in medio rote. Eze. i. Extrinseca qualitas pertinet ad solū visuz: quēadmodum ītrinseca qualitas ad ceteros sensus: ad auditū pertinet illud. Et vocez quā audiui tanq̄ vocē cytharedoz ⁊c. Apoc. xiij Ad odoratū pertinet illud: sicut cynamomum ⁊ balsamū ⁊c. Eccle. xxiiij. Ad delicias gustus illud. Spūs meus super mel dulcis. Eccle. xxiij. Ad delicias tact⁹: illud sicut vnguentū in capite: quartus ex eo q̄ in ipsa re: vel ab ipsa fit secundū motū naturalē: vt ibi: quomodo descendit imber ⁊ nix de celo ⁊c. Isa. lv. Quint⁹ ex eo q̄ agit
B secundū motū artificialē: vt ibi: superedificati sup fundamētū apostolo. ⁊c. Ephe. ij. In quarto genere cōtemplatiōis. Primū est vt redeas ad teipsuz. Intres ad cor tuū Discas estimare spūm tuū: Discute qd sis: quid fueris: quid esse debueris: quid esse poteris: quid fueris per naturā: quid modo sis per culpā: quid esse debueris p disciplinam: quid adhuc esse possis p gratiam: nunquid menti excidit q̄ regnū dei intra uos sit. Luce. xvij. Et quia simile est regnū celoz thesauro abscōdito in agro. Math. xiij. Omni custodia serua cor tuū. Prou. 4. Audi. David quomodo tibi seipsuz i exēplum proponat. Meditatus suz nocte cū cor meū: ⁊. e. ⁊ sco. s. me. meditabar ille cū corde suo meditare: ⁊ tu cum corde meo sine tuo. Scopebat ille spiritum suum: scopa ⁊ tu spiritum tuum: exerce agrū istum attende temetipsū absq; dubio insistentes huic exercitio: inuenies thesaurum istum absconditū in agro: ex hoc exercitio crescit auri copia: multiplicatur scientia: augmētat sapia: ex hoc exercitio cordis oculꝰ mūdatur: ingeniuz acuitur: itelligentia dilatatur. Nihil recte existimat: qui seipm ignorat: nescit quonia sub pedibus suis: omnis mundana gloria iacet: qui conditionis sue dignitatem non pensat: nescit omnino: nescit quid de spiritu angelico: quid de diuino sentire debeat qui spirituz suum prius non cogitat: si nondum ydoneus es intrare ad teipm: quomodo ad illa rimanduz ydoneus eris que sūt supra temetipm: si nec dum dignus es intrare in tabernaculum primuz: qua fronte presumis ingredi in tabernaculū. Secundum hoc est in tancta sanctoz: si cupis euolare vsq; ad secundum seu tertiū celū sit tibi transitus p primuz. In corde hominis inuenire licet aliq̄ quendam plenitudinem orbis terrarum. Ibi sua quedam terra suum habet celum nec vnū: sz tantū secundū post primū ⁊ tertium. Post secundū: tenet enim imaginatio vicem primi celi: ratio secundi intelligentia tertij: ⁊ hoz quidē primuz ceteroz comparatione crassum quidez est atq; corpulentū q̄ sit imaginarium post se trahēs ⁊ in se retinens formas rer⁹ corporaliū: reliqua vero duo huius cōparatione sunt valde subtilia: ⁊ omnino incorporea: ⁊ ab eius crassitudine multum remota: sic sane celum hoc exterius q̄ nos dicimus firmamentum absq; vlla dubitatione constat esse visibile atq; corporeum: ⁊ ipm quidē primū ⁊ oiuz infimum: q̄ autem est terra ad hoc visibile celum: hoc est sensus cor corporeus ad illud internum fantasticum ⁊ imaginarium celuz: nam sicut hoc visibile celum oiuz: que terra gignit atq; nutrit multitudinem finus sui magnitudinē comprehendit: sic oiuz que sensus attin-

git:similitudines infra finū suū imagina-
tio concludit. Ibi primo continent oium
visibilium imagines ⁊ similitudines rerū
veritate que summa veritas est reserva-
uit fiduciarū vero imagines qualibet hora
formandas precessit sue imagini. Facile est
enim aie. s. humane omni hora: quaslibet
rerū figuras per imaginationem fingere.
¶ Ad scām pertinent visibilitū omnitū ra
tiones: diffinitiones: ⁊ inuestigationes iui
D sibilitū. ¶ Ad tertiū spectāt spiritalitū: etiā
diuinoꝝ cōprehensiones: intelligentie ocu
lus est sensus ille quo inuisibilia videm⁹:
nō sicut oculo rationis quo occulta: ⁊ ab
sentia per inuestigationē querimus: ⁊ in-
uenimus: sicut sepe causas per effectus: vl
effectus p causas: ⁊ alia atq; alia quocūq;
ratiocinādi modo comprehendimus: sed
sicut corporalia corporeo sensu videre so-
lemus visibiliter: presentialiter: atq; corpo
ralite: sic vtiq; ille intellectualis sensus in-
uisibilia capit. Inuisibiliter quidē: sed pre
sentialiter: sed essentialiter: sed habet sane
oculus hoc intellectualis ante se velū ma-
gnum obpansum ex peccati delectione fu
scatum: ⁊ tot desideriorū carnalium varia
multiplicitate contextū: ꝙ contemplantis
i tuitū adituinoꝝ secretoꝝ archanis arceat
nisi quantū diuina dignatio: quelibet pro
sua aliorūue vtilitate admiserit testat hoc
propheta clamans. Reuela oculos meos.
¶ Nunq; tibi in omni diei opere: q̄ in ani
me creatione: reparatione: glorificatione:
apparet eius persona sublimior: vel sapien
tia mirabilior: vel misericordia iocundior.
¶ Primo spiritualis natura creat: vt sit.
¶ Secdo iustificatur: vt bona sit. Ter-
tio glorificatur: vt beata fit. Per creatio-
nē ad bonū inciatur. Per iustificationez
in bono dilatatur. Per glorificationem in
bono cōsumatur. ¶ Prima bona sūt crea
toris dona ⁊ creature merita. ¶ Tertia
bona sunt creatoris dona: ⁊ creature pre-
mia: ⁊ ipsa creatoris conditione: naturale
est omni rationali creature esse: scire: ⁊ velle:
cognosce queso homo dignitatē tuam: co
gita excellentem anime tue naturaz: quo
modo fecit eam deus ad imaginē ⁊ simi-
litudinē suam: quomodo sublimauerit eā
super oēm corporeaz creaturā: ⁊ statiz mi-
rari incipies quomodo virgo inclinata filia
hyon protecta sit de celo in terrā: ⁊ ad deuz
clamabis: quid mihi est in celo: ⁊ a te qd
volui super terrā: cogita q̄ necessariuz ⁊ di
uine voluntati: qm̄ congruum tam digne
creature boni aut mali discretionez: ⁊ ar-
bitriū libertatē concedere: vt esset bonum
eius tam acceptū q̄ voluntariū. tam gra-
tum q̄ gratuitū. Agnosce quantuz eminēs
per ingentū bruttis. agnosce quantū subla
ceas per intellectū spiritibus angelicis: si at
tendas: primū cantabis precordialiter: be
nedicā dñm: qui mihi tribuit intellectuz.
Si secundū clamabis deus tu scis insipiē
tiam meā. Inuestiga diligēter voluntatē
non solū tuā: sed ⁊ alienā: seu bonam seu
malā: cognosce tuā vt scias quid corrige-
re seu vnde debeas gratias agere: cogita-
animos perfectoꝝ ⁊ peruersoꝝ spirituum
bonoꝝ: ⁊ spirituū malignoꝝ: vt eluceſcat
quid imitari quid vitare expedtat. Opus
iustificationis sine duobus non cōsumat:
nunq; enim perficitur: si creature sue crea
tor nō comparetur: glorificationis nostre
moduz quis sensus hoium capere: que ra
tio potest cōprehendere: sed glorificationi
nostre certitudinē fidei attestatione tene-
mus quātis q̄litatis: vel quantitatis eius-
modi per itelligentiā nec dū capere possu
mus: sed pro modico ⁊ pene pro nihilo re
putat quicquid humana auditas per ex-
perimentū non probat: scimus autē quia
post plenā mūdationē cōscientie: post mul-
ta exercitia iustitie: incipit tandē aliqñ mēs
humana sperare ꝙ prius vix poterat cre-
dere: nūq; desistas quiescas donec fortune
illius plenitudinis aliquas: vt ita dicā ar-
ras obtineas: donec eterne felicitatis quā-
tulascūq; primitias accipias: donec diui-
ne suauitatis dulcedinem pregustare inci
pias: ad huiusmodi desiderium animare
nos voluit: qui dixit gustate ⁊ videte: qm̄
suauis est deus. ¶ Quartum complatio-
nis genus in quicq; gradus potest dimidi.
¶ In primo gradu cōsideramus ea que
pertinent ad anime qualitatez vel essentie
ipsius propietatē ꝙ vita quedam ⁊ perpe
tua sit q̄ nullis penis extingui possit ⁊ nō
solū possit i ppetuū viuere. s. corpus ēt ad
vitam ⁊ ad sensum animare ꝙ nullo suste
tamento egeat ꝙ sine subsidio sempiter-
ne subsistat ꝙ non sit per totius corporis
membra diffusa cum sit ipsa simplex quā
do in toto corpore suo: quasi in suo quo.

dam mundo sit vbiq; tota. Quemadmodum deus inuenitur vbiq; totus in omni creatura sua: quomodo in illo suo mundo sola voluntate omnia mouet atq; disponit. sicut in hoc mundo deus solo voluntatis nutu omnia regit: qui eodem voluntatis nutu omnia creauit. ¶ In secundo gradu considerantur ea que ad cognitionem sunt: & in hac consideratione miramur volubilitatem cogitationis. agilitatem imaginationis. ingenij acumē. discretionis examen. capacitatem memorie. vivacitatē intelligentie. & circa hec alia quelibet stupenda. ¶ In tertio gradu consideramus rationalis animi voluntatē multiplicemq; eius affectionem. ¶ In quarto gradu contemplationis cōtemplamur et admiramur: quomodo tot animi affectiones rediguntur in virtutes: inquantū per discretionem disponuntur: & in bona intentione figuntur: cum enim nihil aliud sit virtus q̄ affectio ordinata & moderata ex intentione bona agitur: vt sit affectio ordinata: & per discretionē efficitur vt fiat moderata. ¶ In qnto gradu asperitatis gratie modū cum admiratione attendimus absq; dubio quicquid boni in bonor̄ cordibus agitur septiformis: ipse spiritus per inspirantē gratiā operatur: ecce vnus atq; idem spiritus tot mentibus semp & vbiq; presidet: & gratie sue munera multipliciter impedit. In duob⁹ vltimis generibus cōtemplationis. puto q; op⁹ē intima potius cōpunctione q̄ profunda inuestigatione suspirijs q̄ argumentis crebris gemitibus q̄ copiosis argumētationibus: scim⁹: q; cordis intima nil a deo purgat mentis q̄ munditiā: nil a deo reparat: nihil sic ambiguitatis nebulas detergit: cordisq; serenitatē: nihil melius nihil sanctius adducit q̄ vera animi cōtritio q̄ profunda & intima anime cōpunctio: sed quid ait scriptura: beati inquit mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbunt. Math.v. Studeat ergo cordis mundicie qui cupit deū videre: o quā prudenti circūspectione: o quātrequenti increpatione. oportet inuigilare: ne vllus mentis excessus vel cogitationis euagatio discretionis perspicacitatē lateat nec sine redargutione fortiq; castigatione pertrāseat cū rationalis creatura: quantū ad aliqua deo sit similis: sm illud: creauit deus hominē ad imaginē & similitudinē suam. Gene. i. Et secōm illud: tu signaculū similitudinis plenus sapientia. & decore in deliciis paradisi fuisti. Eçe. xxviij. Et q̄tum ad aliqua sit dissimilis: secundū illud: deus qs similis erit tibi. contemplatio quantum ad primā non est preter rationē: contēplatio vero quantum ad alia est preter rationem. ¶ Aues cū volare volunt. alas suas expandunt: sic debemus & nos cordis nostri alas per desideriū extendere: & diuine reuelationis horā semper expectare: vt quecunq; hora diuine inspirationis aura mētis nostre nubila detrahit. vericq; solis radios detererit: excussis tandē cōtemplationis sue alis: mens nostra se ad alta eleuet: & auolet: & fixis obtutibus in illud eternitatis lumen q̄ desuper radiat omnia mūdane volubilitatis nubila transcēdat: hoc figuratū est in duobus cherubin qui erāt expandentes alas. Exo. xxv. Debemus autem non solum ad hoc q̄ in hac vita habere possumus. Ucq; etiā ad illud diuine contemplationis spectaculū: q̄ in futura vita speramus animas nostras suspendere & in huiusmodi expectatione vehementi desiderio anelare debet anima perfecta omni hora sue peregrinationis terminus cum desiderio expectare: hinc est q̄ abrā in hostio tabernaculi sui sedebat. Gene. xviij: Helyas in speluncē sue hostio stabat. Iii. iij. Re. ix. Debet anima sancta & vere sponsi amica ad dilecti sui aduentum: sūmo cuius desiderio anelare parata semper vocāti occurrere: debet semper in hoc sollicita esse ne subito aduenientis min⁹ ornata inueniat veldiu exclusus nullam molestiaz sustineat. molesta satis verba estuāti q̄ desiderio multum oneroso manda remanda &c. Dicit huiusmodi anima i suis cordibus inuenta: certe aduentum tuū prefire debuissem: vt te solemniter susciperē de cetero aduentum tuum mihi prenuntia: ecce vox dilecti pulsantis. Aperi mihi soror mea. Cant quinto. Respondē expecta modicum: o quantum timeo ne illud modicum protrahas in longuz donec trā seat: pessulū hostij mei aperui dilecto meo at ille declinauerat. Cant. v. Per modica morula patienti desiderio. satis est molesta. Scimus quia singularis consortez nō recipit. vide ergo ne tunc primo incipias

pſtrepētiū ſbas eſcere velle cū tā ipſe icepe
rit adhoſtiū pulſaſ allegn gd tā eris victu
ra niſi expecta reſpecta: expectādū ſāe itēq;
ſſpectādū ad eīctēdū turbā extrāeop; ⁊ eīj
ctēdū familiā eorū: oēs cogitat⁹ tam vani
q̄ norij extranei: iudicandi ſunt: qui nulli
noſtre vtilitati deſeruiunt. Illos vero q̄ſ
domeſticos famulātes habemus quos
noſtris vſib⁹ iplicam⁹: quia veroi ſingu-
laris amoꝛ ſolitudiné amat totā hanc tur
bam nō ſolū cogitationū: verum affectio-
num oportet eſcere: vt dilecti amplexibus
liceat inherere: quāta queſo in hac expec-
tatione moꝛa modicū ibi. modicū in oꝛto:
duꝫ tumultuationū turba dirigitur modi-
cum inueſtibulo dum thalam⁹ adornatur
modicū in thalamo duꝫ lectulus ſternitur
vbi intimus anime ſinus ad ſummaꝫ pa
cem ⁊ tranqllitateꝫ componitur: dilectus
auditur per recoꝛdationē. videtur p admi
rationē deoſculatur: per dilectionē ample
xatur: per delectationeꝫ: vel ſi hoc melius
placet: auditur per reuelationem: videtur
p cōtemplationem. deoſculatur per deuo
tioneꝫ. a ſtringitur ad dulcedinis ſue infu
ſioneꝫ: auditur per reuelationē: donec vo-
ce eius paulatiꝫ inualeſcente tota pſtrepē
tium tumultuatio ſopiatur: ſolaq; ipſius
vox audiatur: donec omnis illa tādeꝫ tu-
multuātiū turba diſpereat. ſoluſq; cū ſola
remanet: ⁊ ſolus ſolaꝫ p ꝓtemplattonem
aſpiciat: videtur per cōtēplationeꝫ donec
ad inſolite viſiōis aſpectū pulcritudiniſq;
admirationeꝫ paulatim anima incaleſcat
magiſq; inardeſcat ⁊ tandeꝫ aliquādo in-
caleſcat donec ad verā puritateꝫ internā-
q; pulchritudinem tota reformetur: ⁊ ille
interne habitationis thalamus purpura
⁊ byſſo. iacinto coctoq; biſſinno. vndiq;
peroꝛnetur: donec tādē aliquādo thalamo
peroꝛnato. ⁊ introducto dilecto fiducia iaꝫ
inualeſcente diſderioq; pruꝛgente. cū ſe
vlterius iam cohibere nō valeat ſubito in
oſcula ruat: ⁊ impreſſis labijs: intime dno
tionis oſcula figat puta quia experta dul
cedine tāta de cetero nō poſſit anima illa
pulſanti dilecto aliquas moꝛas negligere
ſed q̄uis iam prompta ſit aduenientem ſu
ſcipere: neſcio ſi eque parata ſit vocāti oc-
currere: aliud ē cū ipſo introire atq; aliud
cū ipſo exire: quid ē eius introire niſi ſe to
tam in ſe ipſaꝫ colligere: qd eſt eius exire
niſi ſeipſam extra ſemetipſam totaꝫ effun
dere: nihil aliud ē animā cū dilecto ſuo in
cubiculū ingredi: ⁊ ſolam cū ſolo moꝛari
dulcedineq; pfrui niſi exteꝛioꝛum omniū
obliuiſci ⁊ in ei⁹ dilectione ſuſume ⁊ inti
me delectari: ſe ſolam cum dilecto videt
quando exteꝛioꝛuꝫ omniuꝫ oblita ex hijs
que in intimis ſuis cōſiderat animū ſuuꝫ
in affectu dilecti inflammat: ⁊ tā ex bono
rum q̄ ex maloꝛum ſuoꝛum conſideratio
ne: in gratiaꝝ actioneꝫ aſſurgat: ⁊ hinc
pro impenſa gratia: hinc pro idulta venia
intime deuotionis victimas pſoluit. vſq;
in intimum dilectus perducitur ⁊ in opti
mo collocatur quādo ex intimo affectu ⁊
ſuper omnia diligitur: cogita quid ſit q; i
vita tua ardentius dileriſti: an ruus concu
piſti: q; te iocundius afficiebat profūdius-
q; delectabat: cōſidera ſi eandem affectio
nis violentiam delectationis q; habundā
tiam ſentis: quando in ſummi dilectoris
deſiderium inardeſcis: quando in eius di
lectione requieſcis: nondū intimuꝫ illuꝫ
affectionis tue ſignum tenet: ſi intime dile
ctionis aculeus animam tuam in diuinis
affectibus minus penetrat q̄ in alienis af
fectib⁹ aliq̄ penetrare ſolebat: ſiꝫ ſi tātam
vel validioꝛem dilectionis violentiam in
intimis tuis circa diuina prēſperis quā
alias unquaꝫ expertus fueris: vide adhuc
ſi forte aliud quid ſit in quo delectari vel
cōſolari poſſis: q; ſi eſt nondum audeo di
cere dilectum intimum ardentiſſimi amo
ris ſinum tenere: ſatage trahere eū adhuc
ad interioꝛa coꝛdis⁹: quis enim neget coꝛ
tales receſſus habere in quibus ſummi ⁊
ſingularis amoꝛis violentia cum aliquid
per affectum infixerit. aliena omnino de-
lectatiōe anelli nō poſſit: certe ſi aliena ali
q̄ cōſolatiōeꝫ q̄ris uel recipis: Deū q̄muis
fortaſſis ſumme: nondum tamen ſingula
riter diligis: nondū ergo in intimuꝫ p̄du
citur: ſi ergo non ſatagis introducere euꝫ
ad intima tua quomodo te, credam poſſe
ſequi eum ad ſublimia ſua. Et notandum
q; ſublimitas diuinaꝝ reuelationeꝫ ma-
nifeſtum eſt diuine dilectionis indiciuꝫ: tā
non dicam inquit vos ſeruos: ſed amicos:
quia omnia quecunq; audiui a patre meo feci
vobis. Jo decimoquinto. Ex magnitudi-
ne diuine dilectiōis pēdet mod⁹ diuine re
uelationis. Comedite inquit amici ⁊ bi-

bite: ⁊ inebriamini. Carissimi. Cxl. quinto. Qui comedūt dū cibū mastticāt: non sine mora vel quacūq; labore in quo delectātur intrīūt: qui bibūt cū velocitate: vel facilitate q̄ ficti traducūt. nūquid nō videtur tibi comedere qui multa studio: ⁊ longa meditatione vix possunt ad veritatis delitias ptingere: bibūt qui ex diuinis reuelationibus cū facilitate: ⁊ iocūditate hauriūt q̄ de intima veritatis suauitate ardēter cōcupiscūt. ¶ Itē notādū q̄ ea q̄ circa vnitatē diuinitatis cōsiderātur que ad quintū genus cōtēplationis pertinent supra humane intelligētie modū exceden tia nihilominus tamē sunt rationi cōsentanea: credimus diuinā essentiā esse summe vnā: ⁊ simplicissimā: credimus etiā eā esse omne bonum: Exo. trigesimotertio. Ego ostendā omne bonū tibi: ait deus moysi. Itē credimus eā esse immēsam licet simplicissimā. Magnus inquit deus ⁊ laudabilis nimis: enim hūjs affectionibus ratio hūana acquiescit. Bonū eni illud pfectus ⁊ omnino sufficiēs nō esset si in eo aliqd boni defuisset. Itē si cōpositū esset naturaliter diuidi posset ⁊ sic esset cōmutabile: ⁊ nō esset optimū: simplicissimū est quantū ad efficatiā: virtute est immēsus: essentia est summe simplicitatis. ¶ Itē notandū: q̄ inter spectacula trīū vltimorū cōtēplationū debemus libēter discurrere si volumus diuinā reuelationē nobis fieri: dictū est eni moysi. Exo. vigesimoquito. Be loco qui erat in medio duorum cherubin inde loquar ad te. ¶ Itē notādū: q̄ quāuis familiare sit ⁊ quasi proprīū videatur diuinis nouissimis contēplationū generibus per mētis excessum videre quattuor aūt primis quasi domesticū ⁊ pene vel de singulare: sine vlla animi alienatione in contēplationē assurgere possunt: cum oia ad que solēt modo vtroq; cōtingere horū aūt qui in suis contemplationibus supra semetipos ducūtur: vsq; ad mētis excessus raptūtur alij hoc expectant ⁊ accipiūt: ex sola vocāte gra. Alij vero vt hoc possint sibi cōparant: cū gratie tamē cōparatione ex magna animi industria: ⁊ illi quidem hoc donū quasi fortuitū hūt isti vero tā ex virtute possidēt: qui ex magna tā parte id possunt cū volūt: vnius rei figurā hēmus in moyse alterius aūt in aaron: Aarō enim moyses: in mōte per nubē archam vidēre meruit: sola reuelātis diuīs gratia fuit aūtem ex magna parte in potestate habebat quottēs id ipe ordo vel ratio poscebat in sancta sanctorū intrare: ⁊ intra velū ipsum archā dūi videre. ¶ Itē notādū: q̄ tribus modis gratiā cōtēplationis pficimus. aliquādo ex sola gratia aliquādo ex imūcta industria aliquādo ex aliena doctrina. In tribus modis videtur cōtēplationis qualitas variari. Modo enim agitur mentis dilatatione modo: mētis sublevatiōe aliquādo mētis alienatione. ¶ Mētis dilatatio est quādo animi acies latius expānditur ⁊ vehementius acuitur modū tamē hūane industrie nō supgreditur. ¶ Mētis sublevatio est quādo intelligētie vivacitas: diuinitus irradiata hūane industrie metas trāscendit: nec tamē mētis in alienatione transit supra se sit quo videat ⁊ tamē ab assuetis penitus nō recedat. ¶ Mētis alienatio est quādo presentiū memoria mētem excidit ⁊ in peregrinū quendā: ⁊ hūane industrie in vnū animi statū diuine opationis trāsfiguratione trāsit. ¶ Nostres cōtēplationis modos experiunt qui vsq; ad summā huius gratie arcem sublimari merentur. Primus surgit ex industria hūana. Tertius ex sola gratia diuina. Medius aūt ex vtriusq; permittione: hūane scilicet industrie ⁊ gratie diuine: de primo legit. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide. Isa. sexagesimo. De secūdo qui sunt isti qui vt nubes volāt. Et isdē nono. De tertio ego dixi in excessu meo. Ille motus qui fit mētis dilatatiōe: tribus solet gradibus exercere: arte exercitatione attētione. ¶ Artē nobis ad aliqd veraciter cōparamus: quādo quidē aliqd agēdū sit veraci traditione: seu sagaci inuestigatione addicimus. ¶ Exercitatio est quādo id quod arte percepimus in vsus adducimus: ⁊ in eiusmodi officij executionē nos ipos promptos ⁊ expeditos efficimus. ¶ Attentio est quādo studio q̄ exequimur summa diligentia insistimus. Itē ille contēplatiōis mod⁹ qui in mētis sublevatiōe accidit tribus gradibus excrescit. Intelligētia namq; humana diuinit⁹ inspirata: ⁊ in illo celesti lumine irradiata q̄ aliquādo sublevatur supra scientia: aliquādo etiā supra industriā: aliquā aūt supra naturā. Supra scientiā quādo aliqs tale aliqd

ex diuina reuelatione cognoscit.q modus proprie scientie vel intelligentie excedit. Supra industriaz quãdo ad illud hũana intelligẽtia diuinitus illuminatur: Ad q̃ nulla sua sufficit sciẽtia necilla q̃ interim habz necvlla sua idustria ꝓparare videlicet supra naturã quãdo humana intelligẽtia diuina inspiratiõe afflata:nõ cuiuscũq; hominis:sed generaliter totius hũane nature moduz industriaq; metas trãsgredit oẽ genus prophetie sine mẽtis alienatiõe videtur ad hũc tertium sublevationis gradum pertinere nõ ne supra humanã natura est videre de preteritis quod tã nõ est: videre de futuris:quod nondũ est:videre de presentibus:quod sensibus absens est: videre de alieni cordis secretis q̃ nulli sensui subiectum est. ¶ Tribus de causis in mẽtis alienationẽ aducimur Nã modo p̃ magnitudine deuotionis:modo p̃ magnitudine admirationis:modo p̃ magnitudine exultationis:fit vt semetipsam mẽs oratio capiat:z supra semetipsaz elevata in alienatione trãseat magnitudine deuotionis quãdo tãto celestis desiderij:igne succenditur:vt amoris intimi flãma vltra hũmanũ modũ excrescat:que animã hũanã ad cere similitudinem liquefactam:ad pristinos status resoluat:z ad instar fumi attenuatũ in supna eleuet:ad summa emittat ¶ Magnitudine admirationis quãdo diuino lumine irradiata z in summe pulchritudinis admiratione suspensa:tam vehemẽti stupore cõcutitur:vt a suo statu fũditus excutiatur:z in modũ fulguris corruscãtis quãto profundius per despectum sui inmise pulchritudinis respectu in ima deijctur:tanto sublimius:tãto celerius p summorũ desideriorũ reuersata:z super semetipsa rapta in sublimia eleuẽ. ¶ Magnitudine exultationis quãdo intima illa interne suauitatis habũdãtia potata. Immo plene inebriata:quid sit:q̃d fuerit penitus obliuiscitur:z insup mũdanũ quendã affectũ suq̃ quodã mire felicitatis statu raptim transformatur:hij tres modi excessionis in. Cant. describũtur. Primus cuz dicitur:que est ista que ascẽdit p desertuz sicut virgula fumi ex aromatibus mirrhe z thuris:z vniuersi pulueris pigmẽtarij Cantitij. Secũdus ibi que est ista.que p gredutur quasi aurora consurgens.pulvt luna.e.vt sol. Cant.vi. Tertius ibi:que est ista que ascẽdit de deserto deliciis affluẽs innixa super dilectũ suũ. Cant.viij. ¶ Circa primũ notãdũ q̃ sumum intelligimus deuote mẽtis desiderium qui sumus ab igne spiritualis amoris surgit virgula gracilis z recta est tutum desiderij anxium z vnicũ surgens ex intentione recta p mirrham intelligas carnis cõtritionez:p thus cordis deuotionẽ:per vniuersum pulueres pigmentarij omniũ virtutũ cõsummationẽ nũc anima sancta veraciter quasi fumꝰ: z per desertũ ascendit quãdo ex his que i semetipa inuenit sine malis affectũ suũ in celestis sponsi desiderium ascendit. Circa secunduz notandũ q̃ mens velud aurora cõsurgit:que ex visionis admiratione paulatim ad crementa cognitionis proficit. Aurora paulatim eleuatur:elevando dilatatur:dilatando clarificatur:sed miro modo tandẽ in diez definit per promotionis sue incrementa ad defectũ venit:vnde accipit:vt maior sit. Inde ei accidit vt omno non sit:sic humana intelligẽtia diuino lumine irradiata:dum intelligibilium contemplatione suspenditur: dum in eorum admiratione distenditur quãto ad altiora vel mirabiliora ducitur tanto amplius dilatatur:z vnde infimis est remotior:inde in semetipsa purior z ad sublimia subtilior:inuenitur:sed in hac sublevatione duz mẽs humana semp ad altiora crescit duz diu crescendo tandem aliquando humane capacitatis metas transcendit sit demũ vt a semetipa penitus deficiat: z insuper mundanum quendã transformata affectũ tota supra semetipam eat:z sicut matutina lux crescendo desinit non quidem esse lux sed esse lux matutina vt ipa aurora iam non sit aurora. Ita humana intelligentia ex dilectionis sue magnitudine quandoq; accipit vt ipa iam non sit ipa:non quidem vt non sit intelligentia sed vt iam nõ sit humana:z sicut primus excessionis modus ex deuotiõe surgit:sic iste in deuotione desinit: Ibi ex nimio veritatis desiderio ad veritatis cotemplationem assurgitur:hic ex veritatis reuela eiusq; cõtemplatione ad deuotionem animus inflammatur q̃ forte innuitur: cum dicitur pulchra vt luna.e.vt sol aurora z luna lucẽ habẽt:sed calorẽ nõ habẽt sol aũt in vtroq; prepollet

gā sole lucidius:quid sole feruētius videtis ergo q̄ illa mentis ascensio q̄ hoc loco designatur cui⁹ extrema soli ꝓparatur:qz nō in qualecūq; sed insummā deuotionē quādoq; designat q̄is a sola claritate veritatisq; illustratione incipiat. Et notāduz q̄ ille diuine reuelationis splēdoz quādoq; preuenienti meditationi occurrit:quandoq; ipsaz humanā premeditationē preuenit:z modo querentez adiuuat modo torpentē excitat:hinc est q̄ regina austri regē salomonē questionibus pulsat.iij. Ro.x. Hinc est q̄ vinctū petrū angelus cū luce visitans a corpis sui somno excutit:z educit.Act.xij. Que est ista regina austri z illius calide regionis in habitatrix z domina: z vidēdi salomonis desiderio succēsa nisi anima sancta sensibus z appetitibus carnis:cogitationibus z affectibus mētis fortiter p̄sidēs z sūmi regis vteriq; prorsus salomoni dilectione feruens:videndiq; desiderio ardens regina sabba prius querit z audit postea videt z intelligit tandē aūt obstupescit z deficit:primū est meditationis:secundū contēplationis:tertiū extasis meditatione assurgitur in contēplationez cōtēplatione in admirationē.admiratiōe in mētis alienationē. ¶ Circa tertiū. Notāduz q̄ quasi de deserto humanus anim⁹ ascendit quādo supra semetipsuz mentis alienatiōe trāsit quādo semetipsuz immo deserens:z ad celū vsq; pertransiēs solis diuinis se totū⁹ p contēplationē z deuotionē emergit.deliciarū affluentia ascēsionis tūc mēsa existit quādo ex illa diuine dulcedinis infusione q̄ in intimis sentit seipsaz anima sancta pre gaudio z exultatiōe nō capit in tantū vt exultationis sue magnitudo eam extra semetipsam effundat huiusmodi reformā in animalibus possumus percipere:solent namq; in suis lusibus saltus,quosdā dare: sicut pisces dū in aquis ludunt supra aquas exiliunt. Nemo autez tanta in cordis exultationē vel subleuationē de suis viribus presumat:vel suis meritis ascribat.vnde z illa aia que de deserto ascēdere sic describitur dilecto suo innixa perhibetur qd est dilecto inniti nisi virtute illius z in propriis viribus pmoueri deducit eā dilectus per desertū in nube diei: z tota nocte in illuminatione ignis nō haberet quomodo estus cōcupiscentie tēperaret sibi: nisi virtus altissimi obūbraret illi:deesset vnde ignorantie sue tenebras illuminaret:nisi in lumine illius videret lumē:accipit itaq; dilecta ex munere dilecti sui duo remedia cōtra duo pncipalia mala refrigerij nubē cōtra cōcupiscentiam carnis z reuelationis lucē cōtra ignorātiam mētis. ¶ Quid ad hāc gratiam ꝓfecit cū eā sibi vltra solitū subtrhai tā sentit q̄ facere debeat:vnde ad eā recuperandam adiuuari valeat: debet animus q eiusmodi est proprijs meditationib⁹ cordis in se exultationē reparare:z impēsa sibi diuinoz beneficioz munera ante recordationis sue oculos reuocare: z eiusmodi recordatiōe seipsum ad profundā z deuotā gratiarum actionē instigare:z tandē aliquādo ineternum illud spiritualis armonie organū ex affectu in diuinas laudes laxare:dū itaq; eiusmodi studijs intima cordis affectio: i diuine cōfessionis magnificentiā plena deuotione resolnitur:qd aliud q̄ quoddā vt ita dicā spiraculū aperitur:per q̄ in ipsum cordis nostri vasculū diuine suauitatis:habūdantia infundatur: hinc est q̄ elyseus propheta verbū dūi regsitus cū se presensisset spiritū prophetie tūc tēporis nō habere:fecit psaltē adduci quo p̄sente atq; psallente statim spiritū prophetici hausit oscq; suū in verba prophetie relaxauit.iiij. Ro. tertio. Quid est aūt psaltē adducere nisi ꝑ uida meditatione cordis exultatiōe reparare:z ex diuinoz beneficiorū vel promissoz recordatione cordis deuotionē excitare.tūc per psaltē psallere facimus quando ex magno cordis tripudio in diuina preconia iubilamus z in gratiarū actionem assurgentes ex intimis visceribus in diuias laudes cū magno cordis clamore reboamus:hoc itaq; agētes:qd aliud q̄ vtā sternimus per q̄ veniente visitantemq; nos dominū excipiam⁹: sacrificiū inq; laudis honorificabit me:z illic ottēdā illi salutare dei ad eiusmodi psalmis vocem spūalis anim⁹ medullitus tāgitur z in ruēte in eo spūaliter afficitur z dū ad diuinā inspirationē intellectualis sensus apitur quodā mō in eo gratia repatur:solet dulcis armonia cor exhilarare z ei gaudia sua ad memoriā reuocare:z quo amor vehemētius hic animū afficit eo ꝑfundi⁹ audita armonia affectū tāgit:z quo ꝑfundius ꝑ affectū

tangitur tanto efficacius ad sua desideria renouatur: quid igitur aliqd de prophetico viro sentire oportet: nisi q exterior armonia spūalez armoniā et ad memoriā reduxit: z audita melodia audiētis animū assueta gaudia renocauit atq; lenauit. ¶ Bi cuz est quib⁹ de causis mentis alienatio accidere soleat: nunc illud adijcienduz videtur qbus gradibus ascēdat: ascēdit aūt aliqñ supra sensuz corporalē: aliqñ etiā supra imaginationē: aliquādo vero supra rationē. quis duos p̄mos ascēsus negare audeat cū illū qui supra rationē est apostolica auctoritas cōtineat: scio iquit hominē siue in corpore siue extra corpus: nescio deus scit raptū vsq; ad tertiū celū. ij. Cor. xij. Ecce q: humanā rationē mētis alienatio ne trāsierat: quid circa se ageretur discerne re nequibat. ista que p̄cedūt extracta sūt de libro Ricardi de p̄templatione. ¶ Tres discipuli xp̄i in xp̄i transfiguratione ceciderunt in faciē suā. Math. xvij. Quia sensus imaginatio ratio in dei cōtemplatione deficiūt. paulus etiaz lucis circumfulgētia excecatur. Act. ix. Corpus debilitatur. ibi. Eze. ij. Vidi z cecidi in faciē meā. Bre. in quandā miserā cecidim⁹ qui ipsuz bonū ferre non possumus ad q creati sumus. Dauid. x. Vidi visionem hanc grandez. z non remansit in me fortitudo.

¶ Decima pars de his que pertinent ad contemplationem diuinoz .ca. xiij.

In summa. Notandū est q. xij. videntur esse q̄ hoiem preparant ad diuinoz p̄templationē. ¶ Primū é exercitatio in opibus actiue: nuq̄ cito peccator deo reconciliatur: dignus est videre eius faciē. Absalon mansit duobus annis in ierusalem: z faciem regis nō vidit. ij. Ro. xiiij. ¶ Scōz est puritas aaron. nō intrabat in sancta sanctoz: nisi p⁹ lotus. Leuit. xvi. Mat. xv. Bti mūdo corde. q̄m ipsi deū videbunt. Ber. ad fratres de mōte dei. Hoc ineffabile cū nō nisi ineffabiliter videatur: qui vult videre cor mund⁹: quia nulla similitudine corporis dormiēti nulla corporea specie vigilāti: nulla rationis indagine nisi mundo corde humiliter amātis: videri potest vel ap̄hendi. ¶ Tertiuz est solitudo. Osee. ij. Adducā eaz in solitudinem: z loquar ad cor eius. z Gen. xxxij. Legitur de Jacob q remānsit solus: z ecce vir luctabatur cuz eo vsq; mane: apparuit dūs moysi in interioribus deserti. Exo. iij. Ber. O anima sola esto. vt illi soli te solaz seruies q̄ ex omnibus elegisti. Item Ber. dei filius. Verecundus amator est: z non vult sponse sue secreta reuelare ī publico. Quod anima sponsa christi sit ostendit. Ber. super Cant. His verbis: aiam q̄ videris relictis omnibus verbo vocis omnibus adherere: verbo viuere: verbo se regere: de verbo concipere puta: coniugem attende in spirituali matrimonio: duo eē genera pariendi: z ex hoc etiā diuersas soboles: sed non aduersas. cum sancte matres aut predicando animas: aut meditādo intelligentias pariunt spirituales. In hoc vltimo genere exceditur: z seceditur: etiaz a corporalib⁹ sensibus. vt se se nō sentiat qui verbū sentit hoc fit cū mēs ineffabili verbi illecta dulcedine quodāmodo se sibi furat. Immo rapīt atq; illabīt a seipsa. ꝟbo aliter sane afficitur mens fructificans verbo z fruēs verbo. illis sollicitat necessitas proximi. hinc imutat suauitas verbi: z qd est leta in prole mater: sed in āplexibus sp̄ōsi letior cara pignora filioz: sed oscula plus delectāt: parat qs forsitan q̄rere a me ꝟbo frut. qd sit. Ro. q̄rat pot⁹ expertum a quo id q̄rat: aut si z mihi daret experiri. putas me posse eloqui q̄ ineffabile est: audi exp̄tū siue inquit excedim⁹ mēte deo siue sobrij sum⁹ nobis: hoc est aliud mihi credo solo arbitrio deo: aliud nobis cōmitto: bonum est saluare multos: excedere aūt z in verbo eē multo iocūdi⁹: at qū hoc: aut q̄diu hoc dulce cōmentū: sz breue momētū z experimētū rarū. ¶ Quartū est ꝺ solatio. Deut. viij. Afflixit te penuria. z dedit tibi cibuz manna. Jacob timebat multū esau. qñ vidit visionē illā pro qua dixit. vidi dominū facie ad faciē. Gen. xxxij. z Stephan⁹. In tribulatione posit⁹ vidit gloriaz dei. Act. vij. Johānes in exiliuz relegatus admirās vidit visiones q̄ in apo. scripte sunt. Bre. super illud. Gene. xxij. Vidi dūm facie ad faciem: prius exurēte tristitia caligo detergitur: z sic respondente raptum in circumscripto lumine mens illustratur quo i gaudio cuiusdā securitatis absorbetur: z quasi post defectum presentis vite vltra se rapta in quadaz nouitate recreatur ibi mēs ex immenso fonte visionis superno roz-

ris presentiam scorti in domo sua fetorem eius cognoscebat: & quidam archidiaconus sentiebat cū seruus eius fornicatus fuerat. ¶ De feditate dicit. Seneca. In voluptate nihil est magnificū: nihil qđ naturā deo primā doceat mēbrorū vilitū ac turpitū ministerio veniens exitu sedare. Ista feditas est inquinatio corpis vñ sup illud .1. ad Corī. vi. Dē pctm̄ qđcūqz fecerit hō extra corpus ē. q. aūt fornicatur in corpus suū peccat dicit glo. Cetera pctā tātū aiaz maculāt fornicatio vero ñ tātū aiaz sed ēt corpus ꝓtaminat Ibi. n. nō solū est imunditia spūalis: sed ēt corpalis. ¶ Infamia etiā est in pctō isto vñ macula glorie vocatur. Eccle. i. Inclinasti femora tua mulieribus: & postea maculā dedisti i gloria tua Jeronimus ēt dicit. Hoc peccatū polluit que i hoie honesta sunt Palma inquit vitiorū est honesta polluere. Tūc vicia bñ de aliquo triūphauerūt cū p peccatū luxurie honesta i eū polluerūt. Ad illud ptinet qđ legitur. Prouer. vi. de adultero. Turpitudinē & ignominiā cōgregat sibi & obprobriū illius nō delebitur. Nō. n. hēbit obprobriū solū in pūtimo & i futuro vnde. xxiij Eccle. De ipo. In plateis ciuitatis vidicabitur quasi pullus equinꝰ fugabitur & vbi nō spauit apprehēdetur & erit dedecus oibus q. nō intellexit timorē dñi. Luxuriosꝰ tam hꝫ quodāmō gehēnā suaz. Habet eni ad modū gehēne ignē fetorē & vermē Ignē ꝯcupie. vnde in. Osee Oēs adulterantes quasi clibanus succensus a coq̄nte & fetorē de quo tā diximus & ēt fetorē infamie & vermē cauteriate ꝓscie.

Quinqz contra vitium istud.

¶ Ad detestatōem huius vicij ēt faciunt. Ista. v. s. q. vicius istud angelis valde fetet vel displicet. Demonibus valde placz deo cōtumeliosuz. Proximo valde iniuriosuz subiecto suo valde nocuū. Primuz potest oñdi tripliciter. Primuz p hoc qđ inuitis patrū legitur de quodā angelo q. obturauerit nares ad aspectū cuiusdaz luxuriosi. Quicqz q̄ faciūt ad detestatiōez luxurie. ij.

Ecundo per hoc quod scriptuz est
s ágelis suis mādauit de te: vt custodiāt te in oibus vijs tuis. Si filia regis francie tradita esset alicui vt custodiret eā nō parū displiceret sibi si eiꝰ custodi a fornicaretur: quātū ergo ágelis displicere potest: cū filie regis celestis gbus ipsi ad custodia sunt deputati fornicantur. Jō dicit. Ber. In quouis diuersorio i quouis angulo reuerētiam hꝫ ágelo tuo ne audeas illo ꝓsente qđ me vidēte nō auderes & ad idē potest referri quod dicit apostolus quod mulier debet hꝫ caput velatū propter ágelos. Tertio potest idē ostendi p hoc q. in peccato isto quedā cōtumelia fit spirituali nature: cū aia magis eligit tumentine nature assimilari q̄ in spiritualitate se seruare: & carnem sibi assimilare a brutali delectatione eā nō cohibēdo. Hoc aūt nō fit absqz cōtumelia ágelice nature. q. est spiritualis natura aia: sicut nō sit absqz dedecore aliorū clericorū quādo aliquis clericus apostata: & si laicus malēs similis esse rusticis q̄ clericis. Ad istā tertiā rationez ptinet: quod dicit glo. p. ad Corīn. vi. Sup idē q fornicatur i corpus suū peccat. In hoc pctō est aia sub corpe. Jero. Dicit glo. In fornicationis opē: sic totus hō absorbēt a carne: vt tā dici nō possit ipe animꝰ suus eē: sz simul totꝰ hō dici possit caro. Sexrationibus ostenditur q. luxuria multum placet demonibus.

B

Uod aūt hoc multū placeat dēmō
q bus pōt ostēdi. Primo p hec q. xl. Job legit. Behemoth i locis humētibus dicitur dormire loci hummentes sunt luxuriosi. Secūdo ex hoc quod dicit Glo. sup leti. Quod cuz demones oi pctō gaudeāt: pcipue tamē gaudent de fornicatione: & ydolatria: & tāgitur ibi causaz quare de fornicatione ita gaudēt qūbi corpus & anima maculatur. Tertio per hoc q. diabolus opatione fornicatorum poterit se iustificare corā deo cū i eo nō inuenietur peccatum: q. ipsi hꝫebunt. Quarto per hoc quod diabolus ꝓcurat vt etiā dormiendo hꝫeat hō delectationem huius vicij vel peccati. Quinto per hoc q. illis qui nō hꝫbēt materiā perpetrandi hoc peccatū: ipe quādoqz ministrat materiā vt patet in demonibus in cubis. ¶ Sextō per hoc q. in hoc peccato. bino & binos lucratur hoies & vili foro etiā hꝫet eos. Ad quod ptinet q. legitur. Prouer. vi. Preciū scorti: vix ē vnius pānis. Mulier aūt viri preciosaz aiaz capit pretiū scorti dicitur eē vix vnius pānis

quia vnus panis diutius fedat ardoꝛē ap petit⁹: quā delectatio illius peccati: fatua mulier illo peccato dat animaꝫ suam dia bolo: ⁊ corpus leccatoꝛi: qđ non daret ali cui sotularesꝫ suos.

¶ Sex rationib⁹ q̄ vitiuꝫ luxurie val de contumelioſuꝫ est deo.

Si etiaꝫ istud peccatum valde cō e tumelioſum deo. quod primo ostē di potest. per hoc q̄ honoꝛabiles perſone hui⁹ seculi magnum tantum dedec⁹ repu tant sibi cum filie eoꝛum fornicātur. Quā tam ergo cōtumeliam faciunt filī regis ce lestis patri suo deo quum fornicantur.

¶ Secundum per hoc tantum dedecus est sponsis nobilibus. cuꝫ sponse eoꝛ adul terātur. Ad hoc pertinet: quod legit. Pro uerbio sexto. zel. ⁊ furoꝛ viri nō pcet in die vindicte: nec acgescet cuiuiq̄ precibus: nec suscipiet pro redemptione dona, plurima: ⁊ exponit hic Glo. De celesti spōso. ¶ Ter tio p hoc q̄ cū vilissima ps que in homie est fornicari: impet ei: q̄ deus ꝓhibet: ipse potius illi vili parti. q̄ deo obedit. potius eligēs eā sibi dominari q̄ deum. ¶ Quar to per hoc quod dei templuꝫ violat: ⁊ pol luit. Ad hoc ptinet quod legitur. 1. ad Coꝛ iii. Nescitis q⁹ tēplū dī estis vos: ⁊ spūs dī hitat in vobis. Siqs át tēplū dī violat dis pdet illū deus: ⁊ p⁹. Tēplū dei scūm ē: qđ estis vos. Et post. vi. Nescitis q⁹ membra vestra templum sunt spūs sci: qui in vobis est: quē hētis a deo ⁊ nō estis vr̄i: ⁊ sequit Empti estis pcio magno: glorificate ⁊ poꝛ tate deū in coꝛpe vro. Glorificādus eēt de⁹ in coꝛpore tanq̄ in templo: contra luxurio sos potest dici ps. ille. Deus venerunt gen tes in hereditatem. t. p. t. s. t. po. t. in po. cu stodiam super illud. Glorificate deum in coꝛde vestro. Dicit glo. Si vobis propter vos ipsos non parcitis parcite vel propter deum: qui sibi fecit vos templum suum q̄ eu erten tio: non solum in hominem pec catis. sed etiam in deum. Quinto potest ostendi q̄ contumelioſum sit istud pecca tum deo. ex hoc q̄ luxurioſus illud dulcius reputat q̄ deus sit contumelioſius. Ma gis enim amat interdum coniugatam tur pem. q̄ solutam pulchꝛā. Unde non vide tur querere in peccato suo voluptatem 'su am. sed dei contumeliam. vnde Iero. libi dinosa mens inhonesta ardentius prose quitur: ⁊ quod non licet dulcius suspica tur. Sexto per hoc q̄ h̄ peccatum dici cō tumeliam publicam negociationem fa cit: ⁊ q̄ plus est peccatum publicum facit q̄ spūale ē. huic pctō ⁊ pcō vsure. Et ideo Eccle. persequitur ista peccata pre ceteris Septimo per hoc quod istud vicium pro ponit delectationem vilium ⁊ turpium membꝛoꝛum delicijs que in deo sunt. que contumelia valde magna est. Hoc etiam vicium valde est iniurioſum proximo. qđ tripliciter potest ostēdi primo per hoc qđ aufertur ei non tantum sua ⁊ sed seipsum. vnde. Pꝛouerbi. vi. Non grādis est culpe cum quis furatus fuerit. Furatur enim vt esurientem impleat animam deprehensus quoq̄ reddet septuplum ⁊ omnem substā tiam domus sue tradet: ⁊ liberabit se. qui autem adulter est. Propter coꝛdis inopi am perdet animam suam. Unde mulier fatua non aufert tantum sua stulto suo: sꝫ seipsuꝫ. Nota per hoc qđ aliquis est adul ter accidit propter coꝛdis inopiam indi gnaretur enim: si coꝛ haberet villissime p ti sue sublici. ⁊ pro tam vili lenocinio feda ri. Unde Ecclesia primo. In multa sapien tia. multaē indignatio. vel pp coꝛdis ino piam idest propter sapientie defectum. Secundo potest ostendi per hoc quod il le qui hoc vitio laboꝛat nulli fidem seruat Unde secundo Re. Dauid fidelem suum militem fecit occidi p vxoꝛe illius. Ad idē pertinet quod legitur secundo. Re. ii. De Amon qui soꝛoꝛem suam Thamar, coꝛru pit. Tertio potest idem ostendi per hoc q̄ vicium multis aufert hereditatem suam Unde Luce. xv. De filio prodigo. qui di sipauit substantiam suaꝫ viuendo luxurio se. Legitur etiam. xxiii. Ecclesia Mulier omnis relinquens viruꝫ suuꝫ peccabit sta tuens hereditatem ex alieno matrimonio. ¶ Est etiam istud vicium valde nociuꝫ subiecto suo: aufert enim pecuniam illi. au fert ⁊ bona coꝛporalia ⁊ spūalia: ⁊ etiā seipsum. ¶ Ad primuꝫ pertinet quod legi tur vicesimonono. pꝛouerbio. Qui nutrit scoꝛtum perdet substantiam. Et luce decio quito. De filio prodigo qui dissipauit sub stantiam suaꝫ viuendo luxurioſe. Propter bona vero oia que destruit: comparatur igni. Job. xxxi. Ignis est vsq̄ ad consum ptionem deuoꝛans: ⁊ omnia eradicās ge

nimina. Jeroni. Flamigero igne percutit femina conscientiã. Ad hoc q̃ ipsuz homi nem sibi auferat: pertinet qđ legitur Osee quarto. Fornicatio vinum ⁊ ebrietas au-/ferunt cor. Amans amore fatuo nõ habet cor suum: ipsum etiam corpus quandoq̃ amittit: Unde secũdo. Re. xij. interfectus é Amõ. quia corrupit Thamar. Jero. quot tidie sanguis mechorum funditur ad vlti-/mum damnabitur. Honorem etiam au-/fert hoc vicij ⁊ crementũ bonorum: vnde Bene. penulti. Ruben primogenit⁹ meus ⁊ subiungitur prior in donis. maior imperio supple debueras esse. sed iegr̃ non crescas quia maculasti cubile. p. t. ⁊c. Preceteris iure prio geniture debebat et honor ⁊ du-/plicitas in possessionibus q̃ammittit quia cubile patris maculauit. ¶ Ad detestatio nem. etiam huius vicij faciunt alia. iiii. s. hoc. q̃ vicium istud multum efficax est ad hominem capiendum. ⁊ multum potens ad retinendum. hominez ponit in magna vilitate ⁊ in misera seruitute. Ad primum pertinet: quod dicit Augu. Efficacissimuz glutinum. ad capiendas animas mulier. Et Prouer. septio. De mulere mala mul tos vulneratos deiecit. fortissimi quoq̃ sũt interfecti ab ea. Ad idem facit. q̃ legitur. numeri. xxiiij. Quod hoc peccatũ p̃ ceteris elegit Balaam. quod deliceret filios israel: ⁊ faceret eos peccare. hoc vicium capit nobiles ⁊ ignobiles. vñ Jero. In serico ⁊ ipanis ea dem libido dñatur. nec regis purpurã: nec mendicantium spernit squaloré: hoc vicium vincit: ⁊ sapientes ⁊ insipientes. vñ Jero. Quid Salomone sapientius: ⁊ tamen in fatuatus est amore mulierũ. Eccle. xlx. Ui nũ ⁊ mulieres apostatare faciunt sapientes Breuiter istud peccatũ fere totũ mũdũ ad infernũ trahit. vñ Habacuc. i. totũ i hamo suo subleuauit: totũ traxit in sagena sua: ⁊ congregauit in rete suo hamũ: ⁊ sagenã: ⁊ rete diab. sunt pulchre mulieres: que totuz
B munduz in perditionem trahunt. ¶ Po tens etiam est peccatum istud ad retinen dum. vñ. xxij. Prouerb. Fouea profunda os alienc: cui est iratus dominus incidet i eam. qui in profundam foueam cadit. nõ exit de facili: sic nõ defacili euadit. de ma-/nibus diaboli: qui capitur pulchritudine alicuius mulieris. Ideo dicitur de ore mu-/lieris q̃ sit profunda fouea: potiꝰ q̃ de alio membro: q̃ pulcritudo huius mẽbri multos capit. Qui hic laborat vicõ vix põt cogitaꝛ de his q̃ pertinẽt ad salutẽ suã deũ quasi nõ cognoscit. ad celũ ẽt nõ leuat oculos: adeo bruta lis factus é q̃ verba correctiõis: vel admonitiõis sue non põt audire. Ad duo prima pertinet q̃ legit Osee quto. Nõ dabũt cogitatiões suas vt reuertant ad dñm: qa spũs fornicatiõis in medio eoꝝ: ⁊ dñm nõ cognouerũt. ¶ Ad tertiũ facit. q̃ legit. Da nie. tertiodecio. De senibus q̃ exarserũt in Susannã declinauerũt oculos suos: vt nõ viderẽt celũ: nec recordarent iudicioꝝ iu-/storꝝ. ¶ Ad quartũ pertinet q̃ legit. Ecclesia vigesimoprimo. Uerbis sapiens q̃cũq̃ au dierit laudabit: ⁊ adiiciet. Audiuit luxurio sus: ⁊ displicebit ei: ⁊ pretiet post dorsũ su um. virgo euadit aliqs de pctõ isto. cum ea fugiat q̃ possũt eẽ occasio liberatiõis sue Ponit ẽt hoc vicium hominẽ in magna vi-/litate. Ad quã vilitatẽ ⁊ turpitudinẽ expri mendã q̃si turpiter logitur scriptura de vi cio isto. vnde Joel. Coputruerũt iumẽta in stercore suo. Brego. Jumenta cõputre-/scere in stercore suo é: hoies in fetore luxu-/rie vitã finire. In ps. Dispersi sũt in endor facti sũt vt stercus terre. Endor interpreta tur fons generatiõis. Unde endor é ps illa q̃ operi carnali ⁊ generatiõi deseruit. Pro pter hãc vilitatẽ: compatur sui. Prouerbio vndecimo. Circulus aureus in naribꝰ suis mulier pulcherria: ⁊ fatua. Sus si ex vna pte, videret, luti volutabrũ: ⁊ ex alia pte lec-/tũ roseũ: prius curreret ad volutabrũ. Sic tales immũditiã luxurie delicijs paradisi pponũt. Licet diabolus possit intelligi sus ista: ⁊ mulier ipse circuitus qui diabol. im-/mergit in lutũ ois immũditie. Ad eãdẽ vi litatẽ pertinet: qđ legitur Eccle. ix. Omis mul er q̃ fornicaria: q̃si stercus in via ab hoib⁹ pterentibus conculcabitur. In miseria et seru itute ponit hoiez vicium istud. ñ scio q̃ facit spũz seruũti⁹: q̃ sibi naturaliter deberet ser uire. s. corpis sui: ⁊ ẽt vilissimis ptis illius: ⁊ hoc pp seruitutẽ mulier q̃ est valde misera Unde Tullius Illũ ergo liber dicã cui mu lier imponit leges imponit vocat: venit duz ẽt eijcit: habẽdũẽ: poscit: dat dũ ẽ: minatur, extumescẽdũ ẽ: Hũc ergo nõ tm seruũ: sed negissimũ ego iudico. Jerem. Nil vilius q̃ a carne vinci. nil gloriosius: q̃ carnem vin-/cere.

¶ Pater luxuria vt eē de numero pcīoꝝ illoꝝ de ḡbus erubescūt demōes/ vñ glo. supra istud eze.xvi.dabo tibi in aias odientiū te filioꝝ'palestinoꝝ q erubescūt i via tua scelera.dicit Glo.loq̄ns de spūali ierl'z Tanta in ierlm erit correctio vt erubescāt ēt demōes nr̄oꝝ magnitudinē pcīoꝝ:cui' ratio pōt eē.pcīm diabo.ē supbia hoium vero luxuria:eo magis erubescūt hoies:qz oēs turpē nouerī:ptera dicūt magistri q sūt demōes'alīq q memores sūt sue antiq̄ nobilitatis dedignanī de luxuria tentare. Signū ad hoc ē q lucifer tētās dñm non tentauit eum de luxuria.

De diuersis speciebus luxurie.

Eqtur de spēb' luxurie : Diuiditur sāt luxuria vno mō' in duas spēs.s. in luxuriā cordis z in luxuriaz corporis. Ad has duas spēs pertinent quod dicitur in psalmo. Ure renes meos z cor meum. Contra primaz speciez necessariuz est.vt ad mamillas zona aurea sumus 'precincti:secundum q vidit Johannes. Apocalip.primo. Cōtra secundū. Oportet nos eē pcīnctos ad renes visionē Eze. z Bañ. x. Leuaui oculos meos z vidi : z ecce vir vnus vestitus: z renes eius accincti auro z obrizo. Incōtinentia vero cordis periculosa est. Propter hoc q q laborat hac spē incōtinentie peccat mortaliter totiēs quotiens videt pulcrā mulierez. Ideo dicitur sagena corrfatue mulieris.vij. Eccle. Inueni mulierē morte amariorē. Que laqueus venatoꝝ est z sagena cor eius: Sagena totam aquam occupat:sic corde fornicatur cum omnibus fatua mulier.

De acceptione huius nois luxuria: z q enumerantur q̄nq̄ spēs secundum vtrāq̄ acceptationem.

Lio mō diuidit luxuria i.v. spēs.

a Notādū tñ ē q h nom̄ luxuria qñq̄ sumit' largius qñq̄ min⁹ large. Prio mō ē luxuria inordinat⁹ amor delectationis:q̄ ē secundū tactū. Sicut vicīū gule est inordinatus amor delectatiōis scōm gustū: z cupiditas inordinatus amor pecunie. Et sc̄o.hoc pōt diuidi luxuria i q̄nq̄ spēs.quaꝝ prima ptinet ad suauitatez vestiū vel lectoꝝ. ¶ Sc̄a ad suauitatē vnctionū:q̄ antiq̄ multū vtebātur. ¶ Tertia ad suauitatē balneoꝝ. ¶ Quarta ad tact⁹ immundos illoꝝ membroꝝ:q̄ generationi nō deseruiūt. Quinq̄ species pertinēt ad mēbra generatiōi deputata: z ista spēs vocat luxuria scōz q hoc nomē luxuria stricte sumitur: z diuiditur in.v.spēs. Pria est simplex fornicatio. Sc̄da stupr̄ū:q ē illicita defloratio virginū. Tertia ē adulteriuz q ē ad alterius thorū accessio. Quarta est incestus:q ē ꝙsanguineaꝝ vel affiniū abusus. Sub qua specie comprehendi possūt peccata sanctimonialium: z etiam religiosorum.

De peccato ꝙtra naturaz cuius magnitudo.vij.modis ostenditur. vi.

Uinta.est peccatuz contra naturaz

q q fit duobus modis . quandoq̄.n. est ꝙtra naturā:quo ad modum:vt cū mulier supergreditur vel cū fit bestiali modo opus istud:tamen in vaso debito. qñq̄ vero est ꝙtra naturā quantū ad substantiā:vt cū quis procurat vel cōsentit vt semen alibi q̄ in loco ad hoc a natura deputato effundatur de quo vitio cum magna cautela loquendū est: z p̄dicando : z interrogatiōes in ꝙfessionibus faciendo: vt nihil hoibus reueletur:q eis pbet occasionē peccandi. Et no.q diabolus dicitur habere duas manus quibus frequentius homines capit.s.gulam: z luxuriā.de quibus exponitur illud ps. Considerat peccatoz.s.diabolus iustum: z querit mortificare eum. Dominus autez non derelinquet eū in manibus eius.v.digiti in ista prima manu:sunt ille.v.spēs vicij gule que notā tur in hoc:h.ppope:laute:nimis.ardenter studiose.v.digiti:in sc̄da manu sūt.v. spēs dicte. Inter quas. Primo ꝓsequamur de vicio ꝙtra naturā. Magnitudo autē huⁱ' vicij potest ostendi octo modis.

Octo modis ostenditur quod peccatū ꝙtra naturam sit maximum.

Rimo illis testimonijs scripture:q̄

p hoc vicīū asserūt eē maximū vel nimīū q̄le ē illud qđ legīt.xiij. Gene. Hoies ār sodomite erant pessimi: z peccatores corā dño nimis z.xviij. Dicit dñs. Clamor sodomoꝝ z gomorreoꝝ multiplicatur. z pcīm eoꝝ aggrauatū ē nimis: descendā z videbo ꝛc. Grego. Nouitas tante z inaudite turpitudinis:quasi admirationē: z dubitationem parit in audientem. vnde dñs:quasi admirans z dubitās sup tāto scelere introducitur loquēs.descendā

ꝛ vidēs ꝛc. Incredibile.n. mihi vr: hoies tantū flagitiū ꝓpetrasse. Et nota. qꝫ ō duobus petis. i. de homicidio: ꝛ vicio luxurie contra naturā legit. Clamor ascendisse ad dñm: qr laborātes his duob⁹ vicijs spālit hostes sūt dei ꝛ generis humani facto n. ꝛ nō verbo dñt deo. tu masculū ꝛ feminā creasti vt multiplicarent: nos operā dabimus vt minuant. vñ ꝓpter hoc p̄tificat homicidio vicīū istud. Ad istū ettā p̄mus modū pertinet qđ legit de Joseph. xxxvij. Gen. Qui accusauit fratres suos apud patrē suū: crimine pessimo. i. de vicio contra naturā secundū vnā expositionē. Ad eundē modū ptinet illud verbū Augu. Adulteri malū fornicationē vincit. Uincitur ab incestu. Deus est. n. cū matre q̄ cū aliena vxore dormire. Sed oīuz hoz pessimū est. quasi cōtra naturā facit: si vir mēbro mulieris nō ad hoc ꝓcesso vtatur hoc execrabiliter fit in meretrice: sed execrabilius in vxore. Et Clemens papa. Grauissime peccāt fornicarij. i. valde grauiter: grau⁹ adulteri: sed cūctis his grauī? incestu osi: quos oēs trāscendūt cōtra naturā delinquētes. Sexto pōt ostēdi magnitudo huius vicij. per vindictā sumptā a dño de vicio isto. Prima aūt vindicatio fuit hui⁹ peccati diluuiū. Inter alias causas enīz diluuij pōt hic Methodo. qꝫ mulieres, i vesaniā verse supgresse viris abutebant. ꝛ qđ exarserāt hoies in alterutrū coeuntes. Secunda fuit subuersio. v. ciuitatū. In qua vindicta attendendū ē: qꝫ dñs nō solū nocētes: sz ēt inocentes paruulos occidit: ettā vni⁹ diei. Ju hoc, puisuz est pueris ne diuti⁹ viuentes sequerētur exēpla patrū: ꝛ grauius dānarētur: ꝛ ettā circūiacentes regiones puniri voluit nō solū hoies sed etiam aialia: ꝛ terre nascētia: ipsaz etiā terram destruxit eā cōuertēdo in mare mortuū: in quo nil viuit: nec aues. nec pisces. Cādela viua supenatat. extincta mergit̄ q̄si igne infernal Sumpta ē cito illa vidicta. nec potuit expectare ignis ille donec cetera peccata puniretur. Uñ Ber. Gehēne flāma morā nō sustinēs sodomoz ꝑuenit tollere nationez ꝛ ipsaz ꝑsciam tante ꝑfusionis terrā consumpsit ignis sulphureus ꝛ spūs procellaꝝ: ꝛ in lacū horribilē solū oē redactuz est. Et Gen. xix. Dñs pluit sup sodomā ꝛ gomorra ignē ꝛ sulphurez de celo: ꝛ subuertit ciuitates has. ꝛ oēm circa regionē vniuersos habitantes vrbiuz: ꝛ cuncta terre virētia. Respiciens etiā vxor Loth post se versa est in statuā salis. ad ostendendū quantum displiceat deo memoria huius peccati. Tertia vindicta fuit Noznam. de quo legitur. xxxviij. Gene. Quod semen fundebat in terra: ꝛ idcirco percussit eum dominus. eo qꝫ rem detestabilez faceret. Tertio potest ostendi magnitudo huius vicij per penaz huic huic peccato taxatā. Unde Leui. xx. Qui dormierit cum masculo coitu femineo. vterqꝫ operat⁹ ē nephas morte moriantur: sanguis eorum super eos. ¶ Quarto per cominationē quā facit dominus peccato huic. Unde Johel. q̄rto. Congregabo omnes gentes: ꝛ deducam eas i valle iosaphat: ꝛ disceptabo ibi cum eis: ꝛ subiungit causa vna disceptationis posuerūt pueruz in prostibulo. ¶ Quito pōt ostendi per hoc qꝫ scriptura ista detestabiliter loquitur de peccato illo. Uñ ad Ro. i. Masculi in masculos turpitudinez operātes. Non dicit aliqđ turpe: sed ipsam turpitudinē vocat peccatū illud. Et ibidē vt cōtumelijs afficiāt corpora sua ꝓptera tradidit illos deus i passiones ignominie. Et Leuit. xviij. Cū masculo nō comisceaꝛis coitu femineo. qr abominatio est: ꝛ symacus dicit. quia ineffabile. ꝛ nō deberet homo loqui de peccato isto. ¶ Sexto per hoc qꝫ multi antiqui inueniuntur non reputasse adulteriū vel stupzum respectu huius peccati. Unde Gene. xix. Dicit Loth sodomitis. Nolite quesō fratres mei. nolite malum hoc facere. habeo has duas filias: que nec dum cognouerunt virum: educam eas ad vos: ꝛ abutimini eis. ꝛ Judi. xix. Nabeo filiā virginē: ꝛ hic homo habet cōcubinā educā eas ad vos mō humilietis eas: ꝛ vestrā libidinē cōpleatis. tātuz hic cōsecro: vt scel⁹ hoc cōtra naturā non operemini in viz. Septimo pōt ostēdi magnitudo hui⁹ vitij: p hoc qꝫ illud peccatū est adinuentio deus vero multū odit adinuētionē in peccatis: vñ sup illo. Isa. visitabo sup fructū adinuentionū vestraꝝ Dicit Greg. De⁹ plus punit studia peccatoz: q̄ peccata: ꝛ in ps. Jbūt in adinuētionibus suis. Jere. Corrupti sunt: sed abhominabiles facti sunt i studijs suis. Octauo potest ostendi magnitudo huius vitij per

multiplicē effectū ipsius. Hoc vitiū fedus inter nos: z deū rumpit. ergo humanum quantū in se est destruit: hoiem tumento inferiorē reddit. Preterea hoc vitiuz filius dei distulit incarnari. ¶ Ad primū pertinet q dicit Aug.. Hoc vitio inquit violat societas: que nobis cū deo esse dicit: cum natura: cuius ipse est actor: peruersitate libidinis pollutit: sicut aliquis cū alius deteriorauit ei rem suā: vt sit vestra sit: sic deus fecit illuz quez ipse fecit hoiem: cum videt q ipse se fecerit femināz nō reputat creaturam suam. Secundo vero planum est. ¶ Tertium vero potest ostendi ex hoc q ille qui peccat peccato istoz nō obseruat legem: quaz etiam bruta obseruant: alie species luxurie tumento assimilant hominez sed hoc inferiorez reddit. Ideo Sodoma bene muta interpretatur: q: hoc peccatuz redder homines mutos in die iudicij. Nō peterūt enim excusare se per ignorantiaz cum ipsa natura legem doeuerit: ipsa bruta aialia: quā isti trāsgrediuntur.

¶ De incestu cuius peccati magnitudo quattuor modis probatur. ca.vij.

Equitur de incestu. Cuius peccati magnitudo potest ostendi. ¶ Primo per penam taxatam: huic peccato in lege. Posiq̄ enim dñs phibuit incestum: z vitiū contra naturā. xviij. Leuitici subiungit. Omnis anima que fecerit de abominationibus his quippiā: peribit de medio populi sui. z. xx. etiāz taxatur eadē pena hoc peccato. ¶ Secō pōt ostēdi per hoc quod apostolus tradidit sathane cruciandū illū fornicatorē: qui cum nouerca sua peccauerat. sm q legitur. pe. ad Cori. v. ¶ Tertio potest ostēdi: per mala que ex hoc peccato sequūtur. vnde legit. ij. Reg. xij. Quet Amon qui sororem suam Thamar corruperat interfectus sit a fratre suo Absalon: nisi homines hoc peccato cauerent sibi: sequerent inde non soluz odia: z homicidia: sed etiam fratricidia. ¶ Quarto potest idem ostēdi: per hoc qō peccatum istud hominem quasi cāc reddit. Canis enim in opere illo nō obseruat consanguinitatem.

¶ De adulterio z speciebus eiº cuiº magnitudo in multis ostenditur. cap. viij.

Equitur de adulterio q dūplex est
• duas species. s. in simplex adulterium: q est cū vxoratus peccat cū soluta. z ecōuerso: z in adulterium duplex q est cū vxoratus peccat cū vxore alterius ¶ Septem aūt sunt: per que potest ostēdi magnitudo huius vitij. ¶ Primo p hoc q est contrariū sacramēto matrimonij: q ipse deus instituit: z in paradiso: z in statu innocentie: vnde nō fit iniuria tanto sacramēto: absq̄ magna cōmelia dei. ¶ Secundo per hoc qō est cōtrariū iuri naturali: vnuz enim ex preceptis iuris naturalis est hoc. Quod tibi non vis fieri: alij nō feceris. Hoc vero nullo mō vellet sibi fieri vt aliquis cū vxore sua peccaret: multi sunt qui potius permitterent se interfici vel exheredari: q̄ hoc sustineret. Ius ergo naturale docet hoiem: q hic nullo modo debeat facere alij: q̄ a deo odit fieri sibi. ¶ Tertio potest ostendi per hoc q phibitio adulterij i decalogo: imediate ponitur. primo prohibitionem homicidij: e ste prohibitionē furti. Unde Leonis papa. Quid in omnibus peccatis adulterio grauius. z Scōm enim in peiis tenet locū idest in phibitionibus: homicidio quodā modo assimilatur adulteriū. Erunt enim duo in carne una: quid ergo vir z mulier sint vna caro: qui auferret vxorē suam alicui. idem est ac si seipsuz et auferret. Exuperat aūt peccatū istud omne furtum: quia q̄ auferetur: cum sit natura rationalis: melius est quecunq̄ terrena substantia. Quarto potest idem ostendi p legem que habetur. Leuitic. xx. Ubi sic dicitur. Si mechatus quis fuerit cuz vxore alterius: z adulteriū perpetrauit cū vxore proximi sui: morte morietur: z mechus: z adultera. Eadem pena punitur hoc peccatum: scōm leges mundanas: nec recipitur aliqua redemptio. Quinto ostenditur idem scōm id quod legitur dominus dixisse. David cū adulterat⁹ esset. ij. Re. xij. Non recedet ait gladius d domo tua vsq̄ in sempiternuz: eo qō despexeris me: z tuleris vxorem vrie Ethi. Sexto pōt ostēdi: per mala que sequūtur ex hoc peccato. Sequūtur aūt ex eo exheredationes filiorū. Unde xxiij. Eccle. Mulier omnis relinquens virum suum peccabit: statuens hereditatem ex alieno matrimonio. Sequunt etiā inde homicidia. Unde David

Cū in adulterium cecidisset interfici fide lē militē suum. Sequitur etiā multotiēs icest⁹: vt.s. ide aligs agnoscat filiā pr̄is sui vel eius vxorē: ignorat enim quis sit pater eius. ¶ Septimo p̄tostendi magnitudo huius peccati p̄ iudiciū zelotipie. de quo Nūeri.v. Si declinasti a viro tuo atq; polluta es: & p̄cubuisti cū altero viro: his maledictionib⁹ subiacebis. Det tibi deus maledictionē: & exemplū cunctor̄ in populo putrescere faciat femur tuū: & venter tu⁹ dirrumpatur &c. Et eçechiel. Unusquisq; vxorem p̄rximi sui polluit: & hereditate terram possidebitis.

¶ De stupro virginuz. cap̄.ix.

Equit de stupro q̄ est illicita de-
s floratio virginū: cuius peccati magnitudo ostēdi p̄t. ¶ Primo ex hoc q̄ Sichen filius Emor: qui Dinaz filiā Jacob defloravit interfectus est: hac de cā cum patre suo: & toto populo vbis fuevnde legitur.xxxiij. Gen. ¶ Secūdo potest idē ostēdi p̄ hoc: q̄ hoc peccatū aufert virginitatē: cui debetur fructꝰ cētesimus: cuz cōiugatis solū debeatur tricesimus: viduis solū.lx. satis deteriorat terrā. q̄ facit vt nō possit reddere nisi.lx. fructū: vel.xxx. cum prius redderet centesimū. Qui illicite defloret aliquā: aliquādo est occasio omniū fornicationū: quas ipsa facit postea. Sicut ille q̄ p̄mo rumpit clausurā alicuius vinee occasio est dāni illius: qđ faciūt qui postea intrāt: qui aliter nō intrassent. Et aufert ei q̄libz q̄ nunq̄ deceteto maritum habebit. Ad detestationē ēt huiꝰ peccati facit hoc: q̄ bonū q̄ ipse aufert. s. virginitatis bonū est irrecuperabile: & irrecōpensabile: vetū virginitatis nō recipit dispensationem: q̄ nec recōpensationem.

¶ De simplici fornicatione. cap̄.x.

Equitur de fornicatione. Ad cu-
a ius detestationez sufficere possunt q̄ dicta sunt de luxuria generaliter addere tū hoc possumus: q̄ hoc peccatuz detestabiliꝰ ēt homicidio vel rapina: i hoc q̄ illa nō sunt substātialiter mala. P̄ōt.n. aligs velle occidere aliquez meritorie sicut iudex amore iusticie. Et aligs p̄ōt accipe alienū in sūma necessitate. Sed nullus potest fornicari sciēter quin mortaliter pecce ponamus q̄ aligs nunq̄ malū cogitauerit nec dixerit: nec fecerit: & oia egerit bona: q̄t excogitare possunt: & semel tm̄ fornicatur & sic decedat absq; penitētia: ex necessitate dānabitur. Si oēs misse q̄ vsq; ad finē mūdi celebrabūtur ab ecclesia: p̄o eo celebrarentur: nō liberarēt eū a morte eterna. Ad detestationē etiā huiꝰ peccati facit q̄ legit xv. Numeri: q̄ cū fornicat⁹ eēt ppls israel: cū filiabꝰ Moab: iussit dñs cūctos p̄ncipes populi suspēdi: in patibulis cōtra solē Et occisi sūt de populo.xxiij.milia hoīz. Et finees q̄ interfecit zambri. coeunte cum Madianite: & sacerdotiū sempiternū meruit. & iram dei a populo auertit. Et licet fornicatio genus sit ois illiciti coitus q̄ fit extra vxorē: tñ specialiter intelligitur i viduaz: vel meretricez: vel cōcubinarum.

¶ Ad detestationē illius fornicatiōis q̄ fit cū meretricibus: hoc facit: q̄ qñ aligs credit se cum talibus peccare simplici fornicatione: ipse qñq; cōmittit adulterium vel incestū. Sepe enīz tales mulieres p̄ingate sunt: & forsitan a cōsanguineis eis: q̄ peccat cū eis cognite: vndecōmittit se qui cū talibus peccat: magno discrimini. Et licet nō sint cōiugate: vel affines etiā ei: ipse tm̄ eque peccāt: ac si forent ex quo equalis est contēptus. Ad detestationē vero ciꝰ fornicatiōis: q̄ fit cū viduis facit hoc: q̄ peccās cum talibus aufert eis honorē. ad detestationē vero eius: q̄ fit cū cōcubina facit hoc q̄ talis fornicatio fit cuz scādalo p̄rximi.

¶ Est alia spēs luxurie: p̄ter p̄dictas q̄ raptus dr̄. Est aūt raptus: cū puella violēter a domo p̄ris educit: vt corrupta i vxorem habeat: siue puelle parētib⁹: vis illata p̄sti terit: hoc peccatū tm̄ est: q̄ morte punit.

¶ Quō peccatū luxurie diuidit: & aggrauatur scōm diuersitatē subiector̄. ca.xi

Ertio modo potest diuidi pecca-
t tum luxurie scōm diuersitatem subiector̄: in q̄bus est vt diuidat in luxuriā laycor̄: & religiosar̄ personar̄: de luxuria vero laycor̄ nihil dicemus aliud: q̄ de luxuria in genere dictum est: sed de alijs duabus specieb⁹ dicemus: q̄ valde grauius est peccatum istud in clericis: vel in religiosis personis. Et aliter p̄derādū est in eis q̄ in laycis: vnde p̄dus sanctuarij maius erat ceteris ponderibus: & p̄deribus mercator̄: & ponderibus ciuiuz assignandū q̄ aliter ponderāda sunt peccata laycor̄: & peccata eor̄ qui sancti debēt

esse: ḡbus dicit in Isa. Mundamini q ferti vasa dñi. ¶ Septez sūt aūt q̄ aggrauāt peccatū istud. s. carnis: in clericis: in sacris ordinibus cōstitutis. ¶ Primum est voti fractio. Et est ista circūstantia valde aggrauās peccatū q̄ satis apparebit. si aliqs attendat q̄ preciosuz sit: quid talis aufert deo: z q̄ res sancta sit. Hec due circūstātie aggrauare solēt peccatū rapine: preciositas rei que rapit: q̄ magis dignificat primū z sanctitas ipsi⁹: q̄ tūc nō est solū furtū: imo est sacrilegiū. Castitas vero quam iste deo p̄misit cū sacros ordines suscepit ḡ deo aufert cū fornicatur res icōpensabilis est. vñ. xxvi. Eccle. Dis pōderatio non est digna ad oīnētis. Res ēt sctā est cū sit deo oblata. vnde cōtrectatio eiⁿ dño inuto facta sacrilegiū est. ¶ Sexm est scandalū z derisio popli. vnde Jero. Clericⁱ aūt honestior est ceteris. aut laicis est fabula. ¶ Tertiū est sciētia. vñ Greg. Ubi maius est donū scie: transgressor maiori subiacet culpe. ¶ Quartū est hoc q̄ ad dei seruitiū p̄ hoc assumpti sunt. Sicut. n. q̄ fornicatur in ecclesia magis peccat: q̄ ille q̄ fornicat i domo cōi: eo q̄ ecclesia dñi sit seruitio deputata. sic maiⁿ est peccatū luxurie in clericis. qui dei seruitio sunt deputati q̄ in laicis. ¶ Quintum est q̄ ipsi sunt de familia dei. z eius expensis viuūt z vestiunt. Proditores. n. sunt q illā impugnāt. de cuiⁿ bonis viuunt. z dei cōtumelia etiā maior est q̄ a suis ꝓpīs. vñ in ps. Si inimicⁿ meⁿ maledixisset mihi ꝛc. ¶ Sexto ē h̄ q̄ ipsi decipiūt pp̄m qui dat eis elemosynas. vt ipsiⁿ peccata deleāt oīdo. z gratiā impetrēt sanctitate vite sue: q̄ ipsi nō faciūt. q̄ sm Gre. Cū hoīe displicet: indigⁿ ad intercedēdū mittitur. irati animⁿ ad veteriora puocāt. B. Ueg ambulāt in carne. q̄ deo placēr nō pūt: z placere velle p̄sumūt.

B ¶ Septimuz est dignitas officij ad quod ordinati sunt. q̄ specialiter pertinet ad sacerdotes. Sicut enī graviter peccaret qui calicē benedictū in lutū ꝓiceret vel aliter macularet: eo q̄ ad continendū dominicū sanguinē deputatus sit. sic sacerdos graviter peccat. qui ad suscipiendū dominicuz corpus z sanguinē ordinatus est quando peccato carnis se maculat. Et sicut ille etiā grauius peccaret. qui in calice ingnato: manente immundicia. in eo sanguinem domini poneret: sic graviter peccat ille q̄ fetore luxurie iquinatus anteq̄ ab immundicia illa se abluit: corpus z sanguinē dñi immere p̄sumit. De quo Ambro. Qui indigne xp̄m sumit idem est ac si interficiat. Et Aug. super illud ad Heb. x. Irritaz qs faciens legē moysi: sine vlla miseratiōe duob⁹ vl trib⁹ testib⁹ moritur: quāto magis deteriorat putatis mereri supplicia: qui filium dei conculcauerit. Cōculcat xp̄m qui libere peccat z absq̄ timore. z qui eo indigne participat.

¶ Quinq̄ de causis ostenditur q̄ peccatum luxurie valde indecens est in sacerdotibus.

n ¶ Ota q̄ peccatuz luxurie est valde indecens in sacerdote. Et hoc. v. cōsiis: q̄ homo z q̄ dñi minister z quia angelus: z q̄ plusq̄ angelus in aliquo: z q̄ vt deus. Ulcem enim dñi tenet. Ad primum facit illud Senece. Uoluptas nihil habz magnificū: nihil q̄ naturā deo primam deceat ministerio membrorum vilium ac turpium inveniens. Appetitus fornicantis est: brutalis concupiscentia. brutorum autez concupiscentia visu delectabilis: tam cito accenditur. z non habet i potestate sua vt eam temperet vel extinguat: sic fornicator vult appetitū suum impleri quantūcunq̄ sibi malum accidere debeat. ¶ Ad scm notandum q̄ si diuites huius seculi tantuz amant mundiciaz in eis qui sibi seruiunt cibum preparando: quantuz ille de quo legitur in cant. Qui pascit iter lilia. i. puritate delectatur. Aug. Deliuus ē spiritualia penitus omittit: q̄ i pure tractari vel tangi. In ecclesiasticis officijs deus non frequentiam multoz: sed deuotiones probat animoruz. ¶ Ad tertium pertinet q̄ legitur in Malachie: Labia sacerdotis custodiunt scientiam: z legem requrunt ex ore eius. quia ag̃elus domini exercituū est: plus etiam est: q̄ angelus quantum ad dignitatem sacerdotalem: quā non credimus esse angelis concessam. Non enim si proferret angelus verba illa. Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus fieret transuberatio quia non habet ordinez qui ad hoc exigitur. Nec angelis legimus dictum quoruz remiseritis peccata remissa sunt. vt legimⁱ discipulis dictū. Jo. penu. Hoc tamē verbū sane intelligendū ē. Est

etiã vt deus: vnde sup illud. xvi. Math. Vos ãt quez me esse dicitis? dicit Interli. vos ab alijs discreti non homines: sed dij Et i lege: dijs nõ detrahes ⁊ pricipi populi tui non maledices. Et quale est vt quis viuat vt porcus qui est vt deus?

¶ De peccato carnis in personis religiosis cuius magnitudo peccatis ex modis probatur. xij.

Ad c Deinde ostendendũ est quo aggraueturpeccatũ carnis in religiosis psonis. Et primo ostendemus hoc generaliter in quibuscũq; psonis religiosis deinde specialiter in sanctimonialibus. Et no. q. vi. sunt circũstantie aggrauãtes petñ clericoꝝ q sunt in sacris ordinibus constituti. Possunt similiter ad peccatum pfonaꝝ religiosaruꝫ referri ista: sed causa brevitatis de hoc ad presens dimittamus.

¶ Sex aũt sunt p que ostendi pot quãtuꝫ aggrauetur hoc peccatũ in religiosis. Primum est hoc q moy. narrat. vi. Gen. assignãs cãm dilauij: cũ cepissent ingt hoies multiplicari sup terram ⁊ filios procreassẽt videntes filij dei filias hominũ: q pulchre: acceperũt sibi vxores ex omnibus ꝙs elegerant: Staũt displicuit tñ deo: q filij dei filias hominũ in vxores acceperunt q tum displicere est credendũ deo: cum filij dei cũ filiabus hominũ fornicãtur: ¶ Secundum ẽ q. cetus religiosoꝝ ẽ nobilioꝛ ps in sponsa christi. s. ecclesia: vnde p facie intelligitur: ⁊ in sponso ecclesie maxime displicet macula in eis vñ ipse dicit in cant. sponse. Ostende mihi facie tuaꝫ. Qui magnam alicui contumeliã vult facere maculet ei faciem: vnde iudei in faciem christi expuerunt: vt contumelia maioꝛ esset. Sic christo contumeliam magnã faciũt: quia faciem sponse: p qua abluenda facie ꝓpriaꝫ sputis iudeoꝝ exposuit maculant: vel in se vel in alijs. ¶ Tertium est hoc q peccatuꝫ carnis in religiosis apostasia est. Si enim qui habitum religionis deserit apostata iudicatur cum castitas magis substantialis sit religioni q̃ habitus qui castitatem deserit apostata est: vñ de tali vez est q legis. vi. Prouer. Nõ apostata vir inutilis nec quantũ ad deũ vtilis est. Quicqd. n. facit in claustro non valet ei ad meritũ vite eterne. Et quo ad hoies inutilis est cum eis sit scãdalo ⁊ derisioni. ¶ Quartuꝫ est hoc q diabo. ita studet ⁊ laborat vt religiosos faciat cadere: ⁊ precipue in peccatuꝫ carnis vnde in ecclesiastico venatio leonis. onagri in heremo. Leo est diabo. cuius ẽ venatio monachus in heremo claustri. Diabo. quasi lecatoꝛ cibos insitatos querẽs: vñ Habacuc. i. Incrassata ẽ pars eius: ⁊ cibus eius electus. Quãtũ placeat diabolo peccatum carnis in religiosis põt ostendi per hoc q legitur in dialogo. Gre. Quod Andreas Fundane ciuitatis episcopus cũ vitam virtutibus multis plenam duceret: ⁊ continentẽ quandã monialẽ q̃ secũ prius habuerat: noluit ab episcopi sui cura repellere: certus de sui ⁊ eius continentia. Sed hostis eius spẽm illius cepit oculis eius inprimere: aditũ temptationis exqrẽs. Quadam vero die iudens de campania appiã tendẽs: cũ iam esset nox nescies quo deciinaret: iuxta apollinis templum se ꝓtulit. Nocte vero media dũ p timoꝛe vigilaret: vidit malignoꝝ spiritũ turbam in ecclesiam aducnire. Quoꝝ princeps discutere cepit qd egissent. Et post multũ: vnus exiijt q in andree animũ p speciem sanctimonialis semine alapam daret. Tunc blãde exhortatus est cũ vt perficeret q ceperat: vt singularem palmam teneret. Tũc iudeus accedẽs ad episcopũ: diligenter ab eo licet hoc celare vellet extoꝛsit: quem episcopus ad fidem monuit: ⁊ baptizauit. ¶ Idem facit quod legitur: i vitis patrum: q dicebat, quidaꝫ thebeꝰ senex q. filiꝰ fuisset sacerdotis idolorum. Et cum quadam die videret patrẽ suum in templo sacrificantem idolis. vidit ⁊ sathanam cum militia eius astantez Quẽ cum singuli demões adorassent: cõtulerunt facta negtie sue. vñ ait per. xxx. dies hominꝫ vnius prouincie plurimos occidi: Alius ait. per. xx. dies plurimos submersisse in mari. Alius se. per. x. dies interfuisse nuptijs ⁊ sponsum ⁊ sponsam occidisse: ⁊ multam sanguinis effusionem incxasse: hoc audito: sathan omnes flagellari iussit: tandez vnus dixit: per. xl. annos incitasse se quendam monachum in heremo ad peccãdũ: ⁊ vix cũ illa nocte compu

lit eū fornicari. Tūc surgēs osculās eum: iposuit et coronā: quā habebat dicēs: eū gdē maximū fecisse. ¶ Quintū ē hec q deus legitur ita grauiter punisse petā illa que in claustris sunt cōmissa. ¶ Primus claustrū fuit in celo: in quo ipe de' abbas fuit in quo gdā cōspiratiōnem fecerunt ⁊ absq spe venie dānati sunt. ¶ Scūs claustrū fuit i terrestri paradiso: in quo q inobedientes fuerūt de paradiso expulsi ⁊ morti cū tota successione sua dānati sunt. ¶ Tertiū claustrū fuit in principio ecclie: i quo petrus fuit abbas: in quo q pprietarij esse voluerūt morte subitanea perierūt. Lā ät quare peccatū in claustro cōmissuz adeo deo displiceat: pōt esse duplex. ¶ Una tā- gitur. xxvi. Ysaie. Ubi sic legitur in terra sanctorū iniqua gessit: ⁊ nō videbit gloriā dñi: multū displicet deo: q diaboli filius: locū occupet: in quo deberet esse sanctus ¶ Scūa causa est: q: clustrales debēt esse serui dñi: propie ppij: vnde valde magnā cōtumeliā reputat hāc sibi deus: cū a talibus cōtēnisē videt. ¶ Sextū est hec q vita claustralis ē angelica vita. Imitari eni dz angelicā vitā in puritate p castitatem. Iero. In carne eni preter carnē viuere: nō humane nature: sed virtutis āgelice. Et in caritatis feruore vsqz ad oiuz coionem: ⁊ in pfectione obedientie: vt sicut in celo sic ibi voluntas dñi pfecte fiat claustralis: ergo āgelus ē: ergo: vel malus vel bonus: si B malus ē diabolus: vel demon. Nihil aliud est malus angelus: q̄ diabolus. Et sic claustrales luxuriosi sunt demōes icubi. Iero. Professionis christiane religiōis malicia: nihil hz mediū inter angelos ⁊ demones: aut erūt āgelis equales aut demōibus nō ipares. In claustralibus videt hoc peccatū maximū eē: ⁊ indecēs: q: spūalissimi debēt esse. Et hoc peccatū pre ceteris eos carnales reddit. Eficit.n. in hoc peccato: hō totus caro. Macula est intollerabilis in oculo q̄ parū grauaret in alio mēbro. Uiri cōtēplatiui sunt vt oculi.

¶ De peccato carnis i personis religio. L Equitur de pctō carnis in sancti- s montalibus: qd adeo est graue: q non est sola fornicatio: imo est ibi adulteriū ⁊ incestus: ⁊ stupū: ⁊ quasi peccatū cōtra naturā: adulteriū est ibi: cum fit accessio ad sponsam xpi. Et valde est grave genus adulterij si attēdatur cui despōsata est: quoniā altissimo. Quāto eni nobilior est cui despōsata est: tanto maior est cōtumelia: ipsi est desponsata cui angeli seruiunt. Attēdere etiā dz qui eā sollicitat: q sponsa est domini sui: vnde cū peccato adulterij erit crimē proditionis. Docattē debat ioseph: q domine sue dicēti sibi dormi mecū dixit. xxxi. Gen. Quomō possuz facere hoc malū: ⁊ peccare in dñm meuz? Attēdere etiam deberet q sponsa ista est adeo dilecta domino suo: q inclusit eam: oblita enīz est populū suū: ⁊ domū patris sui: vnde cōcupiuit rex decorē eius: iuxta verbū. Ps. Ad hoc adulteriū specialiter pōt referri: q legitur. Prouer. vi. Zelus ⁊ furor viri: nō parcet in die vindicte. Stupū illicita deflorato virginis: frequenter est. Incestus etiā tbi: ⁊ valde graue genus peccati: eo q: cuz vxore patris fornicatur vnde ad hoc potest referri: q legitur. i. ad. Cor. v. Auditur inter vos fornicatio: ⁊ talis fornicatio. Qualis nec inter gētes: ita vbi vxorem patris sui aliqs hēat. Ad idez potest referri q legit. Gen. penul. Ruben effusus es: sicut aqua nō crescas: quoniaz ascendisti cubile patris tui: ⁊ maculasti stratum eius. Est etiaz ibi quoamdmodo vitiū cōtra naturā: cū fornicatur aliqs cū mortua: tam sudario inuoluta cū. Religio se persone: que pfecte ordinem suū seruāt cōtinue: sudariū suum ferunt: q: in habitu suo sepeliuntur.

¶ De incitamentis luxurie. z. ps xiij. Icto de his: que faciūt ad detestā- d luxurie ⁊ de spectebus ei? Dicēdū est de his que prestant occasionē. huic peccato: que sunt viij°. s. Ocium. Indiscreta sumptio cibi ⁊ potus. Exhortatio vetularum: vel aliaz persōnarū: que sunt cōsiliatrices turpitudinis. Et pranū exēplum. Aspectus mulier. Colloquiū: Auditus. vel cantilenarū amatoriaz: vel instrumētoz musicoz: vel turpiloquiorum. Et tactus. ¶ Quod ocium det occasionem huic peccato: patet ex scriptis. Ethnicoz: ⁊ etiaz ex sacra scriptura: vnde. Poeta. ¶. Queritur egistus: quare fit factus adulter. In promptu causa est desidiosus erat. Et xvi. Ezechiel. Hec fuit iniqtas sodome sororis tue: superbia saturitas panis: ⁊ habundantia: ⁊ ociū. ¶ De indiscreta sumptiōe

esbl: ⁊ pot⁹: quomō fit causa luxurie satis dictū est: vbi de vitio gule dixim⁹. Dicit ēt Jero. ꝙ difficile inter epulas seruaꝫ pudicitia ⁊. Ber. Periclitaꝫ castitas in delitijs tez. Jero. Pro membrorum ordine: ordo vitiorum est. hoc ꝙ mēbra generationis deputate.

¶ De exhortatione vetulaꝝ ⁊ aliaꝝ personarū ad luxuriam: cuius magnitudo peccati. x. rationibus comprobatur. xliij.

Equit de peccato vetularū. Multa aūt sunt: per que pōt ostēdi magnitudo huj⁹ peccati: ¶ Primū ē hoc: ꝙ peccatū illō: est diabolicū. On⁹ diaboli est operā dare vt homem deijciat i peccatū. Sic studiū taliuz vetulaꝝ est vt mulieres inclinet ad peccatuz: nec hñt de peccato illo qñq; nisi fetorē: ⁊ potū vnum vini: vnde. Johel. iij. Puellā vendiderūt p vino: vt biberent. ¶ Secōm est: ꝙ hoc op⁹ eaꝝ: magis nociuū est q̄ opus diaboli: vbi enim nec hō: nec diabolus: pōt aliqd facere per se: ibi facit vetula: vnde recte pōt dici diabola: eo ꝙ in peccato diabolo assimiletur: a peccato enim hz diabolus: ꝙ sit diabolus: qui creatione est āgelus. Posset ēt dici sathan: ꝙ interpretaꝫ aduersator. Efficatius eni aduersaꝫ saluti eius quā monet ad malū q̄ ipse diabolus. ¶ Tertiū per ꝙ ostendi pōt magnitudo huius peccati est pena serpentis: a dño inflicta. Serpēs enim quē diabolus sibi elegit: vt per eū mulierē decipet decem et ꝙ mulieri assimilaretur: erectus eni erat tūc: ⁊ scōm Bedā. vultuz virgineū habēs: significat recte has vetulas quas diabol⁹ eligit: ad alias mulieres deijciēdas eo ꝙ sint eis similes. Licet āt serpens tanq̄ creatura irrōnabilis nō itellexerit qd fecerit: tamē. in. iij. punitus est cum mulier in duobus punita sit tantū: ⁊ B. vir tantū in vno. n. q: in solo esu peccauit in labore querendo sibi edulium: punita est: vnde dictum est ei. Maledicta terra in opere tuo ⁊c. Mulier superbiuit: ⁊ in fructu peccauit. Ideo deus eam humiliauit dicens sub viri potestate eris. Et in fructu eius puniuit eā dicens. In dolore paries. ¶ Serpens vero quia hominē delecit: prostratus est: cuz prius erectus incederet: vñ dictū est ei. Super pectus tuuz gradieris. Quia habuit in ore mendaciū: ideo in ore eius positū est venenū. Et in cibo punitus est: vnde dictū est ei. Terram comedes oī bus diebus vite tue. Quia mulierē decepit ideo dictum est ei inimicitiaſ ponam inter te ⁊ mulierē. Et post: ipsa cōteret caput tuum. Et est argumentū: ꝙ mulieres sancte multū debeant odio habere tales vetulas non naturam: sed vitiū eaꝝ. Et nisi se correxerint: debent procurare eo mō. quo scōz deū poterunt: vt a vicina sua expellant eas Qualiter ergo punientur vetule que intelligunt peccatū qō faciunt: si sic serpens punitus est: qui non intellexit. Sicut serpēs in ore punitus est: sic punientur: ⁊ ipse. Et q: vitium: ꝙ pro peccato: ꝙ faciunt. bibūt fel draconū erit vinū eoz: ⁊ venenuz aspidum insanabile. Ipsis etiam dicetur. Nō terram comedis: sed carbones comedes omnibus diebus vite tue. Et q: se plantaz vel pōté dialbolo fecerunt: vtp eas ad mulieres diabolus transiret: ipse pstrate conculcabuntur: ⁊ vadent sup eas horribiles vt ait Job. ¶ Quartū est ꝙ legitur. xxviij Eccle. De lingua tertia vbi ita habetur lingua tertia: mulieres fortes eicit: vel mulieres vitatas hz aliam litteram: vel ēt muratas. Et quibusdam interpositis subiungit ⁊ vtilis potius infernus: q̄ ille ignis infernalis nō vrit: nisi illos qui sibi adducuntur: ⁊ qui hoc meruerūt: sed lingua tertia iniustissime exurit igne peccati: illos ēt q sibi nihil nocuerunt. ¶ Quintū est hoc ꝙ vetula talis se habet sicut lingua in corpe diaboli: quod est congregatio malorum: Ex quo satis pōt ostendi: ꝙ multa malicia sit in huiusmodi mulieribus. Si enim tātum est malicie in lingua vnius hominis vt habetur in canti. Jacobi. z. Quantum credenda est habere malicie lingua diaboli? De lingua hominis dicit Jac. Lingua nostra ignis ē: vniuersitas iniquitatis. Et post que maculat totum corpus: ⁊ inflammat rotam natiuitatis nostre inflammata: a geyenna: Ita lingua est inquietum malum: plena veneno mortifero. Quod ō lingua diaboli verissime posset dici: scilicet de vetula: cum diabolus vt faber sit iuxta illud. Isa. Ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas. Et iuxta illud. Job. Alitus eius prunas ardere facit. Vetule iste sunt vt folles ipsius. Attestatur autem nigredo vetularum hoc officio. Ipse etiam vetule sunt: quasi larue sub quibus latet diabo-

lus: ⁊ in ḡbus operatur. Si enim se manifestaret in ꝓpria forma: horroré mulierib⁹ incuteret. Ipse etiam ree sunt proditionis apud deū: cuius castra explorant: ⁊ procurāt: vt diabolo tradant: presertim cuꝫ xp̄s in tēpore passionis laborauerit vsq; ad sudoré sanguineū: ⁊ tm̄ doloré sustinuerit: ꝙ nō fuit dolor sicut dolor eius: ⁊ t̄ tū expenderit: ibi enī fractū est alabastrū: ⁊ vnguēt̄ misericordie effusuꝫ t̄ta habūdātia ꝙ eā senserūt celū: terra: ⁊ infernus: vnicā tātū aiaꝫ. s. latronis in actu lucratus est ibi. Ex quo satis pꝫ: quātū peccent hē vetule: etiaꝫ si nō auferrēt: nisi vnā aiam dño in tota vita sua: cū tale dānū faciant ei: quale lucruꝫ ipse fecit in cruce. Jtē si p̄dicator vnus nō lucraretur: in tota vita sua nisi vnā animā: multū faceret: cuꝫ vna anima plus valeat q̄ oēs diuicie huius mūdi: igitur si aliqua vetula toto tēpore vite sue: nullū aliud malum faceret: nec corde: nec ore: nec ope: nisi ꝙ vnā animā deo auferret nimis eēt. Jtez si aliquis vendidisset vnū de vicinis suis comedēdo ⁊ bibendo cū eo: aliquibus: q eum corporaliter iugularent: valde malus iudicaretur. Uel si aliquis ad tantam malicīā peruenisset: ꝙ pro. xij. denarios hominem vnuꝫ corporaliter interficeret. Q nā mala ergo iudicāda est: que tot animas vendit ad interficiendum eas: spiritualiter: comedendo ⁊ bibendo cum eis: ⁊ que non pro xij. de. sed pro potu vno vini interdum in monte vnius anime consentit: preterea incendiarij: qui furuꝫ domos ⁊ aceruos manipulorum incendunt in guerris: pessimi ceteris reputātur: ⁊ maxime sunt exosi: vetule autem iste incēdiarie sunt: luxuria que ignis est vsq; ad consumptionē deuorās: vt legitur in. Job. In cordibus hominuꝫ ponūt: nec parcunt etiam templis: fideles tēpla sunt deo in baptismo dedicata. Jtez si nullū sacrificiū ē deo ita acceptū vt zelus aiarū: nullū sacrificiū est diabolo acceptius vt perditio earū. Et nihil sic deo displicet: vetule tales proprie videntur esse de familia diaboli: ⁊ sic christus voluit vt sup apostolos apparerent lingue ignee: ad ostendēdū quod officiū eorū erat: verbis corda hominū: igne celesti inflāmare: sic diabolus si vellet officium istarū vetularum hominibus ostēdere: linguas igneas igne fetido inferni faceret: super eas apparere.

¶ De malo exemplo ꝙ quod excitatur luxuria. xv.

Q Equitur de malo exemplo qđ frequenter dat occasionem peccato luxurie: ⁊ licet malum exemplum vniuersaliter sit multū timendū: precipue tm̄ exēplū: huius peccati: qr in membris generationi deputatis maxime seuit ꝑ cupiscentia: vnde non accideret de facili ꝙ aliquis videret aliquos fornicari gn temptaretur vnde in ecclesiastico. Qui se iungit fornicarijs: erit neq;. Et Apo. i. ad. C. ex. C. oḡns de chorinthio fornicatore. Nescitis qr modicū fermenti totam massaꝫ corrūpit: Expurgate ergo vetus fermentum. Et Señ. vnū exemplū auaritie: vel luxurie: multū malifecit: ⁊ ets ḡ sūt in matrimonio. Nō est tutuꝫ habitare cū illis: qui virginitatē vel castitatem volunt seruare.

¶ De aspectu mulierum vitando. xvi.

habūdantia querit submergere. ¶ Quar
to preuidebat dñs superbiam que nascitura
erat in eccle.ex habūdantia tpaliuz: De q̄
videtur loq dñs.p Isa.xl. Pona ingtte in
superbiā seculorꝫ gaudiū ingen.t gen.ꝛc.
Superbia seculorꝫ.i.talis:qualis est honor
in secularibus est honori eccle dei.B. Ad
Eugenium papam. Videns totum eccle-
sie zelum pro dignitate fruenda. Dignita
ti totum datur:sanctitati vero nihil.vel pa
rum. Gaudium cui maledixit deus. Luc.
vi. Vicens ve vobis qui ridetis:prefert ec-
clesia luctuz:cui datur benedictio: de quo
ibidem. Beati q nunc fletis. Quod ät segt
t mamilla regū lactaberis:pōt intelligi di
ctum in derisionē ecclesie:que in senectute
sua.lac.s.transitorie ꝓsolationis non cessat
suggere. Ecclesia quasi in infantia sua fuit
sub veteri lege: vnde dñs promittebat sibi
terram fluentem lacte t melle. Lac enim
mel cibus sunt parulorꝫ. In aduentu ve-
ro christi: a lacte separata est. Sed modo
quantum ad maiorem partem sui: ad lac
redeunt:q signū est parulitatis. Superbia

ꝛ diuitie quasi ꝓnexa sunt: vnde opes vocantur supbie. Prouer. vij. ¶ Quinto nolebat dñs: ꝙ eccle. haberet fidutiam suam in aliquo q̄ in ipso. Uolebat potius eam fūdaꝛ supꝛa petrā: q̄ supꝛa terrā. vñ Mat. xvi. Sup hanc pe. edi. e. m. Si fiduciā suā habuisset eccle. in deo: ꝛ no in diuicijs: nō ita elongasset se a deo. Exemplū legit̄ in vitis patrū: ꝙ qdā venerunt in ciuitatē q̄dā: vt distribuerēt ibi elemosynas. Et venerūt ad domum cuiusdā pauꝑis vidue: que cū eēt candidatrix: luerat ad opus suū: quādā tū eius inuenerunt filiaz: que apparuit eis quasi tota nuda: ꝛ voluerūt ei dare vestes que noluit eas accipere. Mater etiam euz venisset noluit eas accipere: sed dixit. Ego habeo meum pꝛocuratoꝛem deuz: ꝛ vos eū a me vultis tollere hodie. Et illi glorificauerūt deū. ¶ Sexto sciebat dñs oculuz ecclesie impediendū esse tpalibus' istis ab officio suo. Modicū. n. puluerīs vel palee oculū oino cessare facit ab officio suo. Ideo voluit duces ecclesie pauꝑes eē: eo ꝙ pauꝑtas expedita eſt sicut. Seneca dicit ꝛ subdit. Si vis aio vacare: aut pauꝑis sis: aut pauꝑis similis. Et si cetera membꝛa coꝛporis: ad plura offitia ꝓueniant: vt lingua ad gustū: ꝛ ad locutionē: ꝛ manus similiter ad multa: oculus tū vnicū habet: ꝙpta tum terre maxime timet. Sic oculꝰ ecclesie ꝓtēplationi legis diē debuit intendere. ꝛ a terrenis istis separari: ꝫ pes hominis a ceteris mēbꝛis eius speratus non sit: hꝫ tū artez pꝛo se separatā: que ei deseruit ꝛ artifices q totaliter circa calciamēta eiꝰ intenti sunt. Quanto magis debent eē alicui: q totaliter spiritualibus sint intenti? Sed hodie magis occupata est ecclesia in tpalibus: quo ad magnā paꝛtem sit: q̄ fuerit synagoga: vnde q̄ fuit datū a Constātino occidentale imperiū eccle. dei facta ē vox de celo dicens. Hodie infusum est venenum eccle. dei Mercēnarij mali latrōes sunt. Aliunde enim intrant in ecclesiaz: q̄ p christū: vnde super illud. Jo. x. Qui nō intrat p hoꝛ. ꝛc. dicti Glo. Aliūde quis intrat vel non bene sentiendo de xp̄o: vel nō dei gloꝛiam: sed suā acgrendo. Ipsi etiam non abhoꝛrent spoliare crucifixuz: similes militibus q spoliauerunt xp̄m crucifigendo. Isti sunt q iudaizant in ecclesia dei: potius eligentes eē discipuli Moysi q̄ christi. iuxta illud Jo. ix. Ubi dixerunt iudei, ceco. Tu discipulus illius sis: nos aūt discipuli moysi sumus: q tpalia volunt: que ꝓpinquit moy. Discipuli xp̄i sunt: q cōtemptis terrenis celestia volunt habere: que xp̄s pꝛomisit. Mercēnarij. n. quodam modo penā patiuntur illam: qua dñs solet punire luxores blasphemantes. Habent. n. faciem coꝛ dis: quodam modo pꝛeposteratam. Quū n. deberent pꝛeteritoꝛ obliuisci. ꝛ in anteꝛioꝛa se extēdere iuxta verbū: Apostoli ipsi potius iuxta verbum ꝓphethe fiunt in retro ꝛ nos in ante. Faciem. n. habet versaz ad tpalia ista: que retro debent eē: ꝛ doꝛsū ad spiritualia bona: que debent eē ante. Unde figurati sunt per: xxv: viros habentes doꝛsa ad templum. quos vidit Ezech. Ipsi debēt attēdere. qd acciderit Sicchē ꝛ populo eius: q pꝛo re tempoꝛali: spirituale opus fecerunt circuncidentes se ꝓ filia Jacob. ꝛ vtilitatem quā sperabant a Jacob ꝛ a filijs eius. vnde Gen. xxxiij. Dicit Sicchen. Substantia eoꝛ: ꝛ pecoꝛa: ꝛ oia que possident nostra erūt. Occasione enim illius circūcisionis interfecti sunt. Sic qui terrenis spiritualia faciunt: timere possūt ne eternaliter occidantur.

¶ De septez signis auaricie in ecclesia dei apparentibus. xx A

Equitur de signis auaricie: que apparent in ecclesia dei. ¶ Primuz signum ē quum vnus hꝫ multa beneficia: quoꝝ vnum sufficeꝛet sibi fm statuz sne persone ¶ Scōm quum aliquis in die multas missas celebꝛat: nisi in casibus a iure exceptis. ¶ Tertium est cum aliquis in eadem missa multiplicat officia. ¶ Quartum est cum quis multiplicat altaꝛia non necessaꝛia. ¶ Quintum est pꝛomotio ad sacros oꝛdines. vel dignitates eoꝛum. qui sunt infra legittimam etatem. ¶ Sextum est reseruatio fructuum. ꝛ congregatio ineis qui habent annuos redditus. ¶ Septimum est concursus ad futura: ꝛ pꝛocessiones: ꝛ nummos. ꝛ orationes. ꝛ breuiter ad omnia ad que esca alicuius lucri terreni allicit eos. ꝛ negligentes eoꝝ. in quibꝰ nullum lucrum paratur. Et licet aliqua ex his ex deuotione interdum fiant. cupiditas tamen ea adinuenit. Multa sunt autem signa. sed causa breuitatis tantum de his tangemus incipientes a pluralitate bene

ficiorum. De qua quidam de ꝓsilio auari
cie dicunt: ꝙ meritorie potest quis habere
plura beneficia ecclesiastica: licet vnus eoꝝ
sit ei sufficiens scdm statuꝫ sue persone. de
quoꝝ numero: gdam cum longo tempore
asseruisset. hoc est mortale peccatum: dum
vnicum beneficiū habebat: dato sibi scdo
beneficio asseruerit: ꝙ licite possit: qs plu
ra beneficia hēre ⁊ addidit: ꝙ nullus pos
set hoc intellgere: nisi g non habet ea. Cu
ius rei talis potest assignaricansa: sicut le
gitur. zacha. vi. Impietas est oculus eoꝝ
in vniuersa terra. Luxuria est oculus luxu
riosi. Auaricia est oculus auari: ⁊ sic de ce
teris impietatibus. vnde accidit ꝙ alicui
luxurioso aliqua fatua mulier: quā nimio
diligit amore videtur pulcra: cū in veritate
sit turpis. Et h̄ est: quod oculo luxurie eaꝫ
intuetur. Nimius. n. amor luxuriosus: g in
eo est. facit sic iudicare de pulchritudine il
lius. Alius autez g non habet huiusmodi
oculum non videt illam pulchritudinem
in illa muliere. Sic ille in quo est oculus
auaricie: videt ꝙ aliqs possit habere plu
ra beneficia ecclesiastica: se sustentantia: vi
sione falsa: vel fantastica. Illi aūt g nō ha
bent oculum auaricie: non vident h̄. vnde
dicunt maluꝫ esse habere plura talia bene
ficia ecclesiastica. Quod multipliciter po
test ostendi

¶ Distinctio de tribus principijs opatio-
num nostrarum.

Primo sic. Tria distinguntur princi
p pia operationum nostraꝝ. s. natura
gratia ⁊ vitium. Igitur cū aliqs ha
bet: vel vult habere plura talia beneficia:
vel natura est principiū huius operatiōis
vel gratia vel vitium. Et videtur ꝙ non
natura. Natura. n. paucis contempta est.
Seneca. vnde exiguū ꝓtenta natura desi-
derat. Et. i. ad Thimo. vi. Habētes alimē
ta: ⁊ qbus tegamur: his ꝓtenti simus ⁊c.
Gratia ēt non videtur eē principiū huius
operationis: Qō multipliciter potest ostē
di. ¶ Primo: qz gratia paucioribus con-
tenta est. magis q̄ natura. Quod ostendi
potest per hoc ꝙ ipsa ē aqua sitim terreno
ruꝫ extinguens vnde Jo. iiij. Qui biberit
ex aqua ⁊c. Super hoc dicit Aug. Qui bi
berit ex fluuio paradisi: de quo gutta vna
maior est q̄ occeanus restat vt in eo sit ex-
tincta sitis mundi. ¶ Secūda potest ostē
di. Idem per hoc qō dns contrarium con
sulit. Consilium. n. quod est dei est summa
paupertas. vnde non est verisimile: ꝙ gra
tia ipsius contrarium consulat. Si. n. gra
tia ipsius consuleret: multiplicationem tē
poralium ipse deus consuleret. Hoc dicit
n. deus facere: ꝙ facit gratia eius. Et sic de
us consuleret contraria. Et sic esset in eo ē
⁊ non. Cuius contrariū dicit beatus Ber.
super illud. Ductus est iesus in deser. a spi
ritu. Absit ingt: vt spūs veritatis. qui te ad
ducit huc reducere velit. qa non est in ore
eius est ⁊ non. ¶ Tertio potest illud osten
di per hoc: ꝙ in fine vite huius cum dns
venturus est ad eos non auderet retinere
multitudinem talium beneficiorum. Si. n.
gratia dei: ⁊ amore ea possiderūt: desidera
re deberent: vt in tali statu a dño inuentan
tur vt ab eo dignaꝫ mercedeꝫ recipiāt. Et
si vnctio gratie in statu sanitatis: docebat
eos beneficia multiplicanda eē: ipse in sta
tu infirmitatis cū maior est: ⁊ deuotior nō
pmitterunt eos de hoc dubitare. Nō videt
esse consilium diuine gratie: quod aliquis
in statu illo viuere audeat in quo mori nō
audeat. ¶ Quarto pōt ostendi his aucto-
ritatibus qae sequuntur. Aug. Qui veraꝫ
fidem habet. nō cupit in his miserijs fieri
dives. Non videtur ergo habere fideꝫ verā
que est prima gratia: ille q desiderat hēre
plura talia beneficia. Quomodo ergo con
sulit ei gratia. quā non habet. Iteꝫ caritas
non volat ad muscas. Caritatis etiā cum
ignis est: nō tendit deorsuꝫ. Propterea cū
caritas deum sup omnia amet: ipsa nō de
siderat multiplicationē terrenoꝝ: qbus eū
amittat: vel impediatur ne ei intēdat. Un
de Aug. Ocium sctūm querit caritas veri
tatis. Idem videtur q̄ dez mihi animū plu
ribus attestationibus intentum dño quo-
dammodo vacuari. Non ē verisimile: qō
caritas querat: qō eam deo euacuet. sz po-
stea querit pacem: inq̄ factus est locus ei⁹
Ipsa est pallium breue: ꝙ vtrunq̄ operire
non pōt. De quo legitur in ysa. Unde Au
gu. Domine p auaricia meam amittere
te noluit: sed volui possidere te: cum men-
dacio. itaq̄ te amisi. qa non dignaris
cum mendacio possideri. ¶ Propterea ca
ritas plus diligit legem dei: q̄ milia auri: ⁊
ar. Non ē ergo verisimile. ꝙ ipsa consulat
multiplicationeꝫ tpalium: que regrit mul-

tiplicationē actionū que ipedit hoiez a studio otiose sapie. Uñ Eccles. xxviij. Sapia scribe iterpretat vacuitatis: z qui minorat actu: sapiam precipiet ꝛc. Patet ergo ꝙ operationes p̄dicte non sunt a natura vel gratia. vnde relinquitur ꝙ p̄incipiū eius sit vitium: z sic ꝙ nō sit licitū vnū hoiem habere plura talia beneficia. Et hoc satis potest manifestari: si cōsiderent cause pp quas aliqne credūt sibi hoc licere.

¶ Cause pluriz bñficioꝝ sed inefficaces.

B a Uij enim credūt hoc licitum esse: qz beneficia illa bene expēdunt. Alij qz nobiles sunt. Alij quia vicariū ponūt. Alij quia administrationē tēporaliū terribiles sunt: vel ppter sapiētiā mūdi: vel ppter potentiam. Cōtra illos q credunt: ꝙ possunt illa habere qz bene expediunt dicimus ꝙ nō sufficit medico bene expendere: que sibi dantur ab infirmo: z nullam habere curam de infirmitate eius. Similiter nō sufficit aduocato bene expēdere salarium: z nō itromittere se de causa. nec stipendiario sufficiunt stipēdia sua bene expēdere: z de guerra se nō itromittere. sic clerico habēti ecclesiastica bñficia nō sufficit bene ea expēdere: nisi faciat officia: quibus illa adnexa sunt. Contra illos vero qui credūt se posse habere plura talia bñficia: quia vicarios ponunt. Primo dicimus ꝙ eadez ratione layc⁹ vnus: imo etiā mulier posset habere .x. bñficia ecclesiastica. Posset. n. ponere vicarios. Propterea ridiculū est cōtrahere matrimoniū spe ponendi vicariū: z qui hoc facit videt excidisse. in illam maledictionem. Deutero. Uxorē accipiet: z alius dormiet cum illa. ¶ Tertiū querim⁹ de vicario illo: vtrum sit pastor vel mercenarius. Si mercenari⁹ est: latro est. sicut p̄us ostēsum est. Cū ergo dicit aliqs: bene possum habere hoc bñficium: quia ponam vicariū ibi: ponere idē est: ac si dicat bene possuz habere illud: qz ponā ibi latronez: qui furetur z mactet et perdat. Jo. x. Si vero pastor est: que ratio est: vt tu habeas duas ecclesias. ipse nullā. Nunquid nō dicit tibi. Joh. i. Gratia dei: vel in quo est gratia dei: nō licet habere tibi vxorē fratris tui. ¶ Quartū queritur a tali: vtrū vicarius ille sit minus bon⁹: vel eque bon⁹ vel melior q̄ ipse. Si minus bonus: tūc ratio naturalis dictat: ꝙ nō est recipiēdus p̄o eo. Operarius enim in vineā alicui cōductus: nō potest vicariuz minus bonū ponere. Si vero eque bon⁹ vel melior est: que ē ergo causa ꝙ ille habeat duo beneficia z ipse nullum? ¶ Quintum ꝙ ipse deberet attēdere quid acciderit de p̄mo vicario synagoge. Sic. n. legit .xxxiij. Exo. Hoy. relinques populū: satis paruā hozam facturus cum domino: dimisit vicarium satis bonū Aaron. z tamē in redditu populum quez fidelem reliquerat infidelem z ydolatram inuenit. ¶ Preterea dicit apostolus. ꝙ si quis nō laborat nō mā ducet. Quo iure ergo pascitur aliquis de bñficio illo: vbi ipse nō laborat. Ordinauit deus. vt qui seminat spiritualia: metat carnalia. qua ratione ergo pauper vicari⁹ spiritualia seminabit. z ali⁹ carnalia metet cum deus dicat: quos deus cōiunxit: hō nō separet. Quo iure denarius ille: quem subdit⁹ offert pauperi vicario sibi spiritualia seminanti. accipiatur a patrono male vidēte? Et si quo ad forum cōtentiosum ibi ius videat habere. tamē quo ad iudiciū sacre scripture. ipse raptor est vsurpās sibi altez eoꝝ que a deo coniuncta sunt: sine reliquo tdest mercedem sine labore. Immo etiam homicida reputatur: z respectu mercenarij: quem defraudat: z respectu pauperuz subditorum: quorum sudorem comedit. De primo legitur. Ecclesia. xxxiiij. Qui effundit sanguinem: z qui fraudem facit mercenario: fratres sunt. De ieiio legitur ibidē. Qui aufert in sudore panē. quasi q occidit. Ultio dicimus. ꝙ illiq vicariū ponūt qui sola cupiditate lucri seruiūt: z non amore dei: talem amorē facit ecclesie matri sue: qualem amorē aliquis faceret matri sue carnali: si pedem ei auferret: z loco eius pedem ligneum substitueret. Pes ligneus nō viuit: nec corpori adheret. Si vicarius qui caritatem nō habet: nō est mēbrum viuum vita spūali: nec adheret corpori ecclesie. sola enim caritate viuit gs z adheret certis mēbris ecclesie. Cōtra illos vero qui dicūt ꝙ possūt habere multa beneficia ecclesiastica qz sūt nobiles. dicim⁹ ꝙ. si filij dei sunt. z ecclesie vtiles nō volētes excedere mēsuram nobilitatis sue: forsitan iustū est: vt ō beneficijs ecclesiasticis preceteris accipiāt: si fieri pōt absq; iactura animaruz. Sed si filij diaboli sunt. qua

rõne de bonis dñi preceteris accipiant dominus. Nunquid debet nobilitatez filios diaboli honorare. Similiter si inutiles sũt ecclesie dei: vel nociui suo prauo exemplo non videtur iustũ: quod preceteris cõmodum habeant ab ecclesia: ex quo ecclesia cõmodũ non habet ex eis. Dicit Lombardus: quod ipse nõ vult habere accipitrẽ: q capiat alaudam ⁊ comedat gallinaz. Sic dñs non vult habere in ecclesia sua: q multum ei constet: ⁊ nihil ei prosit. Similiter si aliquis non est contemptus illis quib⁹ contemptus esset: si clericus non esset: ⁊ cũ paterna hereditate exheredatus sit. suppbior tamen vult esse q̃ frater suus: qui heres est Non videtur esse iustum. q̃ dominus eius superbiã pascat vel sustentet. Cuz enim superbia filia diaboli sit: non pertinet ad dñm pascere eam. ¶ Contra vero illos: qui credunt se posse habere multa talia beneficia: quia sapientes vel potentes sunt: quo ad secundũ dicimus q̃ cupiditas ⁊ auaritia doceteos in hac parte. Indolosa enim statera cupiditatis nihil ponderant spiritualia: sed sola temporalia. vñ Ber. Loquẽs de auaris prelatis. Optimi dispensatores rerum qui de maximis minimam: ⁊ de minimis maximã curam gerunt. ¶ Tertio loca potest ostẽdi non q̃ maluz sit plura talia beneficia habere: sed etiam q̃ nulli nisi ceco debeat hoc in dubitationem euenire. Certũ enim est: q̃ nullus princeps secularis: in cuius curia licitũ sit: illum qui non habet nisi vnum equuz: annonam querere ad opus duorum. Nec inuenit armiger ille simplex: qui hoc adducat in dubitationẽ. Que cã ergo est vt in curia dei. i. ecclesia: i qua sunt tot quasi de annona ecclesie: nõ possunt habere ad necessitatem: licitum sit aliquẽ: qui non habet nisi vnum equũ: annonaz querere ad plures equos: quõ dubium est inter litteratos: q̃ certum est inter armigeros. Nũquid bene debemus dicere illum prophẽticum quis cecus nisi seruus. Preterea ⁊ si licitum esset aliquem habere plura talia beneficia. tamen non expedit. Vñ pme ad Cor. vi. Omnia mihi licẽt: sed nõ omnia expedient. Et primo sumptus sume re a subditis: sed nõ expediebat q̃ pseudo apli haberent inde occasionẽ querendi ⁊ lucrandi. Sic licet esset licitum alicui viro discreto ⁊ honesto habere plura talia beneficia. tamen quia amatores temporaliuz acceperunt inde exemplum cupiditatis ⁊ auaritie: nõ expedit sicut mãducare ydolaticuz in se licitũ est homini discreto: qui nõ comedit illud cũ veneratiõe ydoli coram infirmis ⁊ simplicibus peccatũ est comedere ydolaticũ. Ipsi. n. credentes illud comedi cũ veneratione ydoli: scãdalizant inde. Unde Ber. Spiritualis homo q̃ omia diiudicat: vt ipse a nemine iudicet omne opus suum trina quadam consideratione preueniat.

¶ De trina consideratione operis.

Primo quidẽ an liceat: deinde an
p deceat. postremo an expediat. Licitum dicitur aliquid in respectu dei ad phibitionẽ. Decẽs dicitur in respectu ad persone cõditionem. Expediẽs ꝓo in respectu ad offensionẽ proximi. Considerare ergo debet sapiens: an illud quod facturus est: sit licitum. ⁊ a deo nõ phibitum: deinde an deceat personam eius. Aliquid enim decens esset in aliqua persona: q̃ indecens est in alia: precipue vero i litteratis viris: qui debent esse spiritualiter oculus ecclesie. Indecens est terrenitas: et macula cupiditatis ⁊ auaritie. Et talib⁹. n. precipue sũmatur exemplũ: ⁊ ad eos illud apostoli spectaliter pertinet. Ab omni specie mala abstinete vos ⁊ illud. Prouidentes bona. nõ solum coram deo ⁊c.

¶ Ad detestationem pluriuz beneficiorũ.

B detestationez huius peccati fa-
a cit maledicto: q̃ facit dominꝰ illis: qui sunt in peccato isto. Isa. v. dicens. Ue qui conjũgitis do. ⁊c. Quõ gs absq̃ petõ habet: q̃ cum maledictione dominꝰ hz. ¶ Secdo mutilatio ecclesie q̃ prouenit inde. Nõ videtur innocens esse: q̃ matrem suam vno mẽbro mutilat. Sic innocens nõ est: qui matrẽ suã ecclesiã mutilat pcreãdo q̃ minus habeat vnũ membrorũ q̃ debeat habere. Quod si dicatur q̃ ecclesia licet nõ habeat oia mẽbra. quo ad substantiã. tamẽ habet omnia quo ad officia vnus enim habet officium plurium. Respõdemus: q̃ licet in monoculo vnus oculus supleat officium duorũ. nõ tamẽ tantũ valet habere vnum oculum: sicut si haberet duos. Nec bene seruiret matri sue carnali: qui procuraret vt loco duorum oculo-

rum vnicuz habereț. ¶ Tertio facit ad detestationē huius peccati monstruositas ꝛ confusio: que inde prouenit ecclesia dei. Prouenit enim ex hoc peccato: ꝙ diuerse ecclesie hñt eundez oculū. Inaudituꝫ est diuersa corpora idem habere membruz. Ex hoc etiam peccato accidit: ꝙ eadem persona simul ꝛ semel. diuersa repleț loca: ꝙ videtur eē cōtra naturā. Itē accidit inde: ꝙ oculus vnius ecclesie. ois ē in alta ecclesia. qz archidiaconus vnius ecclesie: cātoꝛ ē alterius. Accidit etiam ꝙ oculus alicuius ecclesie. distat ab ea pluſq̄ per dietam vnaz. Si aliquis cecus reputatur cecꝰ eo ꝙ oculos suos habeat in burſa sua. Nunquid ecclesia talis: ceca reputanda non est: a qua oculi sui tantum distant? Oculi sapientis: in capite eius stultus autez in tenebris ambulat' vt dicit. Ecclesiastes. ij. Oculi stultorum in finibus terre. Peccatuz etiā istud: inducit quodāmodo in ecclesia dei heresim sabellij qui dicebat patrem esse filium Contra quez dicit. Augustinus. ꝙ hoc nō inuenitur. nec in natura. nec supra naturam. ꝙ eadem persona sit pater ꝛ filius ꝛ Intellige respectu eiusdem: Sed hoc vult facere peccatum istud. Accidit enī ꝙ duo sunt decani duabus ecclesijs: ꝛ vterq; canonicus est in vtraq; ꝛ sic vterq; pater ꝛ filius est: respectu vtriusq;. Preterea illud peccatū facit ꝙ eadez arboꝛ simul ꝛ semel in diuersis hoꝛtis plātata sit. Sed nō vult deus in aliquo de hoꝛtis suis arboꝛez eē q̄ fructuum nō faciat. vnde Luc. xiij. Dicit de ficulnea nō facientē fructuz. Succedite illam. Ut quid enim terrā occupat. Unde videt ꝙ in vtroq; hoꝛto fructuz facere debeat arboꝛ talis: ꝛ sic ꝙ duplex officiū dicere debeat: qui duplex beneficiuz habet. Qua ratione enim primo beneficio ad officiuz vnū obligatur. Eadē ratione secūdo ad secundum. ¶ Quarto ad detestationem huius peccati: vilitas: que ē illi. Uiliū enim personarum: ꝛ abiectaruz ē cā lucri: se periculo exponere. Unde viles se videnț ostēdere: quādo pre nimio desiderio lucri incedunt per viaz illā: quā toti viri boni asserunt latronibus plenam: precipue cū videant litteratos viro: qui per eam incepe-runt ire ad vltimum relinquere eam: ꝛ nō audere vltra trāsire. Resignant enī nec audent mori cum multitudine taliuz beneficiorum. Preterea si aliquis cibus afferetur venenatus a multis bonis viris: licet alij contrariuz assererent: tū qui aliter haberet cibos sufficientes non committeret se discrimi: vt cibū illuz cōmederet: Ad hoc ē ergo: quomodo ille qui habet vnuz beneficium sufficiēs: audet accipere aliud cū tot boni viri asserant ibi periculum esse.

Preterea ét posſēt erubescere illi: ad quos ptinet q̄rere qualiter dño seruire possent gratius ad placitum suum: quasi hoc solo cōtenti sunt: vt sic seruiant ei: ne ipse interficiat eos. Non curant enim quid sit illud: quod faciunt solummodo mortale nō sit: nō attendētes ꝙ dicit beatus. Ber. ioquēs ad viros perfectos. Nō est vestrum inquit languere circa cōmunia precepta. Nec attendunt: quid dominus precipiat: sed q̄d velit: probantes que sit voluntas dei bona bene placens: ꝛ perfecta. ¶ Quintū facit ad detestationem huius peti hoc: ꝙ talis multiplicatio beneficiorum: circa vnā personam frequenter generat apostema superbie in persona illa: sicut in corpore humano nimia collatio humoruz circa aliquod membrorum solet generare apostema. Superbia similis illi est apostemati: ꝙ vocat. Noli me tangere. Non potest enim sustinere superbus: ꝙ vitia eius reprehēdant. ¶ Sexto tū faciunt ad detestationem huius peccati diuersa exempla. Et de multis pauca ponemus. Refert Sene. in libro de būficijs quod quidam: quum illi ob virtutez ad rēpublicam bene gestam tantum agri decerneretur: quātum vna die per mundum hyrundo circuire posſet. Moneſt opus inquit ciues cui pluſq̄ vni ciui opus sit. Et subdit Sene. Quāto maioris viri putas respuisse munus q̄ meruisse. Et Dauid in. ps. 21 fructu. fru. vi. ro. f. mul. Et subiungit de se. In pa. in idipsum. dor. ꝛ re. Quartū diceret Alij in multitudine tpaliuz tantuz sed mihi adherere deo bonum est. Consuluit et Jetro. Exo. honus suum partiri: i plureꝫ vt secum esset deus. Isti veroꝝ gregare volunt multa onera in vnum: vt ab eis recedat deus. Isti non possunt dicere illud. ps. Unicus ꝛ pauper sum ego. Quum tria tria personis volunt esse non vnici. Ille qui vnus vult esse in partibus cum vnus sit in substantia videtur dicere illud verbū diabolicum. Ero similis altissimo.

¶ Sex reprehensibilia in personis ecclesiasticis.

Ex aũt videñ esse reprehẽsibilia:
F s specialiter in talibus personis.

¶ Primo reprehẽsibilis é absentia: cũ officiũ eor̃ presentiá regrat trib⁹ de causis. ¶ Primo ppter gregis pestilentiã Unde ad eũ põt dici illud verbuz Sene. Tantũ habes negocij: quantũ medic⁹ in pestilentia. ¶ Scdo ppter lupor̃ infernalũ iportunã sevitiã. Ulij enim lupi solo clamore exterent. Sed de lupo infernali legit. Job.xl. Nõ fugabit eũ vir sagittari⁹: i stipulam versi sunt ei lapides funde. Pauci sunt quos lupus infernalis singulis diebꝰ non teneat: vel per aurẽ: vel per linguam vel per aliud membrum. Illo mẽbro tenetur. quis a lupo infernali: quo cõmittit peccatum. Necessaria est ergo pastoris presentia: que oues eruat de ore lupi. Unde legit in Amos.iij. Quomodo si eruat pastor̃ de ore leonis duo crura. aut extremũ auricule. sic eruemini filij Israel. ¶ Tertio ẽ necessaria pastoris presentia ppter simplicitatẽ: in defensionẽ ouium. Certuz enim est: q inter omnia alia animalia: vnũ de simplicior̃b⁹ z minoris defensionis est ouis Cetera enim aialia: vel velocitate: vel astutia: vel fortitudine. z dentibus z vngulꝭ quasi quibusdã armis secura sunt ab hostibus suis: sed ouis nichil horꝝ habz. Ideo necessaria ei presentia pastoris que eam defendat. Similiter est in ouibus spũalibus. Multo enim maioris simplicitatis sũt q̃ ouis vel capra. Ouis enim z capra: natura-
B liter fugiunt lupuz. Oues vero spũales i ore lupi voluntarie se ponũt. ¶ Scdo reprehensibile est in talibus personis: q supra suaz virtutem spondent contra illud. Eccle.viij. Non spondeas supra virtutem tuã q̃ si spoponderis: quasi restituẽs cogita z̃c. Supra virtutez suã spondet q aiam sui in susceptionẽ prime ecclesie impignorauit: z ad hoc aliaz ecclesiaz suscipit: cuz anim̃ aliaz non habeat: q̃ in pignus. pro secunda ecclesia ponat. Deus aiam suam po suit pro ouibus suis: z si ex culpa pastoriene as ãmiserit super animã pastoris peri-
D culum erit. ¶ Tertio reprehensibile é cõtra habentes plura beneficia hoc q̃ ipsi se offerunt ad fideiussionẽ periculosissimã z fiat inter rogant: si de ea recepti fuerint: gaudẽt: quasi inuenerint thesaurũ. Solẽt prudẽtes huius seculi turare: quod nõ fide iubebunt pro aliquo ppter pericula que ex fideiussione euenire solẽt. Ad fideiussionẽ vero longe periculosiorẽ: multi se offerunt. Unde Prouer.xxij. Noli esse cũ his q defigunt manus suas: z q vades se offerunt pro debitis. Si.n.nõ habes vñ restituas: qd cause est: vt tollas operimentũ de cubili tuo. sic q curaz animar̃ suscipit: manus suas defigit. i. primo se obligat ad excolendaz ecclesie terram. Uñ Jere.i. Ecce cõstitui te super gẽtes z̃c. ¶ Scdo ad liberationẽ. Unde Prouer.xxiiij. Eruc eos q ducuntur ad mortẽ z̃c. ¶ Tertio ad spiritualiũ infirmitatũ curationem. Unde dñs in euãgelio. Nõ est opus valentibus medicus: sed ma.h. Uidẽt medici spũales: deteriores eẽ: corporalibus medicis trib⁹ de causis. ¶ Primo q̃ nullor̃ egrotor̃ curaz recusant: quãtũcunq; incurabiles videantur. ¶ Secundo q̃ licet arte spiritualis medicine: nichil nouerint: tamen curaz recipiunt. Tertio q̃ mercedem ab infirmis recipiũt: z de infirmis se nõ intromittunt. Necenim tria in medicis corporum quantũcũq; mali sint: non solent inueniri ¶ Quarto obligant se ad ꝓuisionez eor̃: que spirituali vite sunt necessaria. Unde Math.xxiiij. Quis putas est fi.ser. z prudẽs z̃c. Bene debet premeditari: qui tantã familiã suscipit: vtruz habeat. vnde possit ei ꝓuidere. Quinto obligat se ad pbendum ducatuz. Uñ Joh.x. Dicit de pastore. Cum ppias oues emiserit ante eas vadit: z oues eum sequuntur. Sexto obligat se ad placandũ deum: ppter qõ oz q̃ ipse placeat. Quomodo enim placebit: qui non placet. Unde. Grego. Quum his qui displicet ad intercedẽdũ z̃c. Sequitur i predicto verbo. Si enim nõ habes vnde restituas z̃c. Operimentum: quo cubile conscientie debet debet eẽ ornatum: vt deꝰ ibi quiescat: est gratia dei. Hoc operimentum amittit q̃ supra vires suas: curã aiar̃ suscipit. Uñ Prouer.x. Tolle vestimentuz eiꝰ qui fi.ex.z̃c. Idem vocat hoc vestimentuz q̃ ꝓuso operimentũ. Et est sensus. Tolle vestimentũ. idest tollendũ predica. Et subdit ibi. Suauis est homini panis mendacij z̃c. Panis mẽdacij vocat qui acquirit ex mendaci ꝓmissione cupidi: qui curam

animarum suscipit. sed os eius calculo ardenti implebitur. Unde alibi in Prouer. Affligetur malo qui fidem facit pro alio. Beatis vero qui post fideiussionem gaudent: dicitur in Prouer. xvij. Stultus plaudit manibus suis: cū spo. pro. a. eius. Causa ḥ est: q; non intelligit quid fecerit. Pro infirmis vero de quorū salute desperatur: se responsorem constituit: cū curam aiarū suscepit. ¶ Quarto reprehensibile ē in talibus: q; post fideiussionē non curāt de ḥ q; fideiusserūt: non attendentes q; legitur Prouer. vi. Fili mi. si spoponderis pro. a. tuo defixisti apud extrancū aiaz tuā. Illaqueatus es verbo oris tui: ⁊ capt⁹ ppriis sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi: ⁊ temetipsum libera q; incidisti in manū pximi tui: discurre festina suscita amicū tuū Ne dederis somnum oculis tuis: nec dormitent palpebre tue ⁊c. Fideiussionez istā attendebat abbas quidaz de grandi silua in cuius domo dominus Gulielmus de monte pessulano: factus monachus abbatem pro sua salute fideiussorez recepit: qui diu quersatus ibi honeste: migrauit ad dominum Ad quem abbas: peractis exequiis: dixerit sermonem in hunc mundum. Frater Gulielme vellem scire: si deo placeret: vtz de fideiussione: quaz tibi fecit: absolutus sim: qui licet per dimidiam die mortuus fuisset respondit diuino miraculo. Domine abbas absolutus es. Quinto reprehensibile est in talibus personis: q; ipsi defraudant plurimos. ¶ Primo deum honore ⁊ seruitio. Deberet n. habere duplex seruitium de duobus beneficijs. ⁊ non hz nisi vnicū. ¶ Secundo corpus ecclesie debilitant: membri vnius ablatione sicut corpus hominis: debilius est ex defectu pedis ¶ Tertio defraudant aliquem pauperez clericū: qui deberet alterꝫ illoruz beneficiorum habere ¶ Quarto vicarium: quem vicarius habeat laborem: ⁊ iste mercedem. ¶ Quinto subditos a quibus metit carnalia: quos eis non seminet spūalia. ¶ Sexto id reprehensibile est in talibus personis q; ipsi reputant beneficiuz: q; est onus valde periculosum. vnde Luc. xxij. Reges gentium dominantur eoruz: ⁊ qui po. h. f. e. b. vo. Uos aūt non sic: supple vocandi estis benefici: solam enim dispensationem alienorum bonoruz habetis. Constat ergo q; quando quis committit alicui dispensatio nem: que laboriosa est: licet victum ⁊ vestimentum: que laboriosa est: licet victum ⁊ vestitum in ea ei concedat: potius eum honorat beneficium impendat ei.

¶ De multiplici periculo quod est in dispensandis rebus ecclesiasticis.

Multiplici vero ratione periculosa ē
m dispensatio bonoꝝ ecclesiasticoꝝ J

¶ Primo q; difficile est: q; dispensator placeat domino: ⁊ familie simul. Difficile ēt est gratiā familie non quererere: cū ipsa presens sit: ⁊ dominus sit quasi absens. Unde relinquitur q; difficile sit dispensatores bonoꝝ ecclesie gratiā dei habere. ¶ Secundo periculosa est: quia computatio multū differtur: computatio aūt dilata multū facit oblivisci: sicut beatus Bernardus dicit. Dilatio etiā ista securos reddit dispensatores: ⁊ absq; timore furantes: unde viij. Eccle. Quia non profertur cito contra malos sententia filiohominū absq; vllo timore ppetrāt mala ⁊c. ⁊. xxiij. Mat. Si dixerit malus ille ser. mor. fa. ⁊ reliqua ¶ Tertio periculosa est: q; dūs omnia videt: que fiūt a dispensatore. Si dicat aliqs per dispensationez prelatoꝝ: ḥ fieri: q; vn⁹ habeat plura beneficia. Respōdeo: q; si plati omnia benefacerent: non dixisset dūs de ipsis. xxiij. Mat. Secundū opera eoruz nolite facere: unde Ber. Non suz taz rudis vt ignorem vos positos dispensatores: sed in edificationem non in destructionez: vbi necessitas vrget excusabilis dispensatio est vbi vtilitas proueat: dispensatio laudabilis est vtilitas dico cōmunis: non propria tnā cuz nihil hoꝝ est: non plane fidelis dispensator: sed crudelis dissipator est. k

¶ De pluralitate missaꝝ.

Dictum est de primo signo auaricie.
o que apparet in ecclesia dei: scilicet de pluralitate beneficiorum: nunc dicendum est de secundo signo: scilicet de pluralitate missarum. Et verum est q; in die natalis domini: licet celebrare tres missas. in alijs diebus in tribus casibus licet celebrare duas.

¶ In gb⁹ casib⁹ licz dicere plures missas.

Primus casus est: quādo necessitas
p requirit vt vna de die celebretur: ⁊ alia pro defunctis. ¶ Secundus casus est: quum necessitas peregrinorum: vel hospitum: vel infirmorum hoc requirit.

¶ Tertius casus est: quum tempus nuptia
rum labitur. Tunc si necesse sit: potest ꝙs
plures missas: propter nuptias celebrare: et
ita tamen ꝙ nūq̄ propter aliquam necessi
tatem debet celebrare nisi duas etiam cā
adulationis vel cupiditatis: quia tunc essz
peccatum mortale. Quod autez cupiditas
hanc pluralitatez missarū adinuenerit vi
deri potest ex hoc: ꝙ iste qui habet duas te
nues ecclesias: i vtraq̄ vult missas celebra
re. Quum horas canonicas vix in altera ea
rum vult dicere. Cuius rei alia causa non
videtur esse: nisi quod ad missam offertur
et ad horas canonicas non.

Multiplex malū ex pluralitate missarz.

Otest autē ostēdi multipliciter ꝙ
p hoc sit malū. i. aliquē plures mis
sas in die celebrare. Prio p illō
verbum. Augu. Quotidie eucharistiā su
mere non laudo: nec vitupero. Qui nō au
debat laudare quotidie semel sumi eu
charistiā nunqd laudasset eam in die bis
sumi. Immo forsitan sumentē pluries gra
uiter punisset. Secundo potest ostendi
per hoc: ꝙ maius est conficere: q̄ commū
care simpliciter. Unde cum non liceat plu
ries alicui clerico communicare nō est ali
cui licitum pluries celebrare. Et forsitan si
nihil offerretur celebrāti: sicut nihil offert
layco cōmunicāti: nunq̄ fuisset pluralitas
missaruz inuenta in ecclesia dei. Tertio
potest ostendi per hoc: ꝙ dicit Glo. sup̄ il
lud ad Hebre. sexto. Terram sepe super se
venientem. ymbrem bibēs et generās her
bam oportunā illis aghus colitur accipit
bñdictiōez adeo. ⁊c̄. Predicatio si rara ē:
nō sufficit: si assidua vilescit. Idez verū est
de celebratiōe missarū. Si. n. aliquis plu
ries in die celebrat: vilescit ei opus illud
superangelicum. Non enim cōcessum est
angelo: vt apud prolationem talium verbo
rū sub specie panis: glorioſi christi corpus:
cōficiat: nec exhibet reuerentiam presentie
creatoris sui. q̄ deberet. Quarto potest
oñdi idez per hoc: ꝙ filij Israel nō colligē
bant de manna nisi gomor vnū p singula
capita. Manna enim figura prophta fuit
dñici corporis. De hoc habetur. Exo. xvi.

Quinto pōt illud oñdi p hoc: ꝙ agnus
pasca. semel i āno immolabāt. De quo legit
Exo. xij. Sexto potest ostēdi per hoc. ꝙ
verus agnus. s. xp̄s semel tantuz immolatus
ē. Et sacerdos in veteri lege: tm̄ semel i an
no cū sanguie intrabat in sancta sanctor.

De pluralitate officiorz in eadez missa.

Equit de tertio signo auaricie. s.
s pluralitate officiorū in eadē missa

Quod iz inter dū ex deuotiōe fiat
vertus tamē vr̄: ꝙ cupiditas hoc adinue-
nerit. In eisdem. n matutinis null⁹ laudes
triplicat. In missis vero: hoc cupiditas ad
inuenit: vt si nō offertur ad vnū officiū: ad
aliud saltē offeratur. Quartū aūt signū
est multiplicatio altarium: absq̄ necessitate
facta: nō ex deuotione: sz ex cupiditate. vñ.
Osee. viij. Multiplicauit Effraim altaria n
ad peccādū. Facte sunt ei are in delictū ho
stias offerēt: et imolabūt carnes et ꝓmedēt
et dñs nō suscipiet eas. Dira isania est: ꝙ
altaria multiplicent ad peccādū: qđ pure
deberēt fieri ad deū placādū. Corp⁹ dñicū
sup̄ huiusmodi altarib⁹ ex cupiditate imo
latū a deo nō suscipit. quātū ad opatōez. s.
imolātis. Simile legit i Jer. vbi legit sic.
Nūqd carnes sce auferēt a te malicias tuas
¶ De conseruatione fructuū. Quod ē gn o
tum signum.

Untum signū auaricie ē cōserua
q tio fructuuz in eis: qui hēnt ānuos
redditus sufficientes. Quorū satui
tas pōt ostendi multipliciter. ¶ Primo p
hoc: ꝙ ipsi videntur eē similes cuidā stulto
qui vidēs quendam magnum fluuiū im-
petuose fluentem. cogitauit ꝙ cito ptran-
siret. et mutuatus est vasa a vicinis suis: et
retinuit in eis de aqua illa: ne cum ptran-
sisset aqua illa fluuij indigētiam haberet.
Annui reditus: quos habent clerici: sunt
velut fluuius iugiter manans: sed diuicie
laicoruz qui non habēt ita redditus ānuos
sunt velut torrēs qui quandoq̄ siccatus.
vnde non est mirum si ipsi reseruant de
fructibus suis. Secundo potest fatuitas
talium ostēdi per hoc: ꝙ ipsi de portione
pauperum: volunt thesauruz facere: vel pos-
sessiones acquirere: Cum pauperes fame: et
frigore moriant. Contra quos dicit. Jero.
Accepisse: pauperibus erogandum: et esurie
tibus plurimis vl̄ cautum eē. vl̄ timiduz.
vel ꝙ aptissimi sceleris ē. aliquid ex inde
subtrahere. omnium p̄dantium crudelita
tē supat. Idē Optimus dispēsator ē qui si
bi nihil reseruat. Suspecta ē mihi ista ca-
ritas q̄ aliter diligit proximū. aliter seip̄m

Porcionez de bonis ecclesiasticis: integre accipit: videlicet victum: et vestitū suū pauperes vero esurientes: et nudos esse facit de sua porcione: non attendens quāta iniquitas sit: quod pauperum est successori suo diuiti reseruare: cū vniuersaliter dissuadeat dñs in terra thesaurizare. vi. Mat. Quomodo vr esse cōcessum prelatis: qui exemplo suo debent alios ad cōtemptum terrenorum prouocare: quod ipsi i terra thesaurizent. ¶ Tercio potest fatuitas eorum ostendi per hoc: quod ipsi ea que subtrahunt pauperibus: aufert eis tirānus: vel maior prelatus: iuxta illō. Augu. Hoc tollit fiscus: quod non accipit xp̄s: ¶ Quarto potest ondi fatuitas eorum: per hoc quod ipsi ignorant qualē successorē habituri sint. vnde. Eccle. ij. Detestatus sum oēm industriā meam. qua sub sole studiosissime laboraui habiturus hrdē post me quē ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit: et dña bit in laboribus meis. etc. Congruū esset: vt prelatus q bona ecclesiastica pure a xp̄o recepit, mēbris xp̄i ea impenderet: iuxta illud. Eccle. i. Ad locū vnde exeūt. Flumia reuertūtur. Fatuū videt hoc quod hō potest bene dispensare: reseruare eius dispensationi: q forsitan i voluptates: et in vanitates: expēdet illō: et erit ei materia peccati qō potuit esse materia virtutis. Contra illum qui sic facit: videtur esse illud. Jeroni. Da inquit pauperibus: et non locupletibus nō superbis da: quo necessitas sustētetur: non quo augeantur opes. Pars sacrilegij est: res pauperum non dare pauperibus. ¶ Quinto potest ostendi fatuitas eorum per hoc: quod melius esset quod plura ipsi de eis: que sibi abūdāt: elemosinas facerēt añ mortē: quā tum fieret illa elemosina: postquam mortui essent. Elemosina enim ante mortem factā est velut lucerna: que pfertur homini: custodiens eum ne cadat in foueam inferni. elemosina vero post mortē facta: est quasi lucerna: que fertur homini post tergū: que non custodit eum: a casu fouee. Si enim hō i peccato mortali decesserit: nulla elemosina que pro eo fiat: liberabit eū ab inferno vnde elemosina facta p alio in vita ipsius valde melior est: q̄ que fit post mortem. Illa enim que fit post mortē non ei valet ad plus: nisi ad liberationem pene purgatorij Illa autē que fit in vita: potest homini mereri gratiam: et gloriā: et liberationē. A debito pene eterne: et purgatorij et abundantiam bonorum temporalium: et multa alia. pietas enim ad omnia vtilis est: promissionem habens vite. que nunc est: et future: vt legitur. i. ad Thim. iiii.

¶ De promotione puerorum. ad sacros ordines quod est sextum signum auaricie.

Egitur de. vi. signo auaricie quod ē promotio puerorum ad sacros ordines: et ecclesiasticas dignitates: a quo peccato valde esset cauendum ecclesie dei. Valde enim nociuum est: quod innuit Salomon. Ecclesiastes decimo. Ve tibi terra cuius rex puer est etc. Et dominus in Isa. secundo comminatur hoc sinagoge tanquam penam magnam dicens. Dabo pueros principes eorum. Multiplici autem ratione cauēdū esset eccle: ab hoc pctō. ¶ Primo propter defectum sapientie: q est in pueris. Unde Ari. Nemo viuens elegit duces pueros cum non constet eos esse prudentes. Et Job. duodecimo. In antiquis ē sapientia. et in multo tempore prudentia. Et si scia esset in talibus personis: non habent tamen experientiam: que valde est necessaria rectoribus. vnde. xxxiiij. Ecclesia. Qui temptatus non ē. quid scit. Vir in multis expertus: cogitabit multa. Et deinde subditur. Qui nō est expertus. pauca recognoscit. ¶ Secūdo propter defectum virtutis Unde Ecclesiastes septimo. Noli querere fieri iudex: nisi valeas virtute irrūpere iniquitates. Ibi dicit glosa. Debet quisque proprias vires perpendere: et pro quantitate virium curam aliorum suscipere: ne dum delectat loco glorie: fiat subditis actor ruine. Oportet prelatum ecclesie inflexibilem esse. Etas vero puerilis et iuuenilis prona est in vicium. sicut virga antequam adulta sit. flexibilis est. Unde Glo. super illud. Ecclesiastes decimo. Ve tibi ter. cuius rex puer est. Cuius etas leuitati et inconstantie proxima ē. ¶ Tertio cauendū ē ecclie a pmotione iuuenū: q: incertū est: quales futuri sint. Prouer. penl. Tria sunt difficilia mihi: et quartum penitus ignoro. viam aquile in celo. viam colubri super terram viam nauis in medio mari. et viam viri in adolescētia sua. Et si valde incertus sit volatus aqui. in ce. eo q diuertat se ad cadauer. et incessus serpentis: q: tortuose incedit: et via nauis in medio mari: q: varia-

tur sc̃m q̃ ventus variatur. Nullus tamẽ horum dicit Salomon penitus ignorare sed solum viam viri in adolescentia. vnde sapientiores Salomone videntur se facere illi qui propter signa aliqua bona: que vident in iuuenibus: asserũt eos futuros bonos: ⁊ faciunt eos promoueri non attendẽtes: q̃ oportet columnam prius robur suũ accepisse q̃ ponatur in edificio. ibi enim si acciperet robur: illic etiam quidam boni in iuuentute videnť in prelatione tamen bonitatem suam amittunt: vel p̃ superbiã vel per aliquod aliorũ vitiorum. Unde de superbia habetur. prime ad Thimotheũ tertio. Non neophitum ne in superbia elatus incidat in iudicium diaboli. Ubi dicit Glo. in arrogantiam: que est ruina diaboli: incidunt: qui in puncto ordinandum discipuli fiunt magistri. Tales voluptatibus vacant. Unde post illud Ecclesiastes. Ue tibi ter cuius rex puer: ⁊ subditur. Et cuius principes mane commedũt. Et Ecclesiastes: Adolescentia ⁊ voluptas vana sũt dicit interlinearis quia voluptas carnis: comes est adolescentie. Ignis ꝯcupiscẽtiarũ: quasi naturaliter in iuuenibus est. Cui igitur ministrat materia: quando prelati efficiunť. Habent. n. diuitias: que sunt gulositatis: habent mulieres: quarum custodes fiunt. Unde consequens est vt gule: ⁊ luxurie intendant: ex quo gallo non succinto lumbos galline traduntur. Bene põt quilibet cogitare: quid ex hoc possit sequi prius tentanduz esset: qualiter ipsi regerẽt se prius: q̃ alijs regendi cõmitterentur eis. Unde ait Aug. prius vide: si nosti diligere teipsum: ⁊ committo tibi proximũ sicut te ipsum. Si ãt nosti diligere te: timeo te: ne decipias proximum: sicut teipsum. Attendendum etiam esset: anteq̃ committeretur alicui familia ad pascendũ: an habeat vñ eam pascat. Ridiculum est: q̃ famelici ⁊ nudi vestimenta: ⁊ alimenta alijs p̃mittãt ⁊ vlcerosi medicos se iactent: cum potius deceret tales verbũ illud Isa. tiij. Non suz medicus: ⁊ in domo mea non est panis. nolite me constituere principem. ¶ Cauẽdum est. iiij. ecclesia promotione iuuenum: propter derisionem hostium Beridet enim potest ecclesia ab hostibus suis: cum ipsa senuerit: si nubat puero: ⁊ habeat pro spõso: quem debuit portare in gremio ⁊ lacta re lacte: simplicis doctrine. Et potest ei dici illud. Pro patribus tuis: nati sunt. tibi filij. Quando enim debuit nubere alicui qui pater posset eé ipsa nubuit illi: cui op⁹ est matre. ¶ Quinto cauendum est esse: a promotione talium: quia scãdalizatur populus de taliuz promotione subita. Unde super illud. i. ad Thi. iij. nõ neophitũ. ⁊c. Dicit Glosa. Neri in amphiteatro: hodie in ecclesia. vespere in scuto mane in altari. Budum fauto: istriorum nũc consecrator virginum Et quod deterius est: cui op⁹ est patrono: mihi parant defensorem: ⁊ cui opus est pedagogo. mihi instituunt doctorem. ¶ Sexto cauendum esse ecclesie a tali promotione: q̃ sicut senect⁹ exornat quodãmodo ecclesiasticas dignitates: sic puerilia quasi deturpat eas. Ad primuz pertinet: quod legitur. xxv. Ecclesia q̃ speciosuz canitie iudicium: ⁊ presbiteris cognoscere consilium. Quam speciosa veteratis sapiẽtia. Ad secundum pertinet illud verbum q̃ dicit quidam de Nerone Nero cũ quosdam ornare vellet: non ipsos ornauit: sz ornamento deturpauit. Et in veritate quum sacerdos idem sit q̃ senior. ordo sacerdotalis videtur ad senes pertinere: ⁊ quasi contraria videntur dici: de quo cuz dicitur eẽ iuueni presbiter. Idem enim est ac si diceretur: iuueis senior. vnde Dauid i psalmo Cathedram senio attribuit: dicens. Et i cathedra seniorum laudent eũ. ¶ Septimo cauenduz esset ecclesie: ab huius promotione: q̃ multis exemplis mouetur. Ad hoc Primo exemplo dñi qui in anno incepit agere opera: que ad prelatos pertinent. Et Ezechie. describiť in. xxx. anno. fuisse: quãdo vidit visiones. Petro etiam: ⁊ non Johanni commendauit Christus ecclesiam Una causa potuit esse quia Johãnes erat adolescens. Apud hebreos etiam prohibita est lectio: principij geneseos: ⁊ finis. Ezechie. Et cantica canticorum ante trigesimũ annum. Et alia ad idem possunt adduci. Sz forte obijciet aliqs: q̃. Hieremi puer ad predicanduz missus sit ⁊ thimotheus adolescẽs eps ordinatus sit ⁊ Salomon añ duodecimz ãnos: in regez promotus: cui responderi potest: q̃ Hieremias ante q̃ predicaret audiuit. Ego dedi te ⁊c. In ciuitatem mu. ⁊ in co. fe. vt legitur eodem prio. Si dñs virgam vnam in columnaz com-

mutaret tam posset poni pro columna in edificio nō tamē segtur ex hoc simpliciter q virga vtilis sit ad hoc vt ex ea columna fiat. Sic licet Ieremi. quasi miraculose sapiēs: z robustus factus: ante etatez solitā ad predicandum sit missus: non tamen sequitur sic de alijs. de Thimotheo vero ndīt beatus Bernar. Da mihi alterū Thymotheum z ego cibo euz si vis auro: z poto cuz balsamo. Pauci inueniuntur hominēs similes Thymo. De Salomone vero dici potest q forsitā ideo male accidit. Salomon. quia adeo iuuenis factus est rex. Diuitie enim: z delicie qua infatuauerunt euz. Propterea specialis gratia est ei facta Dedit enim deus cor ita sapiens: q nullꝰ antea similis ei fuerit.

¶ De libenter currentibus ad nummos horarios.

R Equitur de vltimo signo auaricie q est cursus ad nūmos horarios ad processiones: z ad alia loca: in q bus solet offerri hoc signuz auaricie: i multis locis apparet in ecclesia dei videmꝰ. n. clericos illos concurrere ad horas illas: ad quas decantandas constituta est certa pecunia. Sicut pisces: ad panez in aqua protectum: concurrunt: de alijs vero horis: nō curant. Unde in quibusdam ecclesijs vocantur a laycis: hore ille: in quibus nūmi dātur: hore nummi. qꝫ indecens est. Similiter si aliquod funus est i aliqua ecclesia: concurrunt illuc sacerdos: z clerici de circunstantibus villis: vt possit dici de illis illud Mat. xxiiij. Ubicunq; fuerit corpꝰ ibi q. z aqui. Et. xxxix. Job dicitur de aquila: q contemplatur escam: z ocul eius de lōge prospiciunt. Et subditur: vbicūq; fuerit cadauer: statim adest. Pisces escam non sentiunt nisi eis proxima fuerit. Sed tales fumuz sentiunt: z si distet ab eis per vnaz leucaz: vel per duas: statim cōcurrunt. Uñ similes sunt vulturibus. De q bus dicitur q existentes in regione vna: sentiunt cadauera in alia.

¶ De his q indigne conficiunt. Et de his que pertinent ad dignitatē cōficiēdi. xxi.

Uia symonia: z alia peccata de q q bus primo loco dictū est frequenter solet concomitari peccatū idigne ꝫficiēdi: ideo subiūgemus hoc tractatū de pctō isto. ¶ Et primo agemꝰ de his q pertinent ad dignitatē conficiēdi. ¶ De A inde agemus de his que factūt ad detestationē huius peti. ¶ Ad hoc vero q aliqs digne conficiat. ¶ Primo necessariū ē: vt pbet seipsuz homo: z sic de pane illo edat. z de ca. bi. Sicut ille qui vult ifundere alt quem preciosum liquorē alicui vasi prius probat: vel tēptat: vtrum vas sit mundum vel immunduz: sanum: vel corruptum: sic debet videre de se q̄ sacramentū altaris susceptarus est. Ista pbatio: vocat diiudicatio i codē capitulo. Ubi dicit apls. Si nosmetipsos iudicaremꝰ: nō vtiq; iudi. Inuēta vero immunditia. segtur: vt hō eaz abluat. Scōm est necessariuz vt homo se ipm abluat: Ad hēc. n. illotis accedere ad mēsam dñi: valde indecens est. Et in hoc peccant multū aliqui sacerdotes: qui quīm singulis diebus: bis manus corporis lauent: vt ad mensam corporalē accedāt: tamē ad mensam dñi in qua dominus presens: est z cui angeli assistunt: per vnum mensem accedunt manibus illotis. i. operibus: nō attendentes: qō dicitur in ps. Secundum puritatem manuum mearuz retribue mihi non scōm pluralitatem missarū: sed scōm puri. ma. re. dñs sacerdotibus. Ad istaz lotionem manuū pertinet: qō dicitur in. ps. Lauabo inter. i no. m. m: tc. ¶ Tertio necessarium est lumen fidei. Ad quod lumē sacerdos consideret virtutem sacramenti. vt scilz habeat fidem de effectu sacramenti illius: qui est collatio: vel augmentū gre Ad lumen etiaz illud debēt inspicere: que latent sub specie panis: z vini. Indecēs est talem mensam esse sine lumine. Et timere possunt qui habent ibi oculos obscuros: ne videātne mēsa illa fiat illis in laqueuz Ideo dicitur in. ps Emitte lucem tuam z veritatem tuam. Et post subditur. Introibo ad altare dei: ¶ Quarto necessariuz est fames de percipiendo effectum ipsius sacramenti. Quam famē: sacerdos nō habit nisi p humilitatē: z cogitādo defectꝰ suos se vacuum: z pauperez inuenerit. Fastidiosos: z plenos: non vult dñs saturare: sz esurientes: z sitientes. Unde Mat. v. Beati qui esu. z si. iu. q. i. satura. Et ista. iiij. sunt ex parte ipsiꝰ q dz cōficere. ¶ Ex parte veco cibi: q sumendꝰ ē. Primo necessaria ē pparatio. B Modꝰ aūt preparādi tangit. Exo. xij. Ubi sic legitur de agno paschali. Nō comedetis

ex eo crudū qđ: nec coctū qđ: nec coctum aqua: sed assuz tm̄ ignī. Crudū comedit ille: in quo ignis caritatis nō est. Coctuz aq̄ comedit: qui in delicijs vivit ad modū piscis in aqua. Assuz vo igne comedit q passionē dominicā: cui⁹ figura est sacramentuz illud: diligēter recolit: ita vt i meditatione eius exardescat ignis. Sed sunt nōnulli q in p̄paratione cibi corporalis quē sumpturi sunt: volūt p laborare a mane vsq̄ ad tertiā: sed in p̄paratione hui⁹ cibi spiritualis: nollēt laborare per dimidiam horam.

¶ Secdo necessaria sūt azimacū lactucis: agrestib⁹: cū quib⁹ agnus comedat. Incō suetū enim ē carnes crudas comedere. In lactucis agrestibus que amare sunt. dolor t amaritudo p peccatis itelligit: q debet esse in cōficiente. Un Aug. Panis iste est salus egris: quē lachrymefacit dulciorē. In azimis vo itelligunt opa. vt sūt elemosyne: orationes: t similia: q̄ debēt p̄cedere sumptionez dominici corporis. ¶ Tertio necessaria est diiudicatio dominici corporis: vt cū magna reuerētia recipiatur. De quo tangit apl̄s. i. ad Cori. xi. dicēs. Qui māducat t bibit indigne: iudiciū. i. damnationē sibi mādu. t bi. nō diiu. corpus xp̄i.

¶ Quarto necessaria est diligēs custodia post susceptionē: t p̄cipue os custodiendū est: in quo dominicū corpus susceptuz est. Si gs in pride vbi dūicuz corp⁹ impositū est: fetidū intū poneret: ifidelis iudicaret qualis ergo iudicādus ē ille: qui os suū in quo corpus recipit detractione vel ebrietate: vl̄ aliqua spurcitia polluit: cū spurcitia spūalis sit maior lōge imūdicia corpali. Ad hoc ptinere pōt qđ legit Prou. xxvij: Qui seruat ficū: comedet fructū ei⁹ ꝛc. De diiudicatiōe t custodia habet. xxiij. Proner. Ubi sic legitur. Quādo sederis vt comedas cū p̄ncipe: diligenter attende: que posita sunt ante faciem tuā. Ecce diiudicatio. Et subditur. Et statue cultrū in gutture tuo. Hoc pertinet ad custodiaz oris. In ore cultrū discretionis ponendum est. vbi non admittat homo in ore suo. vnde ip̄m possit inquinari. ¶ Ultimo necessariuz ē. vt in p̄fectiōe: forma tradita obserꝛet. Et ꝺ hoc habet i glo. sup illud Pe. ad Cori. xi. Quicūq̄ māducat hūc pa. ꝛc. ibi sic dicitur: Indign⁹ est q aliter celebrat: q̄ a xp̄o traditum sit: t qui non deuota mente accidit: vel in voluntate peccandi manens. ¶ In summa ergo colligi pōt: q ea que ptinent ad hoc q quis digne cōficiat: vel ptinent ad ip̄m cōficientem vel ad ip̄m cibum: q sumendus est: vel ad formam conficiendi. diuinitus traditaz. ¶ Ille vero q debet cōficere vel etiam cōmunicare: debz esse p̄paratus quasi transiturus de mundo isto ad patrem. Ad mensam enim dei accedere debet. sicut t ille qui moritur⁹ ē. Unde Exo. xi. precipitur: quod comedētes agnū paschalem: sint p̄parati ad eundum. Ubi sic legitur. Renes vestros accingite: t calciamenta in pe. ve. t baculus in ma. ve. Nec est forma hominis p̄parati ad eundum.

¶ Preter ista leguntur quedam alia in sacra scriptura: que ad dignitatem eius: qui debet conficere vel cōmunicare: pertinere videntur. Sicut est illud quod legit Gen. xiiij. De melchisedech q protulerit panē t vinuz Abraam regibus deuictis. Post victoriam enim peccatorum: attendenduz est ad altaris sacramentum. Ad idez pertinet. Exo. xij. Precipitur agnus paschalis tolli. x. die. in quo signatur q verus agnus post impletionem decalogi sumendus sit.

¶ Ea etiā que de sepultura domini in euāgelijs leguntur. indicāt nobis qualiter corpus dominicū sumendum sit. sepult⁹ enim est in monumento: in quo nundum quisq̄ positus fuerat. Non ponat ergo aliqs dominum vbi tam est diabolus: quia nulla xp̄i conuentio ad Belial. Recipiatur t in syndone mūda. i. puritate cordis. sicut Joseph legitur fecisse. Mat. penultimo. Assumit etiam myrram t aloem: que Nicodemus attulit. vt illud Johā. xix. Amaritudo contrictionis: t mortificatio carnis. Assumit vnguenta que mulieres parauerunt. idest opera que pertinent ad deuotionem dei t compassionem proximi.

¶ Qualiter sit p̄parandus sacerdos ad sumendum corpus xp̄i.

v Estes etiam sacerdotales istruūt nos circa idem. Preparatio enim q̄ facit qui celebraturus est sacras vestes indūendo significat qualiter debeat esse p̄paratus interius. Ad idem pertinet q leuitici. xvi. dicitur vbi sic legitur. Locutus est dominus ad Moy. t precepit ei dicens. Loquere ad Aaron fratrem tuuz: ne ingrediatur oi tempore sanctuariū ꝛc.

Et sub dit̃ur. Tunica linea vestiatur semoralibus lineis ꝛc. Nõ loquitur de q̃libet ingressu sacerdotis in sancta sanctoꝝ: sed de ingressu quo intrabat cum sanguine. Et ideo recte signific̃atur per hoc ingressus sacerdotis euãgelici: ad confectionem dominici corporis ꝛ sanguinis: ꝙ etiã videt̃ per hoc quod ibi dicitur. In nube apparebo super oraculũ. Quasi.n. in quadaz nube sacramenti appareto ds̃ sup altare. Nõ intret ergo sacerdos ad altare nisi tunicaz lineã habeat innocẽtie. vbi sit absq; pctõ odij. Et femoralia linea continentie: vt sit absq; peccato carnis. Et çonam lineã per sobrietatem: vt sit absq; ingluuie ventris. Et cydarim lineam per puritatẽ intentionis: vt sit absq; pctõ cupiditatis. Illoq; timere põt: ne morte moriat̃. ¶ Ad dignitatẽ eti i cõficiendi vel cõmunicãdi pertinet ꝙ legitur Exo.xij. Ubi sic dicit̃. Hec ẽ religio phase. Omis alienigena nõ cõmedet ex eo: omis aũt seruus empticij circũcidetur ꝛ sic comedet: aduena ꝛ mercenarius nõ comedẽt ex eo. ¶ Alienigena est qui filius diaboli est per imitationẽ: qui.s. est in certo pctõ mortali. Uñ Joh.viij. Uos ex patre.ve.d.estis. Peccator succedit diabolo: quasi patri in nomine ꝛ hereditate. vnde ds̃ dicit de iuda. vnus ex vobis diabolus est in hereditate. vnde Mat.xxv. discedite a me maledicti in ignẽ eternũ ꝛc. ¶ Seruus empticius est qui certis vicijs mortalibus vacat qui sanguine xp̃i efficaciter. redemptus esse videt̃ qui circũcidẽdus est: si agnũ verum vult sumere: vt linguã suam refrenet. ab illicitis ꝛ sobrie cibo ꝛ potu vtatur. superbiam etiã ornatus deponat. Non videtur enim securũ esse illi. qui eque superbus vult eẽ sicut ꝑus. detractor ꝛ gulosus: sicut p̃i accedere ad sacramentum altaris. ¶ Aduena est ille qui de nouo cõuersus est: cui nõ est securũ ad sacramẽtum altaris accedere. Sicut nõ cõsueuerũt ad secreta patrisfamilias statim admitti i quo non parum videntur errare multi i ecclesia: qui illos qui manserũt in peccato carnis per totũ annum: vsq; ad dominicam in ramis palmarum: de quibus certum est eis: ꝙ .x. annis vel plus deberent penitere ꝛ post tertiũ diem pasce ad peccatũ carnis redeunt: cõmunicant indifferenter: nõ attendentes ꝙ hoc legitur. aduena nõ edet ex eo. Et vocat interlinearis glo. aduenam illum: qui nuper venit ad fidẽ. nec adhuc firmus est. ¶ Mercenarius vero est: qui pro lucris tẽporalibus xp̃o seruit: q̃ agnũ verũ comedere non debet. Qd̃ valde male obseruatur in ecclesia dei.

¶ Detestationes contra eos qui indigne sumunt corpus xp̃i. Auctoritates ꝛ exempla ꝛ rationes.

Ostẽdo ostensum est in quib⁹ conficiendi dignitas attendat̃: subiungẽde sũt auctoritates: ꝛ rõnes ꝛ exẽpla q̃ valẽt ad detestationem hui⁹ pcti. ¶ Et primo valet ad hoc illud. Grego. de quolibet indigne officiẽte: vel sumẽte corp⁹ xp̃i: sicut de Juda dicit deus. Uerũtamen ecce manus tradentis: mecũ est in mensa. Sicut iudas tradidit xp̃m persecutoribꝰ. sic conficiens vel sumens corpus xp̃i indigne tradit eum. quantũ in se est demonibus dum ponit eum in loco qui est i potestate demonũ. ¶ Secũdo facit ad hoc illud Aug. Magis peccãt qui tradunt xp̃m peccatoribus mẽbris: q̃ q̃ tradiderunt eum crucifixoribus iudeis. ¶ Tertio facit ad hoc. ꝙ dicit Glo. super illũ locũ dederũt i escam meam fel. Ubi sic habetur. Hoc ad hoc cõtemptor facit sedentis in celo: ꝛ grauius peccat: q̃ qui crucifixus ambulantẽ in terra. Quod verum est ad minus: quo ad circunstantias multas. ¶ Prima est ꝙ indigne sumentes corpus xp̃i scienter: cõtumeliam xp̃o offerunt: q̃ deum verum omne eẽ credũt. deteriores in hoc iudeis: qui si cognouissẽt: nunq̃ dñm glorie crucifixissent. Unde non potest dñs rogare pro indigne sumẽtibus: sicut rogauit pro iudeis dicẽs. pater ignosce illis ꝛc. ¶ Secundo qr contemnit xp̃m regnantẽ: quẽ iudei cõtẽpserunt mortalem. Maior aũt contumelia ẽ: que infertur alicui in statu honoris: q̃ que infertur in statu humilitatis. Sic cõtumelia que ifertur alicui cũ miles est: maior ẽ q̃ que infert ei: cũ domicellis ẽ. ¶ Tertio quia contumelia crucifixionis. tantum semel a iudeis illata est. Ab indigne vero cõsentientibus vl̃ sumentibus quotidie infertur. ¶ Quarto quia vilitas: ꝛ macula culpe magis dño displicet: q̃ vilitas pene: quecunq; sit. Sed indigne sumẽtes corp⁹ xp̃i facit̃ quantum in se est: ad hoc ꝙ xp̃s polluatur sicut infra patebit. Ergo quan-

tum in se est: faciunt illud et. q magis displicet sibi: q fecerũt ei indet. Preterea q maiorẽ contumeliaz potest quis inferre domino suo: q si eum capiat: z in carcerẽ imundissimũ ponat: Non esset maior cõtumelia si eum occideret: z si esset maior dolor. Contumelia vero ista satis bene insinuatur. ad Heb. x. Ubi cõculcatio vocat Sic enim ibi legitur. Irritam faciens qs legem Moy. sine vlla miseratione: duob⁹ aut tribus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia: qui filiuz dei cõculcauerit. Ubi dicit glo. Christuz cõculcat. qui libere peccat absq timore z penitentia: z indigne euz percipit. Idẽ etiam insinuatur nobis. Jo. xiij. vbi dicit. Qui manducat panẽ meũ: leuabit contra me calcaneũ suum. Calcaneo conculcatio fit. Et vbi nos habemus in ps. Magnificauit super me supplantationẽ. Alia littera hz. ampliauit super me calcaneũ suum idest erexit pedẽ vt me cõculcaret. Ad detestationẽ etiã huius peccati facit quod legitur. i. ad Cor. xi. Quicũq mandu. hũc pa. z bibit cal. dei indi. reus erit cor. z san. dñi. Ibi dicit glo. Reus erit ac si xpm occideret. Si aliqs qui fidẽ habet: sciret se xpz semel crucifixisse. ipse vellet nudis pedib⁹ per mundũ toto tẽpore vite sue penitẽtiaz agere: quid ergo deberent facere illi q totiens cõmiserunt peccatũ simile illi peccato. Itez dicit Ambro. Qui indigne sumit christũ: ac si interficiat idez est. Talis iterũ xpm crucifigit iuxta illud ad Hebre. vi. Rursum crucifigentes filium dei zc. Ipsi cruci. contumelie: quãtuz in se est xpm itẽ affligũt eum ostentui habẽtes. i. derisioni. Illudũt enim ei: duz simulant se eũ adorare quez in veritate inhonorãt. vñ põt xps dicere. Super dolorem vul. m. ad. di. Tales quantuz in se est. corpus xpi polluũt. vnde Mal. i. dicit dens exercituũ. Ad vos oẽs o sacerdotes qui despicitis nomẽ meum: z dixistis in quo despeximus. no. t. z subdit. Offertis super altare meũ pa. pol. vbi dicit glo. Panẽ. i. corpus xpi polluit: q indignus accedit ad altare: z ad mensã dñi talis sordidus z excõmunicatus: corpus xpi osculatur. Et de excõmunicatione ei⁹ Pe. ad Cor. vltimo dicit. Si qs nõ amat dñz nostrũ ieſuz xpm: anathema sit. Ad aliud vero ptinet: qđ dicit qdaz sanct⁹. indigne cuilibet conficienti. Quomodo labijs illis oscularis filiuz virginis: quib⁹ osculatus es labia meretricis. Attendere debẽt tales etiã formã verboz qua xps monet eum: vt aduertat hoc esse corpus suũ qđ sic cõtractat. Hoc inquit est corpus meũ: super qđ os tuũ feridũ aperis: qui cũ sis fera pessima devorare presumis: qđ ydolotitũ facis q cani vel porco apponis: in cuius faciez expuis: in lutum plateaz pijcis. ¶ Ad primũ potest referri quod dicit in ps. Os peccatoris z os mallgni super me. apertũ est. Hoc vere põt dicere xps: qñ indigne cõficiens: os aperit ad sumendum ipm. ¶ Ad 5m põt referri q dicit Jacob Gen. xxxvij. Fera pessima comedit eum. ¶ Tertio de corpore xpi ydolotitũ facit g, excupiditate celebrare presumit. Cani vel porco illud apponit qui illud assumit: cũ porcus sit p luxuriaz: immo porco imundo: vel canis per detractionem. Unde videtur dicere illud: q dicit glo. ad Dauid. i. Re. vij. Veni inquit ad me: z dabo carnes tuas volatilibus celi: z bestijs terre: cum ipse sit volatile celi per superbiã: z bestia terre per cupiditatez z auariciam. Ad duo vero vltima pertinet q dicit quidam sanctus. Sacerdos luxuria inquinatus: iuxta filiuz virginis. ponit ydolum veneris: z duz sanctam faciem benedicit: quasi in facie eius spuit. z dum sumit filiũ dei. quasi in lutũ plateaz proijcit cum de sarracenis dicatur. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam. zc. De indigne conficientibus. potest amplius dici. scilicet q polluerunt filium sanctum suuz 5 Ad magnitudinem etiam contumelie. facit hoc: q indigne cõficientes. domino cõtumelias inferunt. quasi coram omni curia sua congregata. Adest enim ibi deus: adsunt homines z angeli. Unde Grego. Quis fidelius dubiũ habere possit in ipa. immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri: atq in illo ministerio ieſu christi. angelorum choros adesse: summis ima sociari. terrena celestibus iungi. Ad magnitudinem etiam cõtumelie facit hoc q tales inferunt contumeliam domino in propria domo eius. Unde Jere. xij. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. Preter predicta sũt etiaz quattuor que faciũt ad detestationẽ hui⁹ peccati. ¶ Primum est magna ingratitu

do que est ibi. Uenit enꝫ diuina mateſtas viſitare homines in ſacramẽto altaris. Et hoc eſt cum plenitudine cariſmatũ Unde euchariſtia vocatur ſacramentuꝫ illud: ⁊ miſer homo non timet contumeliã ei inferre: quã pro poſſe ſuo debuit honorare. Satis admirari poſſumus in hac parte bonitatem diuinã: ⁊ peruerſitatem humanam. Quid eſt homo ait. Dauid: qꝫ magnificas eum? Et etiam latrones illis ad quoꝫ mẽſam cõmedũt ſeruant fidem per annũm. Indigne vero conficiẽs: vel cõmunicans in ipa menſa: ad quam cum domino commedit ei contumeliã facit. Unde põt bene dici de domino illud. Eccleſiaſtes. xxix. Paſcet ⁊ portabit ingratos ⁊ ad huc amara audiet. Ad magnitudinem ingratitudinis facit hoc qꝫ i ſacramẽto illo: mors domini figuratur. vnde. i. ad Corinthio. vndecimo. Quocienſcunqꝫ mãducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis mortẽ domini annunciabitis. Magna vero ingratitudo eſt: aliquam ei contumeliam inferre quez recordatur mortuuꝫ pro ſuo amore. ¶ Secundo facit ad deteſtationẽ huius peccati hoc quod indigne conficientes: ⁊ cõmunicantes infeliciores videtur eſſe ceteris peccatoribus. Ipſum enim ſummum bonuꝫ eis eſt noxium: ⁊ ex ipſa vita morũtur; ⁊ ex ipſo antidoto incurrunt infirmitatẽ ad mortem. Quis locus curationi quãdo qꝫ curare debuit hominem interfecit. Unde in libro proſperi. Sacramentũ ſumme pietatis ſibi in iudicium ſumit indignus. Bonũ eſſe non poteſt male accipienti: quod bonũ eſt. ¶ Tertio facit ad deteſtationem huius peccati pena qua dominus accipit etiam in pſenti de indigne ſumẽtibus corpus chriſti. Unde prime ad Corinthio vndecimo. Poſtquã dixit apoſtol⁹. Qui mãducat meã carnem ⁊ bibit me. ſangui. ⁊c. ſubditur. Ideo item vos multi infirmi: ⁊ imbe. ⁊c. Exponit Gloſa. Infirmi ſed⁹ imbecilles longis valitudinibus: ideſt infirmitatibus ⁊ dormiũt morte corpis. Legit etiam in libro paſcalij qꝫ quicũqꝫ indigne cõmunicat niſi bonitas chriſti: cuius iudicio pendent omnia: gladiũ ſuſpenderet: ⁊ temporalẽ mortem vt penitrat: remoueret ab angelis ad hoc poſitis perimeret. Nec mirũ: ſi enim pro morte chriſti: gẽs indeorũ deſtrui debuit: ⁊ peccatũ indigne conficientium ſimile eſt: peccato eorũ. qui crucifixerunt chriſtũ vt patus oſtẽſum eſt iuſtiſſime poſſent tales a domino corripi ⁊ interfici. ¶ Ultimo factũ ad deteſtationem huius peccati diuerſa exempla. Et de multis pauca ponamus. Johãnes baptiſta in vtero matris ſanctificatus a puericia in heremo conuerſatus: ⁊ inuitatus a domino: timuit tangere verticem domini ipſis angelis reuerend⁹. ⁊ tremend⁹. Unde cãtat eccleſia de eo. Baptiſta contremuit. ⁊ nõ audet tangere ſanctum dei verticem: ſed clamat cum tremore. Sanctifica me ſalnator. Quomodo ergo aliquis immundus non timet ſumere totum corpus iã glorificatum. Item beata Maria Magdalẽa que tanto feruore dominum diligebat: ⁊ tam deuote ei viuo: ⁊ mortuo ei ſeruiebat. non eſt permiſſa tangere etiam pedes domini: eo qꝫ non crederet filiũ ſimilẽ eẽ patri ⁊ equalem. Item beatus Marcus ſibi abſcidit policez: vt reprobus eſſet ſacerdotio tantuꝫ reuerebatur domini corporis confectionez. Et quidam ſenior inter heremitas: cum ab illis eligeretur in ſacerdotẽ ⁊ ab epiſcopo egypti eſſet ordinatus ait. Ego licet ſim ſacerdos in vita tamen mea non cõficiam. Legitur etiam ſecũdo Regum ſexto. De Oza. qꝫ cum bobus recalcitrãtibus: archa declinaretur: extendit manum ſuam: ⁊ tenuit eam ⁊ iratus dñs indignatiõe cõtra Ozam percuſſit eum ſuper temeritate: qui mortu⁹ eſt ibi tradũt hebrei quod ea nocte dormierat cum vxore. Si Oza mortu⁹ eſt a dño qꝫ preſumpſit tãgere archã: que erat figura dñici corporis cũ ea nocte iacuiſſet cuꝫ propria vxore. Quid meretur ille: qui iacuit cum ſua cõcubina ⁊ tamen ipm verũ corp⁹ dominj tenere: ⁊ ſumere preſumpſit. Item legit. i. Re. vi. qꝫ Bethſamite percuſſi ſunt a domino eo qꝫ vidiſſent archaꝫ domini ⁊ percuſſi ſunt. lxx. viri ⁊. v. milia plebis. Si tot homines percuſſi ſunt qꝫ attentauerũt archam domini qꝫ eis erat prohibitũ. ſ. videre archam domini nudam qd meretur illi: qui attẽtant aliqd: cõtra corp⁹ domini qꝫ eis prohibitũ eſt. Preterea. Maria egiptiaca penitẽtiaꝫ agens in deſerto: ſemel hoc ſacramẽtõ ſuſcepit a zozima heremita loci illi⁹: ⁊ iꝫ ſinigulis dieb⁹ fuerit lachrimata: tamen tunc ap̃li⁹ quaſi vſqꝫ ad effuſionẽ oculoꝫ. Legi

tur ẽt Math.viij.q̃ centurio dixit domino.dicenti sibi:tegoue.ꝛ cu.Domine nõ sũ dignus.vt int.s.t.m.Et Luc.v.Legitur q̃ Petr⁹ dixerit domino. Exi a me domine q̃ homo peccator sum. Legitur etiam.iij. Exo.Cũ apparuisset dñs in rubo Moy. q̃ dixit dñs ei. Solue calciamentũ de pede tuo:locus enim in quo stas:terra sancta ẽ Sic qum adest dñs in sacramento omne monticinum remouendum est.

¶ De peccato eorum qui non curant communicare.

Post peccatum eor:qui indigne conficiunt:ꝛ coicant. dicendum est de duobus peccatis:que videñ esse annexa huic peccato.s.de peccato eor:q nũq̃ curant coicare:ꝛ de peccato eor q̃ postq̃ deum in sacramento altaris susceperunt: per peccatum mortale eum a se expellunt Ad detest. vero primi peccati:triplex testimoniũ scripture põt adduci.¶ Primũ ẽ in veteri lege. Numeri.ix.'Ubi sic legitur. Homo qui fuerit immundus:super anima sine in via procul faciat phase. domino mense secũdo. Si ãt mundus est,quasi in itinere non fuit:ꝛ tamen nõ fecit phase exterminabitur aia illa de populis suis. Immũdus super animam dicebatur ille: q̃ immundus erat ex tactu mortui.¶ Secundum testamentũ est in noua lege. Jo. vi.vbi dicit dominus. Nisi manducaueritis carnẽ.s.hominis ꝛc. ¶ Tertiũ est constitutio ecclesie que dicit:q̃ postq̃ quilibet ad annos discretionis peruenerit: saltem semel in anno confiteatur oia peccata sua ꝛ suscipiat reuerenter ad minus in pasca eucharistie sacramentum:nisi forte de cõsilio proprij sacerdotis:ob aliquã ratõnabilem causam:ad tempus:ab eius perceptione duxerit abstinendum. Aliogn ꝛ viuens ab ingressu eccle.arceatur:ꝛ mortẽs xp̃iana careat sepultura Multum ãt dolere debet ille:q̃ non coicat saltem semel in anno.¶ Primo debet eẽ ei cã doloris.hoc q̃ deum multum offendit. Non.n.parum offenditur deus:quando a suis negatur ei hospitiũ semel in anno:in q̃bus dz habere continuũ hospitiũ. Quod autem deus ex hoc multũ offendatur. potest ostendi per ℟ quod dicit. Luc.x.de his:q̃ nõ essent recepturi discipulos eius.Dico vobis:q̃ sodomis erit remissius in.d.i.ꝛc. Si tãtũ offenditur deus. q̃n discipuli eius non suscipiuntur:q̃tum credendum est offendi q̃n sibi ipsi hospitium negatur:ꝛ precipue q̃ a suis.Unde Johan.i.In propria venit:ꝛ s.e.non ꝛc.Qui dño hospitium negant timere possunt ne dicatur illis.verbum illũ Mat.xxv.Discedite a me.m.in ignem eternum ꝛc.Et subditur:hospes eram ꝛc.Timere etiam possunt:ne accidat eis:sicut sodomis:qui in hospitales erant.quos ignis ꝛ sulphur succendit. Unde Origines Domos.hospitales.ingressi sunt angeli.s.Abraam:ꝛ Loth.Domos vero hospitibus clausas:ignis ꝛ sulphur succendit. talem vindictam solebant. Isa.ꝛ Jo. sumere de samaritanis:qui nuncios xp̃i non susceperant.Luc.ix.Unde dixerunt dño. Uis dicamus vt ignis dei descendat de celo:ꝛ cõsumat eos ꝛc.¶ Secundo debet dolere de indignitate sua.Sunt quidam:qui sibi applaudunt dicentes:q̃ melius est corpus christi ñ sumere,q̃ indigne sumere. Quibus dicimus:q̃ in hoc bene faciunt.q̃n non sumunt indigne:quia non est bonum sumere panem filiorum:immo ꝛ angelorum:ꝛ dare canibus:tñ dolere debent . q̃ canes se inueniunt:qui filij dei esse debent.Dolere etiam deberet de hoc:q̃ vident se eẽ vasa mortis ꝛ ire:ꝛ receptacula immunditie qui deberent esse receptacula gratie:ꝛ vite.De homine qui in se indifferenter sordes peccatorum p̃cipit. dño vero preparare locum negligit. Postq̃ dicit illud verbũ q̃ legitur.viij. Osee. Israel factus est quasi immundus vas in nationibus:israel est christianus:qui per finem videt deum verus christianus debet dicere illud. Dauid si dedero somnum oculis.m.ꝛ pal.m.ꝛc. donec inueniã locũ domino.supple male mihi accidat.¶ Tertio posset dolere qui semel in anno saltem non communicat: illud non facit:q̃ precepit discipulis suis. Quum recessurus erat ab eis: volens illũ maxime infigi memorie eorum:Hoc facite inquit in.m.cõ. Hoc quasi signum sui amoris.reliquit dominus ecclesie sue. Et ve illi qui non habet memoriale a tanto amico sibi relictum.¶ Quarto posset dolere talis de diuina penitentia: vbi.n.est dei absentia adest dyaboli penitentia.¶ Quito dolere posset:quia fraudatur vtilitate: que consequitur ex aduentu domini in sũ

quod hospitiuz. Non.n.est aduentus eius sbsq magna vtilitate. vnde cum zacheus deum in suo hospitio recepisset: audiuit a domino hodie: salus huic domui facta est vt legitur. Luc. xix. Raab etiam saluata ē: qz suscepit: nūtios dñi vt legit Jos. vi. Et vidua q ēt elīa suscepit ñ defecit ei farina z oleū non est iminutū: vt legitur. in. iij. Re. xvij. Si adeo vtile fuit: seruos dei in hospitio recepisse: q̄ vtile est credendum esse: ip suz dominū in hospitio suo recepisse? Nō modica securitas est: talem socīū habere: vnde Danid. Si ābulauero in me. u. mor. nō. t. m. q. tu. m. es. Et iterum. Dominus p tector vite me. Et subditur. Si consurgāt aduersus. mī. ca. zc. De illo vero: qui deum non suscipit: potest intelligi illud ecclesiastes. iij. Ue soli: q: si ceciderit zc. Talis. Qū mēsa altaris indigno sit: mēsa ēt celesti idigna ē. Et qū dño hospitiū negauerit merito ianua celestis regni ei clausa erit.

¶ De eo qui potius suscepționem corporis christi non se custodit: sed per peccatuz mortale deum a se repellunt.

Equitur de peccato eoz qui domi-
s num quem susceperunt per peccatū mortale: a se expellunt. Cuius peccati magnitudo potest ostendi multipliciter ¶ Primo qz turpius ejcitur: q̄ non admittitur hospes. Si. n. tū peccatum est negare dño hospitium: manifestuz ē valde magnum esse peccatum: cum iam susceptum expellere ab hospitio suo. ¶ Secūdo pōt ostendi ma. huius peccati per hoc: q talis similis ē. Jude. qui postq̄ ad mensaz dñi cōmederat: cū tradidit hostibus suis. Etiā latrones timent contumeliam inferre eis: ad quorum mensam cōmederunt. De tali potest intelligi illud. Ecclesiastici. vi. Est amicus socius mense zc. Talis etiaz simi les sūt iudeis: qui in die que dicitur dominica in ramis palmarum: christum honorifice susceperunt: z post eum eiecerūt cū contumelia magna. Sunt autem aliqui q vij. ebdomadis hospitium christo preparant: postq̄ vero susceperunt eum: nullam reuerentiaz ei exhibēt. immo tot contumelias ei inferunt q. eum faciunt inde exire. ¶ Venturo magnam reuerentiam exhibēt presenti vero nullam: vnde Ber. admiras dicit. Quid minus presenti q̄ venturo debet? Quid minus reuerentie tempore resurrectionis: q̄ passionis exigitur. Tales etiam ad modum iudeorum. Barrabam latronem filio dei preponendo: filium dei a se expellunt: z infernalem latronem introducunt. Expellunt euz: qui eos protegebat: z introducunt qui eosq iugulet. vnde Jo. x. Fur non venit: nisi vt furetur z macter: z perdat. Quantum autez displiceat deo hoc peccatum. innuit dominus in ps. Dicens. Si inimicus meus maledixisset mihi. su. vtiq. Tu vero homo. u. d. meus. z no. z meus: q si. m. d. ca. ci. Et subditur veniet mors super illos: z de in fer. viuen. Et alibi homo qui edebat pa. m. ma. super m. sup. Et subditur. Domine resuscita me: z re. eis.

¶ De vitio pprietatis in religiosis. xvij. A

Equitur de vitio proprietatis: que ē
s in viris religiosis. Ad cuius peccati detestationem possumus ponere. xij Exempla. ¶ Primum est in Gñ. xix. Ubi legitur. q vxor. Loth. post se respiciens versa est in statuam salis: vir religiosus tunc post se recipit: quando diuitias huius mūdi quas dimisit: concupiscit. Statua corpus est sine spiritu: vnde claustralis tunc statua efficitur: quādo solo corpore in claustro conuersatur: corde vero immundo. Statua etiam habet similitudinem hominis: z non est homo. Sic z talis: similitudinez habet monachi: z non ē monachus. Notabile enim est: q vxor. Loth. versa est in statuam salis: quia talis Monachus exemplo suo alios condit. Sed sibi vtilis non est. Hoc exemplum reuocat dominus ad memoriaz. Luc. ix. Dicens. Nemo mittens manum. s. ad a. zc. Idem. Memores estote vxoris Loth. Ad idem pertinet: q legitur Secunde. Petri secunda. ¶ Secūdum exemplum est: in Genesi. xxxi. Ubi legitur. Rachel. fuisse furatam idola. Laban. laban. candidatio interpretatus. fine candidus: z significat mundum. q quēdam candidēte. habet exterius. Ra. vero virum contemplativum figurat. Ra. ergo idola furatur. quando claustrales diuitias huius mundi amore amplectitur. Notabile vero est. q Jacob tanta pena iudicauit esse puniendum q̄ hoc fecisset. Sit enim Apud enim quēcūq̄ inueneris zc. Notabiliter etiam diuitie. quas claustrales illicite possident. idola vocātur. Et quia inutiles sunt eis. sicut aurum. z argentum idolorū inutilia idolatris sunt. Et quia fidez z spē

ꝛ amorez: que in solo deo ponere debēt in pecunia ponunt. vnde nec veraz fidem habent. nec veram spē. nec veram caritatem ¶ Primum patet per hoc. ꝙ dicit. Aug. Qui veram fidem hz de deo. non cupit in hijs miseriis omnes fieri. Non enim plus ē mundus. q̄ deus. De spe vero: idem potest ostendi. ꝙ dicit Augu. Quod de deo despe rare est spē in creaturis posuisse. Proprietarius. fiduciam quā debet ponere in deo ponit in mundo. dum in diuitijs suis confidit. fallunt eum diuitie ꝛ ipse in infernuz corruit iuxta illud. Prouerbi. Qui confidit in diuitijs corruet. Amorem etiaz. qui in solo deo ponendus est. ponunt proprietarij in pecunia. Amant enīz pecuniaz plꝰ q̄ deuz. Quod patet ex hoc. quod quū ipsi non possint habere simul deum. ꝛ pecuniam potius eligunt amittere deum: q̄ pecuniam secū duz illud. Deus est vnusquisq; ꝙ ceteris diligit. sicut superius ostēsuz est pecunia igitur proprietarij est deus eiꝰ Unde ipsa idolatra est. ¶ Tertium exemplum est. Exo. xvi. Ubi dominus qui prouisor erat filioz israel. noluit de manna. ꝙ aliquis eoz in mane relinqueret: qui nō audierunt eum sed reseruauerunt inde: ꝛ ꝙ ē reseruatū computruit. ¶ Quartū exēplum est in Josue. vij. Ubi legitur ꝙ cum prohibuisset dominus: ne aliquis reciperet de anathemate. Jerico. Achor tamen tulit inde clamidem coccineam: ꝛ regulā aureā. ec. ficlos argenti. Jerico: ꝙ interpretatur mundum istum: qui mutabilis est admodum lune. Anathema debet esse viris claustralibus. Sed sunt aliqui: qui de anathemate furantur cum Achor: dum pecuniam sibi prohibitam volunt. In illis vero tribꝰ: que furatus est. Achor tres speties proprietatis figuratur. In regula aurea: intelligitur proprietas interior: ꝛ proprietas sensus: ꝛ volūtatis. In auro enim propter splendorem sapientia solet intelligi. Regula vero: que a regnando dicitur: pertinet ad voluntatem: que habet regnum ꝛ imperium in homine. In pallio vero coccineo intelligitur conuersatio exterior: habens peccatuz. In coccineo. n. peccatum intelligitur. Unde Isa. i. Si fuerint peccata vestra: tanq̄ coc. ꝛc. Palliuz ergo claustralis furatur coccineum quando aliquid retinet de conuersatione seculari: vel in habitu. vel in tonsura: vel in alio tali. Notabiliter aūt dicitur ibi palliuz valde bonum. Multis enim claustralibus videtur valde bona secularis conuersatio. Hoc est palliū illud: de quo legitur in canticis. Tullerunt pallium. m. cu. m. Quicq; autē notabilia sunt: in exēplo isto. ¶ Primum est hoc: qꝺ dñs dixit filijs Israel. Nō ero inquit vltra vobiscū: donec conterratis eū: qui huiusmodi sceleris reus est. in quo innuitur: ꝙ contra totam vnā abbatiā: q̄ quoq; dominus iratus sit: pp proprietariuz quem tollerant. Unde oēs qui sunt in aliqua tali religione debent illum persequi: q̄ sciunt proprietarium esse. ¶ Secūdū vero ibi legitur. Anathema in medio tui israel est: non poteris stare coraꝫ hostibus tuis donec deleatur ex te: qui contaminatus est hoc scelere. In quo verbo innuitur. quod propter illud peccatum: potestatē habebat diabolus precipitandi claustrales in multa alia peccata. ¶ Tertium notabile est: ꝙ ea que Achor furatus est: non ꝓfuerunt ei Nullum. n. lucrum habuit inde nisi peccatum: ꝛ penam peccati. In terra ea abscondit: ꝛ cum moriturus erat: ea manifestauit Sic proprietarij: sepe aliud lucrū non reportant de pecunia sua: nisi ꝙ custos ē dū viuit: ꝛ in morte manifestat ea. ¶ Quartū notabile est: ꝙ legitur dixisse. Josue ibi: q̄ turbasti nos exturbet te dñs in die hac: In quo innuitur ꝙ propter turbationē ꝓ prietarij: non debent dimitti: quin ei ꝓprium auferatur. ¶ Quintū notabile ē: ꝙ ībitur. Lapidauitq; eum omnis populus. israel ꝛ cuncta que illius erant igne consumpta sunt: In igne intelligitur magnus zelus: quem debet habere claustrales contra illud vitium. In lapidibus vero intelligitur increpationes quibus lapidandus est proprietarius. ¶ Quintum exemplum est de Juda: qui in congregatione ,deum loculos habuit: qui figuram tenet proprietariorum. Notabile vero est in exemplo isto ꝙ amor lucri: occasio fuit. Inde tot: ꝛ tantorum malorum: ꝛ tamen paruam: vel nullam ibi vtilitatem habuit. Pecuniam enim ductus: retulit. xxx ar. ꝛ nunquā commedit: vel bibit inde. Sic proprietarij multa mala cōmittunt: vt pecuniā habeant. ꝛ quandoq; nullam vtilitatē inde cōsequunt. ¶ Sextū exemplū ē isto. p. Re.

xv. Ubi legitur: qđ dñs phibuit Saul ne de rebus Amalech aliud ꝯcupisceret ⁊ nō obediuit saul. imo reseruata sunt meliora de oubus ⁊ armētis: ⁊ a deo offensus fuit domin⁹: vt de causa hac regnū auferret ei. ¶ Septimus exemplū est. ij. Machab. xij. Ubi legitur ꝙ Judas Machabeus venit quadā die: vt tolleret corpora quorūdam de suis: qui prostrati fuerāt in bello: volens ponere ea in sepulchris paternis: ⁊ inuenerunt sub tunicis interfectorus de denarijs ydolor: a qbus lex phibet iudeos. Oibus manifestus est hanc cām eos corruisse. Si enim tales qui pfectiones non pmiserant deus morte puniuit: ob hoc ꝙ acceperant denarios sibi a lege phibitos: quanta pena dignū est peccatū illud inter perfectos viros. Octauū exemplus est in Anania ⁊ saphira vxore eius: qui fuerunt primi proprietarij. qui ppter peccatū illud mor. subita. interfecti sunt vt legitur. Actuū. v.

¶ Nonus est in vitis patrum de quodam hortulano: qui omnia dabat in elemosynas: que de labore suo acquirebat: preter tenuem victus. Tandem subgestum est ei inspiratione spiritus maligni: vt aliquam pecuniā colligeret: q̄ cū senesceret. vel egrotaret posset expēdere. Et fecit. Sic cōtigit aūt eū infirmari in pede: ⁊ expendit ꝯgd habebat in medicis: ⁊ curari non potuit. Tandem vnus ex peritis medicis dixit eū nō posse curari: nisi per pedis abscisionē. Et cum die sequenti medicus allatus⁹ eēt instrumenta ad pedem abscidendum: nocte p̄cedente hortulan⁹ penituit: de nūmis collectis: ⁊ qđ dederat paupib⁹: ⁊ astitit ei statim angelus domini dicens. Ubi sunt nummi quos collegisti: ⁊ vbi spes q̄ habuisti: qui quum peniteret: ⁊ misericordiā petens. Angelus domini tetigit pedē ei⁹: ⁊ sanatus est: in mane vero medicus veniens inuenit hortulanum in horto sanatū: atq; operantem ⁊ glorificantē deum. ¶ Decimum exemplum est de quodā fratre: qui renunciās seculo: ⁊ dans sua pauperibus: venit ad abbatē Antonīū: quedā tñ sibi retinuit. Qđ quū cōperisset Antonius: dixit. Si vis monachus esse vade et cōpara tibi carnes: ⁊ impone corpori tuo nudo: ⁊ sic veni ad me. Qui cū hoc fecisset: tāc canes q̄ anes corp⁹ ei⁹ propter carnes raptēdas dentibus ⁊ vnguibus dilaniauerunt: ⁊ sic dilaceratus venit ad Antonium. Cui Antonius. Quicūq; renūciaueris seculo: ⁊ vult ad hoc habere pecuniam sic a demonib⁹ lacerabitur. ¶ Undecimū exemplū est de quodā fratre: qui reseruauit sibi duos aureos. Et cū infirmitate penitentia ductus manifestasset hoc. Greg. noluit tamē. Greg. parcere ei quin ⁊ infirmū: ⁊ mortuū puniret. Subtraxit enim ei in infirmitate visitationē fratrum: ⁊ post mortem voluit eum multis diebus carere christiana sepultura: exemplo suo docens prelatos ecclesie: quantū zelū debeant habere cōtra illud peccatū. ¶ Duodecimum exemplū est in vitis patrū de quodaꝫ qui erat heremita in egypto: cui diabol⁹ ostēdit magnuꝫ thesauꝝ sub terra: qui fuerat Pharaonis. Cui iste rūdit. Pecunia tua tecū sit in pditione. In hoc ꝙ diabol⁹ thesaurum illud ostēdebat heremite. satis apparet: quantū diabolo placet: viros perfectos habere diuitias: ⁊ per cōsequēs quantum deo displiceat.

¶ De. xij. stulticijs religiosi pprietarij.

e Ecūdo possunt valere ad detestationē huius peccati. xij: stulticie. quibus ostenditur laborare pprietarius.

Prima est: ꝙ ipse est valde fatuus mercator. Similis est enim homini negociatori. querēti. bo. mar. Inuenta aūt. v. bo. mar. va. ⁊ ven. oia que habet: ⁊ e. eam. Demuꝫ vero eam margaritā illam cōculcat: ⁊ pro nihilo dat. Margarita ista deus est: pro q̄ claustralis: quodāmodo totū mundus dedit etiam seipsum: quem quasi pro nihilo dat: quum pro aliqua re temporali deum amittit. Ad cumulū etiā huius stulticie accidit: ꝙ eandē margaritā nō cessat quotidie emere. s. vigilijs. ieunijs: ⁊ orationib⁹: cū tamē in tali statu: nullo p̄cio possit eam cōparare. ¶ Scda stultitia est: ꝙ cuꝫ dñs eripuit eū de naufragio huius seculi: ⁊ q̄si collocauerit eū in loco tuto. i. in naui religionis: ipse furtiue aliquātulū de mari nauī ponit: in quo ipse se submergit. vñ accidit ei: sicut barbari dixerūt accidisse Paulo. Act. xxviij. Cū euasisset de naufragio: ⁊ adhesit vipa manui ei⁹. Uticq; homicida ē hō hic: dixerūt ipsi. Qui cū euaserit de mari: vitio nō finit eū viuere. ¶ Tertia stultitia est: ꝙ cum ipse iam mortuus sit: tamen timet fame mori: cum solam vitam eter-

nam deberet querere. a mortuis enim sola vita eterna queritur. Ipse tamen a deo cupidus est vt cupiditate acquirendi sui efficiatur. Sed monstro similis est auaricia senis: sicut seneca dicit quid. Quid est dicendum de auaricia mortui. religiosi dñr mundo mortui. ō morte illa legitur ad Colo. iij. Mortui enim estis ⁊ vita vestra ⁊c. De morte etiã ista legitur in vitis patrum ꝙ cum quidam senator reliquisset abbati arsenio magnã hereditatẽ: ⁊ delatũ fuisset ad eum testamentũ: ipse ait. Ego prius mortuus sum q̃ ille. Ipse aũt modo mortuus est quomodo me fecit heredem. Et remisit testamentum nihil accipiens.

¶ Quarta stultitia est ꝙ ipe in loco salutionis: facit sibi locum perditionis. vnde quam spiritualit modo potest dici filiꝰ pditionis: sicut ⁊ iudas. vnde dominus. Nemo perijt ex vobis nisi filius perditionis: qui cuz saluatore ⁊ cum societate: in qua soli saluandi erant: ipse solus se perdidit.

¶ Quinta stultitia est ꝙ videtur habere magnam voluntatẽ ꝙ furetur: ⁊ per cõsequens ꝙ suspendatur qui vendidit sua: et dedit pauperibus: vt in monasterio furaretꝰ aliena. ¶ Sexta stultitia est ꝙ ipse locum illum quez declinant: etiam homines scelerati: ne scelera sua ibi cõmittant: ipse itrat vt ibi malam vitam ducat. Et qui cauebat sibi a furto in seculo: nõ timet furari in loco sãcto. De quo videtur ammirari dominus. In Je. dicens. Quid est: ꝙ dilectus meus facit in domo mea scelera multa.

¶ Septima stultitia est ꝙ cum dñs ab eo remouerit iram suã ipe non conat ad hoc ꝙ habeat de ipsa aliqd. Ira domini effusa est super abundantiã diuitiarũ. vnde legitur Apoc. xv. Quot angelus effudit fialaz suam in illud magnuz flumen Eufraten. Aqua ira liberatur: qui mundo renũciat. Sed proprietarius de ira ista vult habere diuitias vel possidere. vnde Jaco. vltimo dicit de diuitibus. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. ibi dicit glo. Nescit miser thesaurũ ire cũ thesauro pecunie: pariter cumulari. ¶ Octaua stultitia est: ꝙ ipse aliena colligit: ⁊ propria negligit. De hijs que propria esse nõ possũt vult facere sibi ppriuz: ⁊ iusto dei iudicio amittit omne proprijũ. Aliena nobis sunt temporalia ista: sicut ostensum est pri: qz

fm Ambro. Non sunt hominis bona: que secum fere non potest. Nõ possunt eẽ propria: cum sint separabilia. q̃ oũ ꝓprietarꝰ colligit: ⁊ sibi appropriare querit: ipse esse ꝓpriuz amittit. ¶ Primo amittit ꝓpriuz deꝰ: cuius ꝓprium est misereri ⁊: parcere. Quia iuxta verbum Ber. Monacho habenti ꝓpriuz negabit deus suũ proprium. Nec est parua amissio ista homini peccatori. Secundo amittit seipsum: quia sic cõmuniter dicitur: ⁊ vere est. Monachus habens de proprio obolũz: non valet obolum. Tertio amittit bona interiora: que proprie possunt dici nostra: sicut ostensuz est ꝓus. Quarta vero amittit bona eterna. que proprie possunt dici nostra: q̃ non possunt homini auferri. Nona stultitia est: ꝙ ipse facit sua preciosiora seipso. Cum enim deo se dederit: sua tamen dare non vult: cum tamen de iure se vando. sua dederit. vnde non debet se excusare per ignorantiam. Jus enim naturale videt dictare et: ꝙ cuz ipse seipsum a se alienauerit: ꝙ nihil proprium habere possunt. Proprietarius ꝙ plus est: pro eo ꝙ minus amittat. Cuz enim seipsum deo dederit: nõ est ista oblatio deo accepta pro illa modica pecunia: quã retineret ex quo se deo dedit ipe deberet ꝓuidẽtiã suã ei relinq̃re. Decima stultitia est: ꝙ ipse de scala celi fecit scalam inferni. Immo cũ tam multos gradus in scala celi ascẽderit: ipse precipitare vult se: ⁊ quasi saltare in infernum. Scala celi est crux religionis. De qua scala legit Gene. xxviij. Quod Jacob vidit in somnis scalã stantem super terrã ⁊ cacumen eiꝰ tangẽs celum. Undecima stultitia est: ꝙ ipse de porta celi: facit sibi portã inferni. Porta celi religio est. vnde Gen. xxviij. Non est hic aliud nisi domus dei ⁊ porta celi. ¶ Duodecima stultitia est ꝙ ipse laqueum cupiditatis: laqueũ in quo tot homines ad infernale patibulũm trahuntur. Qui iaz cõtritus erat: preparat: ⁊ molam asinariam a collo suo amotam: iterꝝ sibi alligat huiꝰ laquei figura fuit laqueus quo Judas se suspendit. Idem enim quod ad litterã in Juda accidit: qui dum quesiuit lucrũ peruenit ad laqueum: ⁊ quod suspensus ⁊ effusa sunt viscera eius spiritualiter accidit in proprietario. Amo. n. pecunie laqueus est quo occasionaliter suspendatur in inferꝝ

no Eulsceratur'quodãmõ duz p̃ocẽit interiora bona: z duz per terrenoꝝ sollicitudines cor eius quasi exit ab eo iuxta illud. Ecclesia.x. Prolecit enim in vita intima sua.

¶ De multiplici peruersitate hꝰ peccati proprietatis religiosorum. lxxxviij

Ertio põt valere ad dete. hui⁹ peccati mixta p̃uersitas quã facit peccatũ hoc in ecclesia dei. Prima p̃uersitas est qõ illã partem ecclesie que deberet esse p̃rimior celo facit hoc peccatuz adherere terre. Illũ etiam qui deberet esse stella fixa in firmamento celi: z lucere hominibus bono exẽplo facit hoc peccatum infixũ in limo p̃fundi. Astra celi viri claustrales sunt: vnde. xxxviij. Job Cũ me laudarent simul astra matutina z iubilarent omnes filij dei. De stelle cadunt de celo in terrã. per peccatũ p̃prietatis vt videat esse impletũ illũ. Apoc. vi. Stelle celi ceciderũt sup terrã hoc peccatũ ẽt facit vt in celo ecclesie qõ est religio in quo deberẽt eẽ ãgeli sint talpe imo diaboli. Diabolus. n. est q malus est inter bonos. Jo. vi. Ego. xij. vos elegi z vnus ex vobis diabolus ẽ: hoc peccatũ etiã facit illos q̃ aues deberẽt eẽ circa terrena ista rapere: vnde etiaz immũdi sunt iuxta illud. Deut. xxiij. Omne qõ repetat z pẽnulas hz immũdũ erit. Proprietarij in claustris sunt velut vespertiliones inter aues Et sicut vespertiliones in ecclesijs habitant: sic z clerici: nõ tñ ad idẽ. Clerici. n. ibi sunt ad deuz glorificandũ: iz vespertiliones sunt ibi ad oleũ bibẽdũ. Sic p̃prietarij hz sicut cũ eis qui deũ glorificãt ipsi tñ deũ sua mala vita blasphemãt. Jn illis iplet qõ legit
℣ Job. i. Qõ cũ assisterẽt filij dei coꝝ dño astitit inter eos z sathã. Proprietarius inter bonos claustrales ẽ velut sathã inter filios dei. ¶ Quarto põt valere ad dete. huius peti si mala colligant simul q̃ sunt in proprietario. ¶ No. ergo q̃ p̃prietarius fur ẽ vñ domus p̃prietarij iudicio scripture velut spelũca latronũ: z de mera iusticia posset eos dñs oẽs interficere subitanea morte: sicut ananiã z saphirã iterfecit: vel posset ignem mittere de celo q̃ oẽs cõbureret. Nec solum fur est sed etiã sepe est sacrileg⁹ qz furtum suũ sepe in sacro loco p̃mittit. Et qz res pauperibus p̃decratas furat. Iz scdm Iero. pars sacrilegij est res pauperũ dare pauperibus eadẽ rõne res pauperũ furari sibi sacrilegius erit. ¶ Est ẽt p̃prietarius p̃ditor z in deum z in primũ Jn deũ qz eius peccato ipugnat cũ expẽsis suis viuat. Jn p̃imus qz fres suos defraudat bonis illis que sibi appropriat ¶ Quarto p̃prietarius voti trãsgressor est: voluntariã n. paupertatez vouit: quã modo a se expellit. Est etiaz apostata. Si autem apostata iudicatur qui habitum deponit: cum paupertas voluntaria magis sit de substantia religionis quam habitus proprietarius: potius iudicandus erit apostata q̃ voluntariã pauptatem a se abicit. Judicio etiam scripture: qz ea inutiliter custodit que pauperes deberẽt comedere: hẽ. cida est. vnde Eccle. xxiij. Panis egẽtũ vita pauperũ ẽ: qui defraudat illũ hõicida est. ¶ Est ẽt proprietarius idolatria vt ẽ oẽs. Prius: z ẽ ypocrita. Sub habitu. n. claustrali animũ gerit seculare extra vr ẽ aureus int⁹ lute⁹ est. Est etiam mẽdax spũi sancto. vñ Act. v. Dixit petrus ananie. Cur tẽptauit sathanas cor tuu: mẽtiri te spũi sancto. Et subditur: nõ es mẽtitus hominibus sed deo. Alia ira hz. Cur iplent sathanas cor tuũ Plenus. n. fuit primus p̃prietarius sathana. De iure. n. naturali vr esse excẽcatus. Cũ. n. bona sua alijs nõ cõicet ipe indigẽ est cõicare bonis aliorũ. Et ẽt maledictus iudicio scripture iuxta illũ. Josue. vi. Maledictus vir coram deo q̃ reedificauerit iericho. frequẽter ẽt indigne cõficit vel cõicat p̃prietarius. Quod quantũ peccatũ sit satis cõsum est prius. Preterea p̃prietarius
¶ peccat in patrẽ. pe. in fi. pe. ĩ spi. s. Jn p̃iz peccat dũ de potẽtia eius dubitare videt. Duz. n. timet mori fame si eis q̃ vouit deo seruauerit videtur facto dicere illi. p̃e Tũ quid ẽt panem poterit nobis dare aut parare mensaz in deserto. Jn filiũ peccat cũ sapiam eius deridet iuxta illud. Prouer. Stulẽ⁹ deridet sapiaz p̃ris sui. Sapis xj Si fuit pauptatẽ diuinis p̃cẽre e molestias delicijs: vñ ad Heb. xij. legitur de ipso q̃ p̃posito sibi gaudio sustinuit crucẽ. Et p quẽ locum dicit Augu. Dia terrena bona cõtẽpsit hõ xp̃s vt cõtẽnenda monstraret. Et omnia mala terrena fugiẽda vitanda precipiebat: vt nec in illis quereret felicitas nec in istis timeret vt infelicitas. Et istam sapientiã deridet p̃prietarius. Pe-
℣

est etiam in spiritum.s. qr de bonitate dei male sentit: dum credit quod si seruierit deo ad eius voluntatem quod ipse debeat permittere eum mori fame. Aliter etiam peccat contra spm scm: qr facit cōtra caritatem que spūs sancti est. Et qr mentit spūi sancto sicut ostensum est prius. Ad vltimū notandum est qd religio maxime deberet persequi vitium istud. Primo qr detrahit religionis fundamentū: qd est paupertas. Hoc fundamentum posuit filius dei: qñ doctrinam a paupertate inchoauit dicens. Mat.v. Beati pauperes ꝛc. Matrē etiam religionis iugulat ꝛ suffocat que similiter est paupertas. Pacem etiā aufert q̄ totum bonum est religiosoꝝ. Unde super illud. Pax super israel dicit Glo. Uno verbo oē bonum dixit Sene. Quietissime viuerēt homines si hec duo pronomina tollerent meum ꝛ tuum.

¶ De auaricia scientie. cap̄.xxiij.

Vltimo loco inter spēs auaricie q̄ pertinēt ad ministros ecclesie dicendum est de auaricia scie q̄ videtur deterior esse: quam auaricia pecunie. ¶ Duodecim vero sunt que possunt ostēdi qb̄ valde detestabilis sit auaricia ista. Primum est hoc qd scriptura in multis locis monet vt cōmunicemus sciam nostrā alijs. Prouer.v. sic legitur. Derivent fontes tui foras: ꝛ in pla.a.t.di. Eccle.xi. Mane semina semē tuū: ꝛ in vespere nō cesset ma.t. Et Eccles.xxix. Quod habes in manu ciba ceteros. In manu habet homo q̄ opere implet: vel que habet ad manus vel ipromptum. Talis enim multo amplius pficeret in docendo qui bene sciret ea que doceret ꝛ q̄ opere ipleret. Scdm ē qd ēt natura ꝛ consuetudo idem suadēt nobis: qr sol ꝛ alia corpora luminosa lumen suum oibus cōmunicāt: quantum virtus eoꝝ se extendit: nisi aliq̄ re interposita prohibeātur. Cōsuetudo ēt hz vt homines adiuicē lumen gratis cōmunicet. Inauditū enim est lumen exhiberi venale: ꝛ miser valde reputaretur: q lumē candele siue candelis alioꝝ nollet cōmunicare. Cui simillis ē ille q lumē sapie nō vult alijs coicare. Tertiū est hoc qd ille q sciam habet pōt ee largus de ea absq̄ suo detrimento. Qui diuitias terrenas hz nō est mir si largus nō est de eis: qr eas largiri non pōt: nisi eas desinat possidere. vñ Boeti⁹ i li.pso. O angustas iopesq̄ diuitias q̄s nec habere totas pluribus licet: ꝛ ad quēlibet fine ceteroꝝ paupertate nō veniunt. In hoc hñt pecuniaz spūales diuitie qd a largitate nō minuant: cū corporalia vel minuant: vel oino desinant haberi: hoc etiā vnū ē i quo attēdit similitudo spūs nr̄i ad deū: qd sicuti ille bona sua largit̄ absq̄ pditione vel detrimēto: ita spiritus noster bona sua coicat absq̄ detrimēto. Est etiā quoddā bonū spūale. s. summū bonū: qd pōt simul ꝛ semel totū a multis haberi: ꝛ quāto a pluribus habet tanto melio⁹ habet. Quartuz est hoc q̄d in scia dñi datur nō solū nō amittit sed etiaz augetur radicatur ꝛ meliorat. vñ sapiēs. Scia distributa suscipit incremētū: ꝛ auarū dedignata possessorē: nisi publicet elabit̄. Et Aug. in lib. de doc. xp̄ia. Omnis res q̄ dando nō deficit dū habetur ꝛ nō datur: nō habetur quō habēda ē. Quintuz est q̄d elemosyna de ipsa facta valde p̄ciosa ē: ꝛ valde necessaria deo ꝛ primo. vnde sicuti valde miser reputādus eet ille q in tēpore in quo magna ē caristia ꝛ fames haberet thesaurū: q diminui nō posset: sed ex largitione semp creſceret si pauperes pmitteret mori fame ꝛ eis non subueniret: sic valde miser est: qui de scia sua est auar⁹. Quam p̄ciosuz donū sit scia vel verbū diuinū innuitur. Zach.xi. vbi dicitur. Quid ē bonū eius ꝛ qd pulchrū: nisi frumentū electoꝝ ꝛ vinū germinās virgines? Frumentū electoꝝ dicitur frumentum verbi diuini quo electi ad regnuz eternum vescuntur. vnde quasi cibus regius est: frumento materiali amplius vescuntur reprobi quam electi: frumentuz aūt vocatur illa pars scripture que propter sui difficultatez fractione indiget: vinum aūt germinans virgines dicitur verbū diuinū q̄d virgies ꝛ castas generat affectiōes. Et dicit̄ hoc ad differētiā vini materialis q̄d luxuriosas reddit mētes Unde Prouer.xx. Luxuriosa res est vinuz. Quā vtilis sit elemosyna ista primo insinuat. Sene. dicēs. Nō minus piū ē docere aiam sciam quā corpori dare escā. ꝛ Aug: Non est magnuz pascere ventres morituros: sed magnum est pascere aias in eternum victuras. Et Grego. Maius miraculum est verbo consolationis peccatorē cōuertere q̄ carnem mortuaz suscitare. Deo

n.honorificū ē vnde Tho.xij. Opa dei re uelare honorificū ē. Sextū est q̄ ille q̄ largus est de scia bñdicitur ab hoibus: vñ in Eccle. Splendidū in panibus bñdicent labia multop̄ z in futuro a deo bñdicēt. qñ dicet ei. Euge serue bone z fi. zc. Mat. xxv Septimū ē h: q̄ scia que ē in hoie auaro ē q̄si pdita: vnde in Eccle. Sap̄. abscōdita z thesaurus inuisus q̄ vtilitas in vtrisq̄: z ita bona abscōdita in ore clauso q̄si appositiões epkaꝝ circūposite sepulchro. Itē in Eccle. Melior ē q̄ abscōdit suā stulticiaz q̄ q̄ abscōdit sapiaz suā. z bñdicti sapia melius eē pdita in auaro q̄ pecūta: q̄ pecuniā pōt auarus in morte pauprib⁹ errogare q̄ de scia tūc fieri nō pōt. Octauū ē q̄ nō loluz ē inutilis scia in hoie auaro imo ēt noxia ē ei. Scaturit. n. vermibus sicut legit. Exo. xvi. Un⁹ vermis pcedens ex scia ē in pbta. vñ Apo. Scia inflat. Alit⁹ ē inuidia altus indignatio: vñ Eccle. i. In multa sapiētia multa ē indignatio: z q̄ addit scientiā addit laborē z dolorē. Nonū est: q̄ ad litteraz interdū amittit auarus ēt in p̄ñti sciaz suā. vnde Mat. xxv. Omni hñti dabitur z habūdabit: Et ei q̄ nō hz z q̄d videt habere auferetur ab eo. sup quē locū dicit Glo. Hñti studiū verbi erogandi dabitur gr̄a sup gr̄am: z alia Glo. Multi naturaliter sapiētes: z acuti si sunt desides pdunt bonū nature: z in eodē ca. subet dñs talētuz tolli z dari ei q̄ hz. x. talenta. Decimuz ē: q̄ talis odibilis ē hoib⁹: vñ in Prouer. xi. Qui abscōdit frumenta in tē. maledicetur in populis: benedictio aūt sup ca. ven. Undecī. ē: q̄ iniuriosus ē p̄ximo: vnde Ber. Rē pfecto p̄rimi retines: si donis scientie z eloquentie adornatus verbū bonū q̄ posset pdesse multis inutilissimo damnabili silentio ligas: cum sit maledictus q̄ frumenta abscōdit in populis. Duodecī. ē q̄ ipse ē valde vānosus deo. Q̄ sicut btūs Ber. dicit modica sementis detractio non modicū est messis detrimentū: vnde sicuti agricolis facit maius damnū ille q̄ furatur semen quā si aliā rez furaret: q̄ non soluz aufert eis semen: sed ēt fructū q̄ debuit exire a semine: sic multū damnificat deū q̄ se mē diuini verbi q̄ seminare debuit inutiliter abscōdit. ¶ Et no. q̄ illis q̄ officio p̄dicatōis idonei eē possunt: z tñ sibi solū viuere eligāt: licet h̄ ex bona intentiōe faciāt z timore dei. s. vt cuz puriori ꝓscientia deo viuant. Multuz timendū videtur eē eo q̄ ille seruus q̄ pecuniā sibi cōmissaz abscondit in sudario vocatus ē a dño seruus neq̄ dit in sudario puritas cōscientie intelligitur In sudario ergo talentuz abscōdit q̄ amore puritatis cōscientie officiuz predicationis deserit: z dicit Glo. supillum locū. In sudario pecuniaz reponit q̄ ad predicandum idoneus officiuz predicationis vel suscipere renuit vel susceptuz non bene gerit Ad idem pertinet q̄ dicit Bre. q̄d scientia z virtute predicti secessuz speculatiōis appetunt. Tot. n. animaꝝ rei sunt quot animabus in publicuz p̄dendo p̄desse potuerant. Tales vt q̄daz dixit ligant sibi pedes z manus ne deus possit se ex eis iuuare: vnde timere possunt illō. Mat. xxij. Ligatis manibus z pedibus mittite eū in tenebras exteriores. Et. xxv. Inutilem seruū eijcite in te. ex. Et. xxv. Iracūdia. n. inutilis sustinebit teri. Et. xxv. Iracūdia. n. inutilis sustinebit vt legitur Prouer. xiiij. Ista tamen de illo intelligenda non sunt qui tante infirmitatis est: q̄ non videt salutem suaz in multis est: q̄ non videt pertinere illud q̄d dño dicit. Quid prodest homini si totū mundū lucretur z detrimētū sui faciat Mat. viij.

De lusoribus. xxiij.

Vltimo loco inter speties auaritie dicemus de peccato lusoraz: q̄ frequēter in lusoribus est peccatū cupiditatis vel auaritie. Et primo ponemus ea q̄ possunt facere ad dete. huius peccati. Dei de tangemus aliq̄d de hīs q̄ miscent in lusoribus: z de hīs qui locant eis ad ludum necessaria z de hīs qui permittunt eis ludere in domibus suis. Quinq̄z vero sunt q̄ possunt facere ad detesta. huius peccati. ¶ Primo potest facere ad hec multitudo z magnitudo peccatorum que in ludo accidunt: possunt vero accidere sbi. xvi. peccata.

¶ Quod. xij. sunt stultitie lusorum.

Otandum tamẽ qđ cuz fatuus ſit impius qui de bonis ſuis ſupbit valde fatuus ẽ qui de bonis predictis ſupbit ¶ Et primo generaliter oſtẽdemus qđ valde fatuus eſt impi⁹ q̃ de bonis ſuis ſuperbit. ¶ Deinde oſtendemus de vno quoq; predictorũ bonorũ qđ valde fatuuz ſit inde ſuperbire. Et poſſent. v. rõnes aſſignari quare fatuus ſit ille impius qui de bonis ſuis ſuperbit. Primo q: ipẽ quo dammõ inferior eſt etiã irratiõalibus creaturis in hoc qđ illi tantũ ſint i miſeria pene: ipſe vero homo i miſeria pene z culpe. Preterea creature irrõnabiles vnicam habere debent mortem poſtq̃ nihil omnino malisentiũt: homo vero impius debitor ẽ duplicis mortis: quia poſt trãſitoriam habebit eternam: vnde nõ parum fatuus eſt peccator qui de bonis ſuis ſupbit ſuperiorem ſe alijs hominibus reputãdo qui quodãmodo bruti inferior eſt. Secũdo vero fatuus eſt qui de bonis illis ſuperbit in quibus eũ ipſa bruta excedunt: ſicut ẽ fortitudo corporis z agilitas. Ipſi etiã iudei z ſarraceni z alij peſſimi homines pl⁹ hñt de illis bonis quã ipſe hẽat z etiaz ipſi demones de ſcia que videt eſſe vnũ de maximis bonis que hñt impij plus videnť habere q̃ ipſi impij habeãt: vñ valde fatuus ẽ qui de bonis illis ſupbit a quibus demonibus ſuperat. Tertio fatuus eſt impi⁹ qui de bonis ſuis ſupbit cuz bona illa ſint ei ad verecundiam verius q̃ ad gloriam: vñ. Aug. loquens ad impiũ inquit. Nõne vides te debere erubeſcere de bonis tuis ſi domus tua plena ẽ bonis z te hẽat maluz? Quarto fatuus eſt ipius qui de bonis ſuis ſupbit: q: bona ipſius ei bona nõ ſunt. Senec. Nihil eſt hoi bonũ ſine ſe bono. Eſt ne bonũ homini qđ ſibi materia infirmitatis z impedimentũ ſalutis? Sap.

Omnia que extra nos sunt: sunt bona ḡcū
q̄ forte hoibus cōtigerent nō tō laudātur
q̄ hūit quis ea: z q̄ hūjs honeste sit vsus
tō dicit. Sēn. quod stulto nulla re ē opns.
Nulla enim re scit vti ¶ Quinto fatuus ē
impius qui de bonis suis supbit q̄ nō hz
dispensationē in eis z periculū ei inde im
minet duplex. Periculum enim est ei si for
tem amiserit. Periculū etiā est ei si lucrum
nō reportauerit. Et de vtroq̄ districtu ra
tio erigetur ab eo: vnde qui de multitudie
stolarum bonorum superbit ipse superbit de
magnitudine oneris sui specialiter.
¶ Quod fatuum est superbire de sanitate
corporis. xl

Pecialiter vero fatuū ē superbire
s de sanitate corpis. Primo ga
ista sanitas momentanea est. No
die enim quis sanus est eras infirmus vel
mortus. Jac. iij. Que ē vita vestra: vapor
est ad modicū parens ꝛc. Secūdo quia
corpus hostis familiaris est z ideo multum
nocuum. Nulla enim pestis efficatior ad no
cendum q̄ familiaris inimicus: ait sapiēs.
Nō debet ergo aliqs subire ꝓpter sanitatē
corporis: sed potius timere. In maiori aūt
piculo est cum hostis eius sanus sit. Ter
tio fatuus est qui de hac sanitate superbit
cum ipsa sanitas vt frequētius occasio sit
infirmitatis anime sicut ecōtrario scriptū
ē in Eccle. xxiij. Infirmitas grauis sobriā
red. a Non est quare aliqs superbiat de sa
nitate pedis si in capite infirmitatem hēat
ad mortē. Sic nō est supbiendū de sanita
te corporis ex quo in aia infirmitas est ad
mortē: hō sanus corpore infirmus mēte si
milis ē pomo exterius sano interius putri
do. De fortitudine etiā corporis fatuus est
superbire: cū scriptū sit sap̄. vi. Qui fortiori
bus fortior instat cruciato. Et cum cōtinua
lucta sit inter spm̄ z corpus. Caro enim cu
pisc it aduersus spm̄ z spūs aduersus car
nē; vñ quanto corpus fortius tāto magis
spūs timēdū est. Et ad litterā hoc videmus
frequenter qui fortiores corpore infirmio
res sunt mente. Animus enim resistere pos
sunt ire z luxurie z ceteris vitijs.
¶ Fatuum est de velocitate superbire.

Fatuus etiā est superbire de corpis
f velocitate cū corp⁹ sit velut equs
quidam in quo hostes infernales
vt frequenter ducūt spm̄ ad mortem ipsi⁹
z vt frequentius quāto iste equus velocior
est tanto facilius spūs ab hostibus intus ca
pitur. Preterea in velocitate ista etiā a ca
nibus superamur: vnde fatuū ē qui homo
de hoc supbiat in quo a canibus inferiorē
se videt.
¶ Fatuū ē de pulchritudie corpis supbire

De pulchritudine etiā corporis est
d fatuū supbire cuius corpus sit velut
quoddā sepulchrū. Aug. Corpus
peccatoris aie mortue est sepulchrū: vñ cū
peccator de pulchritudine corporis supbit
simile est ac si mortuus de pictura sepulchri
superbiat. Simile est etiam ac si aliquis in
perbiat de pulchritudine sterquilinij nitue
cooperti.
¶ Qd nobilitas carnis sit cōtēnenda. xli.

De nobilitate etiā carnis fatuus est
d superbire cū illa nobilitas valde
cōtēptibilis sit. ¶ Primo cōtēpnē
da ē q̄ vt frequenter nobilitas carnis me
lior est nobilitatē autem. s. mentis nobilita
tem. Sap̄. Non est quo sibi aliqs de nobi
litate corporis vel generis blandiat: si ex
meliori parte sit familus. Multo indignior
est mēte seruire q̄ corpore. ¶ Secundo cō
temnenda est q̄ oēs sumus ex rodez pfe z
eadē mre. Nō legitur dns fecisse vnū adā
argenteū vñ essent nobiles: z vnū luteū ex
quo essent ignobiles: sed vnicū: z illūde lu
to plasmauit ex quo oēs extimus: vnde si
aliqs ex hoc solo nobilis est quia ex nobili
patre z nobili matre aut oēs erimus nobi
les aut oēs erim⁹ ignobiles. Quia aut pa
rentes primi fuerunt nobiles aut ignobi
les. Si ipsi fuerūt nobiles: ergo z nos oēs
nobiles sumus. z etiā eque nobiles cū ge
nitū ex eque nobilibus eque nobiles iudicē
tur. Si vero ignobiles fuerint z nos oēs
ignobiles sumus z eque ignobiles cū genti
simus ex eque ignobilib⁹ Mala. ij. Nun
quid nō p̄r vnus oium nrm. Nunqd non
deus vnus creauit nos? Quare ergo despi
cit fratrē suū vnusqsq̄ nrm? ¶ Tertio cō
tēnenda est nobilitas carnis q̄ ipse deus
cōtēpsit eam. Noluit enim ex nobilibus re
ges eligere in principio sinagoge immo pri
mū regē post asinas assumpsit. s. saul. Se
cūdū. s. Dauid de postphetātes accepit In
tēpore autē gratie potius voluit ignobiles
eligere q̄ nobiles: vñ. i. Cor. ij. Ignobilia z
cōtēptibilia mūdi elegit deus. ¶ Quarto

vero cõtemnenda eſt nobilitas carnis ga nõ eſt illius q̃ de ea gloriatur: ſed potius illoz̃ a q̃bus ipſe deſcendit. vnde. Señ. Nemo in gloriaz veſtrã vixit. Nec q̃ ante nos fuit veſtrũ eſt. Animꝰ nobilé facit. ¶ Quito vero cõtẽnenda eſt nobilitas carnis: ga materia quã a parẽtibus cõtrahit aliquis rõne cuius nobilem ſe credit vile q̃d eſt z inmũdũ erubeſcibile z ope imũdo z erubeſcibili procedit ab eis: vñ quo rõne illiꝰ materie hẽbit q̃s nobilitatẽ cũ illa materia vilis fuerit? Quo audet aliq̃s dicere ſe nobilem generatione cuz q̃libet exẽplo Job. poſſit dicere putredini pater meus eſt ꝛc. Merito nobilitas carnis contemnẽda eſt imo abhominãda eſt: vñ. Luc. xvi. Quod altum eſt hominibus abhominatio é apũ deũ. ¶ Sexto cõtẽnenda eſt nobilitas carnis immo potius nõ eſt reputanda. cũ in veritate nobilitas non ſit. Sicut etiaz ipſi pñi reputauerũt. Señ. Nemo altero nobilioz niſi cui rectiuus eſt ingeniuz: z bonis artibus aptus. Idẽ. Nihil aliud eſt nobilitas quã antiquate diuitie. Idez. Quid eſt equus aut ſeruus aut libertinus nomia ex ambitione vel iniuria nata. Idez plato ait neminem regem nõ ex ſeruis oriundũ eſſe. Neminẽ ſeruũ nõ ex regibus: oia iſta longa miſcuit varietas: z ſurſum deorſuz fortuna verſanit.

¶ Q̃d nullus ſit nobilis ex eo: q̃ ex nobilibus parentibus ſit generatus.

Actoribus etiã oſtendi põt q̃d aliquis nobilis nõ ſit ex eo q̃ ex nobilibus parẽtibus genitus. Ex eadẽ enim radice exeũt viles z ignobiles flos farine z furfur ex eadẽ radice exeũt: tũ furfur cibus vilis eſt quo porci paſcũtur flos aũt farine cibus nobilis eſt. ¶ Item ex eadez radice pcedit ſpina z roſa. Roſa creatura nobilis é q̃ nõ ceſſat bñfacere hominibus q̃ ſunt iuxta eam: ſuuz gratũ odorez vndiq̃ ſpargendo. Spina vero quoddaz vile eſt q̃ pungit ea que iuxta eam ſunt: ſic ex eodem pñe z eadẽ matre poſſunt naſci duo. vnus tamen erit nobilis alius ignobilis. vnus ad modũ roſe nõ ceſſabit bñfacere vicinis ſuis: iſte nobilis erit. Alius erit ſpina in ignẽ infernalẽ mittẽda qui nõ ceſſabit pugnare vicinos ſuos: hic erit ignobilis. ¶ Multis aliis exẽplis põt idẽ oſtendi. Ex eadem arboꝛe nata ſunt duo poma quoꝛũ vnũ eſt ſanũ aliud putridũ vel vermenoſũ. Jtẽ ex eodẽ libero arbitrio pcedunt bonũ z malũ. ¶ Jtẽ ſi nobile eẽt q̃d a nobilibus pcederet oẽs nobiles eſſemus cum oẽs ſimus adeo q̃d nobiliſſimꝰ eſt. Mala. ij. Nunquid nõ deus vnus creauit nos: ꝛc. Jtẽ ſi oẽ q̃d ex nobili procedit nobile eſſet: ergo pdiculi z alie ſupfluitates que ex nobilibus procedũt nobilia eẽnt

Septimo cõtemnẽda eſt nobilitas carnis ꝓpter onus magnum quod ei eſt adnexum. Nobilitas carnis quedam potius eſt que tanto cenſu onerata eſt q̃d magni comitatus z archiepiſcopatus nõ ſufficiũt ad ſolvendum cẽſuz illud imo pretereo ne ceſſe eſt ſicut ipſi nobiles dñi q̃ ipſi impignorent regnũ celoꝛum z ſeipſos diabolo pro cenſu iſto ſoluendo vñ multis nobilibus magis expediret quod eẽnt leproſi q̃ q̃d eẽnt i ſtatu i quo ſunt ſic alig ẽt ex eis recognoſcunt. Octauo contẽnenda é nobilitas carnis q̃ rei cõtemptibilis. ſ. corporis q̃d eſt q̃ſi quidã ſaccus imũdicie plenꝰ ſicut ea oſtendunt que exeunt de ſacco iſto p foramina. v. ſenſuũ. Orig. vilis nobilitas q̃ in locis taz turpibus generat. Nono cõtemnenda eſt nobilitas carnis quia inferioꝛ vꝛ ẽ nobilitas iſta q̃ eſt in hominibus nobilitate illa que eſt in canibus: cũ illa nobilitas que eſt in canibus certa ſigna hẽat in canibus exterius quib⁹ agnoſcũ. Nobiles nõ homines non hñt certa ſigna neceſſario q̃bus ab aliis hominib⁹ dignoſcant. Decimo cõtẽnenda eſt nobilitas iſta quia ridiculoſa eſt. Ridiculũ enim eſt vnũ ſeruũ aliis ſeruis nobiliozem dici: vel vnũ ruſticũ aliis ruſticis. Sicut filio cuiuſdam diuitis burgenſis deriſorie dictuz é a quodam quod ipſe eſſet de nobiliozib⁹ ruſticis ſue ciuitatis. Sic cuz corpus naturaliter ſeruus ſit. Datus eſt enim ipſis ad ſeruiendũ: z naturaliter ruſticũ ſit cũ tot ruſticitates ab eo quotidie exeant ridiculuz eſt corpus vnius nobilius dicere altero vel vnũ hominem nobiliozẽ altero ex parte corporis: vnum tñ bonum habet nobilitas que carnis dr̃ eſſe q̃d q̃ſi frenuz eſt quoddã cõ hoies debet cohibere ne male agãt. Jero. Nil aliud video in nobilitate appetenduz niſi q̃d nobiles quadaz neceſſitate aſtringuntur ne abantiquoꝛ pfectate degenerẽt Sap. Nobilitatis tue ad hoc memineris:

vt cum claritate generis moꝝ ſanctitate cõtendas: ⁊ cuꝫ nobilitate corporis animi nobilitate ꝓficias. Sap̃. laudabat in quibꝰ dã qꝫ genuit ſint nobiles in alijs quod nobilitatẽ virtutẽ ſunt aſſecuti: Pulcrũ eſt reſpondiſſe nobilitati. Pulcrũ etiaꝫ humilit⁹ genus facits illuſtraſſe. ¶ Itez quidam vituperabat alium de genere ſuo dicẽs. Tu es caput tui generis. Qui ille: ⁊ tu es cauda generis tui. ¶ Item quidam ſapiens cum quidam ex patricio genere fructꝰ iferior ignobilitatem generis illi obiceret inquit. Gaudeo qꝫ ego ex me ſurrexit: tu ex te cecidiſti: generis noſtri vterqꝫ ſum⁹ deus ⁊ dedec⁹. Et alius phs ſimiliter obiurganti Rñdit. Mihi obicis ꝓfeciſſe crimẽ meum imputas glorie dum tuum imputas ignauie. ¶ Et notandũ eſt quod vera nobilitas animi eſt vnde illud. Nobilitas ſola eſt animum que moribus ornat.

¶ De animi nobilitate duplici. xlij

Nimi vero nobilitas duplex eſt.
a Quedaꝫ naturalis: de qua Señ.
Quis ẽ generoſus ad virtutẽ bñ
a natura compoſitus. Alia nobilitas ẽ gratuita quãdo aliquis gratiã dei hꝫ qua dei filius eſt que cuſtodit euꝫ vt nulli turpitudini ſeruiat: tullius. Liber extimãdus ẽ q nulli turpitudini ſeruit. ¶ Itez ſapiẽs. Be illa nobilitate glorieri que filios dei ⁊ coheredes facit. Tuncille nobilitatez ſuã integraꝫ ſeruare ſe putet ſi dedigneꝫ ſeruire vitijs ⁊ ab illis ſuperari: a quo enĩ quis ſuperatur eius ⁊ ſeruus eſt. B. An non ſeruus cui dñaꝫ inigtas? Quantũcũqꝫ aliquis ex nobilibus ortus ſit tñ ignobilis eſt ſi deuꝫ contemnat ⁊ nolit ei ſeruire. Et ex quantũ cũqꝫ ignobilibus ortus ſit nobilis tamẽ ẽ ſi deo ſeruiat: vnde. i. Re. ij. Dicit dñs ad hely. Abſit hoc a me: Sed quicũqꝫ honorificauerit me glorificabo eum: qui autem contemnunt me: erunt ignobiles.

¶ Qũ. vi. ſunt ſigna vere nobilitatis.

Tnotãdum eſt qꝫ ſex ſunt ſigna
e vere nobilitatis. Primuꝫ eſt li
B beralitas: vnde deus q nobiliſſim⁹ eſt ipſe eſt liberaliſſimus. Liberalitas eius tanta eſt vt nõ ſolũ ſua det ſed etiã ſeipſuꝫ Nec ſolum ſeruientibus ſibi dat ſed etiam hoſtibus ſuis. Ipſe. n. ſolẽ ſuũ facit oriri ſuper bonos ⁊ malos: ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Bat. v. ꝓpter libertatez ſuã fecit quecũqꝫ facta ſunt. Ad bandũ. n. fecit q̃cũqꝫ fecit. Creaturas rõnales fecit vt eis daret. Alias aũt creaturas vt eas daret. Deo etiã qui dicitur eẽ rex aialiũ qꝫ aial nobile eſt liberale eſt: vñ Ari. dicit ipſum eſſe aial cõmunicatiuum: ⁊ ſicuti liberalitas ſignũ eſt nobilitatis ita rapina ſignũ eſt rũſticitatis: vnde illi q nobiles reputãtur ruſticiſſimi ſunt cũ nõ ceſſent auferre pauperibus ⁊ illis qui non poſſunt defendere: ſe ſicut magiſter alanus oſtendit qbuſdã militibus: legebat magiſter alanus apud mõtem peſulanum ⁊ audierũt milites vicini qꝫ tantus clericus eſſet: ⁊ qꝫ ad omnia interrogata reſponderet: vnde acceſſerũt ad eũ de cõmuni ꝓfilto ⁊ queſierũt ab eo que eſſet maxima curialitas: Qui reſpõdit eis quod dare curialiſſimũ eſſet. Quo audito oẽs conſenſerunt reſpõſioni eius. ¶ Ideo dicit dominus q⁹. Beatius eſt dare q̃ recipere. q⁹ dare facit ſimilem deo qui oibus dat ⁊ a nemine recipit. Ipſe ꝙ dixit eis: vt habito cõſilio ad inuicem dicerent ei q̃ inter alias ruſticitates maior eſſet. Qui habuerũt cõſiliũ ad inuicẽ ⁊ nõ potuerũt conuenire in idem: vnde reuertentes ad eum dixerunt quod non potuerũt concordare quo audito ipſe increpauit eos dicẽs. Ego poſueram vos in via per quã poſſetis queſtionis vobis propoſite ſolutionez cognoſcere. Si. n. dare curialiſſimum eſt: auferre quod eſt ei contrarium ruſticiſſimũ eſt: vñ vos qui inceſſanter aufertis pauperibus ruſticiſſimi eſtis. ¶ Secũdum ſignũ nobilitatis eſt gratitudo ſeu recognitio bñficij. Et ꝓcontrarium ingratitudo ſeu beneficiorum nõ recognitio ſignũ ruſticitatis ẽ vnde patet quod illi qui nobiles reputantur qui deum pre ceteris hominibus qui eos honorauit inhonorant: ſubditos etiaꝫ ſuos qui multo ſudore meretur vnde ipſi viuunt: ⁊ propter quos ipſi ſunt honore inceſſanter opprimunt ruſticiſſimi ſunt: ſecis etiam videñ tales deteriores eſſe. fere enim officia ſiue beneficia ſentiũt: ſicut ait Señ. ¶ Tertium ſignũ nobilitatis eſt mãſuetudo ⁊ miſericordia in ea que ſunt eius ſubiecta. Et hoc eſt vnum quod valde decens eſt in hꝭ qui poteſtatem habent: vnde. Señ. Nullum ex hominibus tantã clementiam vel magis q̃ regem ⁊ principez decet. Idem. Iracundiſſime ac ꝓcaptu

pugnatissime sunt apes: ⁊ aculeū in vulne re relinquunt. Res ipsa sine aculeo est. nolūt ipsum natura nec seuū esse nec victorem que magno ꝓstaret petere: reliquūq; detra xit. et trax eius inermem reliqt: exemplar hoc trahere ab oibus regibus ingens pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores. In signū huius mānsuetudinis vel misericordie iungunt reges xp̃iani. Sap. ☙ Maximā potestatē habēs datorē potestatis iuxta possibilitatē suam dz imitari. In hoc aūt deū maxime imitat si nihil iudicauerit q̄ miserert p̄cioꝝ: ⁊ sicut mānsuetudo ſ subditos signū est nobilitatis: sic ⁊ crudelitas i subditos signū est rusticitatis ⁊ seruitutis. Unde Prouer. xxx. Per tria mouetur terra: ⁊ quartū qđ non pōt sustinere per seruum cum regnare ceperit. Ouidius. ☙ Asperi⁹ nihil ē humili cum surgit in altū. ☙ Cūcta ferit dū cuncta timet descendit i oēs: vt se posse putet: nec bestia rectior vlla est: q̄ seruit rabies in libera terga furentis.

E ¶ Quartū signum nobilitatis est virilitas seu strenuitas i eos q repugnāt. In signū huiꝰ datur eius ensis militibꝰ nouis quo gladio vti debēt in hostes non subiectos. ☙ Multi vero ex illis gladio isto i subiectos vtuntq; quos debēt valde diligere. Dij enim sūt q iuuant eos q etiā fratres eorū ꝓprios ipugnāt. hostibꝰ vo dei ⁊ ecclesie peccatis scilicet et demonibꝰ vel etiā ipsis ꝓsecutoribꝰ ecclesie vnitī sunt. Impietas talis ipietas diabolica ē. Diabolus aūt ipius est in

F eos q sibi seruitūt. ¶ Quintū signū nobilitatis ē timere obprobriū vel seruitutis vel p̄ditionis vel alius cuiuscūq; turpitudinis. ☙ Multos tñ ex illis q nobiles reputant videmꝰ qđ nō timēt pessimā seruitutē vitiorū vel demonū q nō erubescūt confiteri se seruos vilissimorū mēbrorū illorū. s. q libidini deseruiūt. Que seruitꝰ idubitāter seruitute lapsorū peior ē. Nō erubescūt p̄ditōe ipugnare dñz illū a quo oia possidēt cuiꝰ expēsis viuūt ⁊ vestiunt. Et nō erubescūt etiaz oi imunditie peccati se exponere. Ex

B quo patet eos nō esse nobiles sz valde rusticos. ¶ Sextū signū nobilitatis ē cordis magnitudo q̄ qs modica cōtemnit ⁊ magna appetit. ¶ Ecōtrario vo signū rusticitatis ē amorē suū ponere i modicis magna vo negligere: vñ pz dñs illas: q̄ potiꝰ volūt amorē suū ponere i vno misero mi-

lite q̄ in rege glorie qđ ipse nobiles nō sūt milites ēt nō vident nobiles ee q amorez suū in terra ponūt ꝓtempto regno celorum cū tñ tota terra: q̄si punctū sit respectu celi ⁊ quia plus habent de terra q̄ alij nihil voluit habere de celo. Si ad aliquem pertineret terra vnius paupis militis ex parte mr̄is: regnū vero ex pte patris: nūqd ille felix cēt si ꝓtempto regno adhereret illi terre: que eū cōtingeret ex parte matris? Sic isti felices sunt illi milites q̄ de regno celoꝝ nō curāt qđ ad eos ptinet ex pte patris celestis: contenti terra ista paupertatis: q̄ ad nos ptinet ex parte matris nostre Eue. Non sic faciebat Dauid. Unde in psalmo. Quid mihi est in celo: ⁊ a te vo. super ter.

¶ De superbia illaꝝ ecclesiaꝝ: q̄ nolūt canonicare nisi nobiles. cap. xliij.

A Stenso qđ nobilitas carnis ꝓtemnenda sit vel nō reputanda. Tangendū est aliqđ de ꝓsuetudine illarū ecclesiaꝝ q̄ nolūt canonicare nisi nobiles. Unde notandū est q̄ ꝓsuetudo ista videt esse reprehēsibilis: ⁊ vident posse assignari. vi. cause huius reprehēsibilitatis.

¶ Prima causa est puersitas que videtur esse in hac cōsuetudine: q̄ puersitas apparebit si respiciat causa huiꝰ consuetudinis quā ipsi assignāt. Dicūt. n. q̄ ipsi hūt multa tēporalia q̄ defensione indigēt: nec hūt regē: nec aliū p̄cipē seculare q̄ eos defēdat vnde oz nobiles canonicari q̄ possint ea defendere. Quibꝰ respōdeo quod sicut ecclesie eoꝝ hūt tēporalia: hūt ⁊ spūalia: que in infinitū meliora sunt: vñ si oz aliquos nobiles canoni ad defensionē tēporaliū multo fortiꝰ oz aliquos litteratos ⁊ sanctos canonicari ad defensionē spūaliū. Si vo dicat quod ibi sūt alij ignobiles litterati ad defensionē spūalitē. sz nō canonici: ex hoc apparet quod ipsi tēporalia p̄ponūt spiritualibꝰ: ex quo defensores tpaliuz canonicos cōstituūt ⁊ superiores alijs.

¶ De quinq; peruersitatibus huiusmodi ecclesiarum.

B Ꝛ possunt assignari. v. puersitates in hmōi ecclesijs. ¶ Prima est q̄ ibi est terra sursuz: ⁊ celū deorsum. Celestia n. cōtemnunt. Terrena vo multū appēciant ꝓtra id. Prouer. xxx. Celū sursuz: ⁊ terra deorsuz. ¶ Alia puersitas ē quod pedes sūt i loco vbi deberet esse ca-

put: ⁊ caput in loco vbi deberent esse pedes: velut pedes ecclesie sunt qui circa terrena solliciti sunt velut caput sunt qui regere habent ecclesiam. viri. s. litterati: sed in his ecclesijs pedes sunt in capite. imo xpi hostes in capite: Treñ. . Facti sunt hostes in caput. ¶ Tertia puersitas est qō ecclesie huiusmodi faciem habent ad posteriora ⁊ dorsum ad anteriora ipsi iuxta verbū Jere. Facti sunt in retro: ⁊ non in ante.
¶ Quarta autē peruersitas est quod ipsi latitudinem scuti que deberet esse ex parte superiori posuerunt ex parte inferiori: ⁊ ideo contingit quod fere omne caput languidum est iuxta verbum Jsa. ¶ Quinta peruersitas quod sacerdotes iferiores sūt subdiaconis vel diaconis quod ridiculum est sicut beatus Bernardus dicit ad Eugenium papam. Ridiculum est inquit q̄ ministri vestri nostris se presbyteris anteferre conantur. Non ratio habet: non antiquitas habuit: non consentit auctoritas: ⁊ si de sua consuetudine calumnia struāt melius profecto illa qua summus ordo contenit.
¶ Secunda causa reprehensibilitatis est indiscretio que videtur esse in huiusmodi consuetudine. Que indiscretio primo consistit in hoc qō quando ipsi deberent querere quis sit ydoneus ad hoc vt sit canonicus. t. regularis regens se ⁊ ad regnuz plebis episcopum iuuans: ipsi querunt quis sit ydoneus ad militiam. ¶ Secundo in hoc quod quando querere debent an persona sit ydonea que canonicanda est ipsi querunt quis pater eius fuerit: vnde illis potest dici quod dicit angel⁹. Tho. v. Genus queris mercennarij aut mercennarium?
¶ Indiscretio etiam eoz in hoc est quod ipsi credunt illud qualis pater talis filius quod veruz est in personis icreatis ad psonas creatas ostendūt: vbi frequenter fallit: frequenter est enim pater sapiens ⁊ filius fatuus: vt pz in Salomone ⁊ Roboaz filio eius. ¶ Tertio videtur hec consuetudo reprehensibilis quia nocina ē ecclesie dei. Canonici enim militares non bene custodiunt xpm sicut figuratum videtur esse in hoc quod milites male custodierunt xpm in sepulchro. Lapides sepulchri bene custodierunt custodes: sed xps perdiderunt? Unde cantat ecclesia. Dicant nunc iudei quomodo ⁊c. Sic militares canonici lapides castrorum bene custodiunt sed christū amittunt. Jtē ista consuetudo occasio ruine est in ecclesijs illis quantuz ad spūalia. Unde Prouer. xvi. Qui altaz facit domū querit ruinaz. Jsta etiam cōsuetudo in ecclesijs illis i magna parte exheredat xpm. Frequenter enīz quando debēt institui ibi filij dei: instituunt ibi filij diaboli. ¶ Quarto videtur reprehensibilis consuetudo ista quia xpo contraria est. Christus enīz ignobiles elegit in ecclesia sua: vt essent humiles. Lori. . Isti vero nobiles canonicant quasi velint ipsos esse superbos. xps ex pastorib⁹ ⁊ bubulcis elegit reges: isti vero ex regibus eligunt canonicos: xps fundamētum ecclesie posuit humilitatem: ipsi vero econtrario fundamentum ecclesie ponunt superbiam. Tale fundamentū ponere diabolus si edificaret. Quō implent tales illud verbum domini. Jo. xij. Qui mihi ministrauerit me sequatur. Non sunt imitatores xpi sed sunt quasi antichristi. ⁊ Joh. ij. Qui dicit se in xpo manere debet sicut et ipse ambulauit ⁊ ipse ambulare. Ber. Si omnis qui se dicit in xpo manere dz sicut ⁊ ipse ambulauit ipse ambulare. Multo magis qui pro eo ambulare se dicit qui pro eo legatione fungitur qui ei ministrat si eum nō sequitur inexcusabilis est. Terrere potest tales illud Mat. xviij. Nisi conuersi fueritis ⁊ effi. ti. par. non intra. in re. cel. Parunlus quantūcūcq nobilis sit societatem pauperū nō refugit. Sed quantūcunq aliquis nobilis sit in ecclesia dei societatem ignobiliz non debet refugere. De societate hominum diuersoz generuz in ecclesia dei videtur dictuz illud. Jsa. xi. Habitabit lupus cum agno ⁊ pardus cuz edo accubabit. ¶ Quinto videtur esse reprehensibilis illa cōsuetudo: quia videtur esse deo abhominabilis. Altitudo enim secularis non videtur deo placere. vñ Luce xvi. Quod altum est hominibus abhominatio est apud deum. Abhominatōes deo offerunt qui nobiles tantū canonicare volunt. Exo. viij. Abhominationes egyptiorum immolabimus deo nostro. ¶ Sexto videtur esse reprehensibilis hec consuetudo: qz filios diaboli filij dei preponit: ⁊ generationem imundam generationi celesti ⁊ nobilitatem putredinis preponūt cuicq gratie dei. Nullā sapiam: nullā aliaz gra-

tiam nobilitati carnis adequãtvnde con
sumendo eorum nõ recipit dispensationem
quia sm̃ iudicium eorũ non invenit re-
compẽsationẽ quodnõ est abiecta magna
cõtumelia dei. Sic porcus preponeret vo-
lutabrũ luti aruo z lapidibus pciosis. Sic
sola temporalia videntur habere oculum
ecclesie iste non solũ canonicorũ institutio
nes: si etiã prelatorũ in prefectione qõ omni
no intollerabile videtur. Saltez in altero
eorũz deberet respectus haberi ad spũalia
¶ Qõ fatuum est superbire generaliter: de
qualibet re temporali. s. liberalitate corpis
z bonis naturalibus anime. xlviij.

Iso qõ fatuũ sit superbire de nobili
v tate carnis cõsequẽs ẽ videre qõ
fatuũ sit superbire de alijs bonis q̃
pr̃ nominata sunt. ¶ Notãdũ ẽ ergo qõ
fatuũ ẽ superbire de nobilitate corporis: cuz
corpus sit servus malignus: z tõ tortura z
cõpedibus dignus iuxta illud eccle. xxxiij.
Servo malignotortura z compedes ꝛc.

De bonis vero naturalibus aie fatuuz
ẽ superbire quia bona illa põt homo habe
re ad malũ suũ sicut ad bonũ: vñ. B. Sti
pfessione religionis nouissimo callidus ẽ
ingenio si viget arte: z premunet intellectu.
Instrumẽta sunt hoc tã vitiorũ q̃ virtutũ
Non ergo refugiat doceri. vti eo in bono
quo z in malo vti põt. Fatuũ ẽ etiã sup
bire de diuitijs. Hoc.n. est superbire de hoc
qõ hz maiorẽ molaz ad collũ quã alij. Fa
tuũ ẽ ẽt de potestate superbire cũ scriptũ sit.
Sapiẽ. vi. Qõ potẽtes potẽter tor. pa. Ibi
dẽ legitur qõ durissimũ iudiciũ his qui p̃
sunt fiet. z Aug. dicit quod quãto qs in lo-
co superioritanto in piculo maiori versat

Fatuũ ẽ z superbire de gr̃a humana cuz
scriptuz sit. Prouer. vlt. Qõ fallax gratia.

Fatuũ est etiã superbire de diuitijs glorie
huius mũdi: cũ gloria talis flos sit decidẽs
vñ. Isa. xxviij. Erit flos decidens gloria ex
altatiõis. Pueroruz ẽ flores colligere: q ex
arboribus decidũt z inde letari. Sic pueri
les sunt q de gloria huius mũdi letantur.

Fatuũ est etiãsuperbire de scia cum scri
ptuz sit. Eccle. i. Qui addit sciam addit z
do. De scientia superbire: est de lumine exce
cari. Fatuũ etiã est de virtutibus superbire. Hoc enim est de medicamine vulnerari. Greg. Qui de virtutibus habitis extollitur quasi de medicamento vulneratur.

¶ Diuisio superbie sumpta penes diuersi
tatem personarum. xlvij

Ositis autez duabus diuisionibus
p superbie p̃sequẽter ponẽda ẽ tertia
q̃ sumpta ẽ sedz diuersitatẽ pson
rũ in q̃bus ẽ superbia Notandũ ergo qõ
superbia dividi põt in superbiã laicorũ z sup
biam ministrorũ ecclesie. Superbia minis
trorũ ecclesie põt subdividi in superbiã pre-
latorum z subditorũ: vel in superbiam clau
straliũ z superbiã secularium clericoruz. Sed
de superbia laicoz nihil spãliter hic dice-
mus. Sed de superbia ministrorũ ecclesie
hoc modo tractabimus. Primo dicem
aliquid de ea in cõi. Secũdo vero aliq̃
dicemus spetaliter de superbia prelatorũ.
¶ Tertio vero dicemus. Aliquid spetali
ter de superbia claustralium.

¶ De superbia ministrorum ecclesie.

Otãdũ ergo ẽ quod superbia multũ
n timẽda ẽ ministris ecclesie. v. De A
canis: ¶ Primo q̃ multas occasio
nes hñt superbiendi. ¶ Una occasio ẽ hoc
qõ ipsi sunt exempti a labore aliorũ hominuz
vñ in p̃s. In labore hominũ nõ sunt ꝛc. Iõ
tenuit eos superbia. ¶ Alia occasio ẽ liber-
tas quã hñt. Que libertas aliqb̃ eorũ est
velamẽ malicie ptra illud petri. ij. Quasi
liberi z nõ quasi velamẽ hñtes malicie li-
bertatẽ. ¶ Tertia occasio est reverentia q̃
exhibẽt eis eo qõ sunt ministri summi re-
gis z vicẽ eius gerunt in terris: z cõtẽptũ
eorum deus reputaret contẽptũ sui: iuxta
illud. Luce. x. Qui vos spernit me spernit.
¶ Secundo timẽda est superbia ministris
ecclesie: qz multũ displicet deo in eis: vnde
Prouer. vi. Sunt que odit deus z. vij. de-
testat. A. e. Oculos sublimes. Oculi sublimes clerici superbi sunt. Et sopho. i. Erit in
die hostie dñi: vi visitabo super euz omnẽ q̃
arrogãter ingredit superliminem. Dies hostie
dñi erit dies iudicij qñ dominꝰ macrabit
incrassatos impinguatos dilatatos. Tũc
dominus visitabit sup clericos superbos.
Nec mirum si dominus odiat superbiaz in
ministris suis: cũ primum signum sit sup-
bia ministrorũ diaboli iuxta illud. Gregorij. Euidentissimũ signum reprobatuz est
superbia: humilitas electorum. Non parũ
doleret princeps aliquis si i castro suo ve
xillum inimici sui videret. ¶ Tertio valde
timenda est eis superbia qz valde ptraria

est officio eorum. Ipsi enim sunt custodes scientie & vasa gratiarū. Unū Malach.iij. Labia sacerdotis custo.sci.& legē re.ex.o. e.q: angelus dñi exercituū est. Propt̄ hoc quod custodes sunt scientie necessaria est eis magna humilitas. Aqua enim sapiēte ad vallem humilitatis cōfluit. Prouer.xi. Ubi humilitas ibi sapientia. ppter hoc ēt q: vasa gratiarū sunt necessaria ē eis magna humilitas. Sicutenim vas nō est ydoneum. aliquid recipere absq; concaultate sic aliquid nō est susceptibile gratie absq; humilitate. i. Pe.vlt. Deus superbis resistit humilibus dat gratiam. Preterea oportet ministros ecclesie esse familiares deo. Ad quod etiaz multum valet humilitas. Unde Glo. super illud. Justa est dominus hijs q tribulato sunt corde. Altus quidez est dominus sed vicinant̄ humili & nō se erigēti necessaria etiā est eis humilitas ppter seruitiuz quod debent hominibus exhibere. Eorum enim est abluere sordes spirituales hoium. Qđ figuratū est. Jo.xiij. In ablutione pedū. ideo summus inter ministros ecclesie seruum seruor se vocat humiliter ergo oportet qđ se habeant vt a pauperibus & humilibus nō timeant̄: sed audeant ad eas accedere confidenter: & vt solatiū pauperes habeant in humilitate eorum: q: ſm verbum Augusti. Magnum solatium est membris ex capite. Magnum solatiuz est subditis qui in humilitate sunt si videant prelatos suos in simili vel maiori humilitate. ¶ Quarto timenda est eis superbia q: multi ex eis nō habēt vnde pascāt superbiā nisi hoc faciant de spoliis pauperū: bona enim ecclesie bona pauperū sunt. Preterea valde indecens est superbia in eis cuz ipsi de elemosinis viuāt: & elemosinis pauperū & miserabiliū personaz. ¶ Quinto timēda est eis superbia: q: peccatū superbie in eis scandalizat populū cuz sibi manifestum. Incontinentiā & alia peccata possunt ipsi abscondere: sed superbiā exteriorē in vestibus & similibus consistentem non possunt ipsi abscondere.

¶ Persuasiones contra superbiam ministroium ecclesie.

E Ad contra has & similes psuasiones que fiūt ministris ecclesie vari solet quadruplex. Rūsio. ¶ Prima est quod dñs iuuetur cor & humilitatez cordis requirit: & humilitas interioris magistrū se pfitetur. Mat.xi. dicēs. Discite a me qa mitis sum & hu. cor. & iō videt minime gbusdā necessaria humilitas exterior. ¶ Secūda rūsio solet esse quod licz homini pulchritudines istas exteriores habere secundū modulū psone sue & mores eorū iter quos viuit: qđ videtur sumptū esse ex Glo. super illud Pe. ad Thimo.ij. nō in tortis crinibus: que dicit sic: vt his oib⁹ vltra modulum persone sue & mores eccle sie monende ne concupiscentie studeant. ¶ Tertia responsio solet esse qđ in hmōi honorib⁹ ecclesie querit̄. ¶ Quarta ē qđ ipsi non faciunt hoc amore vanegloie: sz vtuntur talibus tanq̄ non vtētes.

¶ A corde humilis psone de facili nō procedit superbia exterior.

S Ed contra primam responsionez primo videtur esse hoc qđ non pōt esse de facili qđ a corde pfecte humili exterior superbia pcedit. Sicut enim arbor bona nō potest malos fructus facere: vt legit̄ Mat.vij. Sic nec cor humile superbiā a se pducit. Ex fructu si qdē arbor cognoscit̄: vt legitur Math.xij. Nunqd colligūt de spinis vuas: aut de tribu.ñ. Sic nec ex humilitate cordis pcedit superbia opis. Quia sicut vulgariter: dicitur nō pōt exire de sacco qđ ibi nō cōtinetur. Quis credet mulieri si asserit se castā mente ex quo hō videt eā fornicari corpore? Sic quō potest credi alicui de hūilitate cordis ex quo tanta superbia apparet exterius.

¶ Quod clericis non sola sufficit interior humilitas.

D Reterea nō videtur clericis sufficere interior humilitas multiplici P ratione. ¶ Primo q: oportet eos vitare scandala infirmor. Et sicut tangit Aposto. de illo qui coram infirmo comedebat ydolis immolatum quod peccaret scandalizando ipsum infirmum qui credebat hoc fieri cum veneratione ydoli. Iz ille qui sciens erat ydola non veneraretur: sz ptemneret. Sic ille q vestes superbas coraz illo defert: qui credit quod ipse faciat hoc ppter vanāgloriā: licet ipse non faciat hoc tali cā tñ ipe peccat vt videtur ipm scādalizando. ¶ Ad Cori. vij. Si quis viderit eū qui habet scientiam in ydolo recumben-

tē:nōne cōſcientia eius cuz ſit infirma edi
ficabit ad comedēdū ydolatica ⁊ peribit
infirmus in tua ſciētia frater ꝓpter quem
xp̄s mortuus eſt? Sic enim peccātes in fra
tres: ⁊ percuttentes cōſcientiā eoꝝ infir-
mā in xp̄m peccantis. Quapꝛopter ſi eſca
ſcādalizat fratrem meū nō māducabo car
nes in eter. ¶ Secō nō ſufficit
humilitas interioꝛ clericis: quia ipſi debēt
xp̄m imitari: qui nō ſolū habuit interioꝛeꝫ
humilitatē: ſed etiā exterioꝛē. Ipſe enꝫ ad
litteras pedes iuit: regnū fugit vt legitur.
Jo.vi. Pedes diſcipulorum lauit. Jo xiij.
Societatē pauperū elegit: vbi caput recli
naret nō habuit. Mat.viij. Ad imitandū
xp̄m monet miniſter xp̄i Jo.xij. Si qs mi
hi miniſtrat me ſequat. Et.i. Jo.ij. Qui di
cit ſe in xp̄o manere: dz ſicut ⁊ ipſe ābula-
uit ⁊ ipſe ābulare. ¶ Tertio nō ſufficit cle
ricis hūilitas interioꝛ: qꝛ oportet eos exem
pluz hūilitatis dare alijs. vſi Jo.xlvi. Ter
dictū ē petro paſce verbo paſce exēplo pa
ſce tēporali ſubſidio. Exēplo aūt hūilitatis
qūo paſcet qui humilitatē exterioꝛeꝫ vero
hz: ad humilitateꝫ exterioꝛeꝫ monemur. i.
Pe.vlt. Omnes inuicē humilitatē inſinua
te: qꝛ deus humilibus dat gratiā: ſuperbis
aūt reſiſtit. Et ibideꝫ paulo ante. Neqꝫ do-
minātes in clero: ſed forma facti gregis ex
animo. Exemplū ſuperbie oſtēdere homi
nibus hoc eſt paſcere demones non oues.
Ber. ad Eugenū papaz. Tu paſtoꝛ proce
dis deauratus tam multa circundatus va
rietate: oues quid capiunt? Si auderez di
cere demonum magis q̄ ouiū paſcua: hoc
ſic faciebat petr⁹: ſic paulus ludebat? Jdē
petrus neſcitur proceſſiſſe aliquando: vel
gēmis ornatus vel ſericis: nou auro tectus
nec vectus equo albo: nec ſtipatus milite
nec circunſtrepentibus ſeptus miniſtris
abſqꝫ hoc tamen credidit ſatis poſſe iple-
re ſalutare mandatum paſce oues meas.
¶ Quarto non ſufficit interioꝛ hūilitas
clericis: quia non ſolum a malo: immo a
ſpē mali oportet eos abſtinere iuxta ām̄o-
nitionē pauli. i. Theſ. vlti. Ab omni ingt
ſpecie mali. abſti. u. Ad hoc aūt q̄ dom̄i-
nus dicit. Diſcite a me: qꝛ mittis. ſ. ⁊ hu.c
dicendū eſt: q̄ hoc dicitur ad oſtendendū.
quod hūmilitas cordis ē neceſſaria: ⁊ nō
tāco quia ſufficiat ſola. Et dicitur hoc cō-
tra ypocritas: qui ſolam iuſticiam exterio
reꝫ habet volebant: vnde Mat xxiij. Ue
vobis ſcribe ⁊ pha. ypo. qui mūda: quod
deſoꝛ. eſt. cali. ⁊ parapſi. intus autez pleni
eſtis ra. ⁊ immundicia. Et in eccle. eli qui ne
quiter ſe hūmiliat interioꝛa aūt. e. ple. ſ. do.
¶ Contra hoc vero q̄ dicitur quod licet
alicui habere iſtas pulchꝛitudines exterio
res ſcōm modulū ſuę p̄ſone videtur eſſe il
lud: eccle. Quanto magnus es hūilia te in
oibus. Qui in oibus dixit nil excipit. Et
illud Lu. xiiij. Cū inuitat⁹ fueris ad nup.
re. in no. lo. Non dixit i medio loco: ſed in
nouiſſimo loco. Preterea qui preeminet
dignitate debet p̄eminere ⁊ vita: vnde dz
eſſe excellentioris caritatis ⁊ pietatis. Eo-
dem tpe debet eſſe excellentioris hūilita
tis: virtutes enim facit equales. Contra
hoc vero quod dicitur q̄ homo debet cō
formare ſe moribus inter quos viuit: vide
tur eē illud. Nolite conformari huic ſeculo
Preterea quādo aliquis eſt in aliqua reli-
gione diſſoluta: que multum lacata eſt: ad
que debet reſpicere: ad ea que ibi ſeruāiur
vel ad ea que inſtituerunt antiq patres vt
ibi ſeruarentur. Ordinauerunt petrus ⁊
paulus etiaz de mulieribus quod caueret
a p̄cioſo oꝛnatu. i. Thi. xi. Non intoꝛtis
crinibus auro vel margaritis vel veſte p̄e
cioſa. Item Apoſt. Habentes alimenta ⁊
qui. te. his conten. ſimus: nō dicit quibus
omemur: ſed quibus tegamur. Et. i. Pe.
iij. Quarum non ſit extrinſus capillatura
aut circūdatio auri: aut indumēti veſtimē-
toꝛum cultus. Ad ea vero que ſcōm oꝛdi-
nationem eoꝝ debent fieri reſpiciendū
eſt: ⁊ non ad ea que fiunt. Preterea ſi quis
epūs vel preſbiter inueniretur in tali habitu
in p̄incipio eccleſie multum reprehende-
retur vel haberetur p̄o magno peccato ⁊
magna ſuperbia. Quomodo ergo deſijt
eſſe peccatū ⁊ ſupbia q̄ tūc erat? Nūquid
cōſuetudo peccandi aufert vel minuit pec
catū: immo potius hoiem magis peccato
rē cōſtituit. Nūquid quod fuit: ſupfluitas
⁊ vanitas modo factū eſt neceſſitas. Pre
terea ſi viuendū eſt alicui ſcōz mores eoꝝ
inter quos viuit: ſcōz hoc ſi oēs ſupbi effi-
ciunt. Omnes deſinēt eſſe ſuperbi. Jam. n
cōformant ſe moribus eoꝝ inter quos vi-
uunt: ⁊ ſi omnes fetidi ſunt: iam nullus ſe

tet: quod cõstat esse falsum: sed hoc bene verã est: qõ vbi omnes fetidi sunt: vnius fetor nõ sentitur scõm verbũ. B. Preterea si liceret talibus vti cauẽdũ tñ esset ei q vtẽ ne licentia sua aliis offendiculum ferret: vñ 1. Cor. viij. dicit Apostolus. Illis qui immolata ydolis comedebãt sine veneratiõe ydolorum: videte inquit ne hoc licentia vestra offendiculũ fiat infirmis. Et 1. Cor. vi. Omnia licent mihi: sed non omnia expediũt: scõm Ber. Saplẽs opus suũ nimia cõsideratione preueniet. Primo considerabit an liceat. Secundo an deceat. Tertio an expediat: sed de hoc dictũ est: in tractatu de auaricia. In capitulo de pluralitate beneficiorum. Et in veritate nõ deceret personas authenticas: que quasi quoddam speculũ debent esse in moribus vestes preciose. Aug. Fateor de preciosa veste erubesco. Non enim decet hanc professionem nõ decet hãc ãmonitionem: nõ decet hec membra nõ decet hos canes. Cõtra responsionem vero eorũ qui dicunt se talibus vti ppter honorẽ ecclesie: primo illis eẽ videt qõ dicit Greg. Nemo preciosa vestimenta nisi ad inanem gloriã querit. Preterea nõ cedit ad honorem ecclesie qõ in ministris ipsius spẽm superbie exterius hostibus ostẽdãt potius cedit ad honorẽ ecclesie qõ in ministris ipsi9 hũilitas xpi appareat. Cui scriptũ sit. Eccle. xxiij. A magna gloria ẽ sequi dñm. Nec ipõsus ecclesie decorẽ exteriorẽ i ecclesia regrit: sed potius interiorem Unde postq̃ David dixit regem concupiscere decorem ecclesie ipse volẽs inuenire de quo decore intelligat subdidit. Omnis gloria eius f. filie regis etus ab intꝰ. Ecclesia. n. dicit de se Cant. i. Nigra sum sed formosa. Nigra est ecclesia exterius: formosa vero interius. Qõ etiã habitus ministrorũ ecclesie manifeste exprimit. Habẽt enim cappas nigras exterius: sup pelliceũ candidũ deferentes sub cappis in quo ostẽdũt se ptẽnere gloriã z pulchritudinem exteriorẽ: z amare pulchritudinẽ z gloriã interiorem. Sed multi si veritatem in habitu suo ostendere vellent potius cappam nigram sup pelliceam q̃ dido deferrẽt q̃ ecõtrario. Preterea qui dignitatem ecclesiasticam terreno honore volunt ornare similes sunt illis qui aurum luto volunt ornare. Honor enim terrenus in cõparatione ad dignitatẽ ecclesiasticam se hz vt lutũ ad aurũ: Stimuliã etiã videt facere nature humane z deo: ad cuius similitudinẽ homo creatꝰ est: qui talibus hoiem ornare vult vel honorare. Sen. Scitote taz bñ homines cui moq̃ auro tegi: Cõtẽpnite omnia que superuacuus labor velut ornamentũ: aut decus ponit. Cogitare nihil preter animã eẽ mirabile. Item cũ aliquis non debeat sibi terrenam gloriam amare: videt qõ similiter nõ debeat eam amare proximo cũ debeat proximũ diligere sicut seipsum. Greg. Nec debet eam amare ecclesie: cum ecclesia nihil aliud sit q̃ collectio fidelium. Preterea qd querũt ministri ecclesiastici in his pulchritudinibus exterioribus? Querũt ne tibi bñ placitum dei vel vtilitatem propriam vel primi? Si querũt beneplacitum dei satne agunt. Deus enim spõs est: z pulchritudo spiritualis placet ei. Iero: Non tenera vestis sed mũdicia mentis ornatum facit clericũ. Multa enim sunt que cõstant magis placere de vt sunt opera pietatis: in quibus possunt expendi que in exteriori pulchritudine expẽdunt. De hmõi expẽsis q̃ pro pulchritudine exteriori fiunt incertũ ẽ an deo placeãt. Tene certũ scõm verbũ. Aug. Et dimitte incertũ. Si cõstat sanctitatẽ deo placere: illã. n. expẽsse regrit dñs: Sancti inquit estote q2 ego sctus sum. Et apls. Nec est voluntas dei scificatio nra. Si ergo q̃ rũt deo placere sanctitatem honori nõ honorẽ sanctitati debent pferre: cui9 contrarius in multis ministris eccle apte quotidie videmus. vñ. B. Uides oẽm ecclesiasticũ zelum seruare pro sola dignitate tuenda: honori totũ datur: sanctitati nihil: imo q̃ plus est de placitis dei nõ curãt: nec de propria salute: z plus grauarent expendere denariũ vnũm pro amore dei z ppria salute q̃. x. libras pro honore huius mũdi. B. De placito dei victima mẽtio est pro factura salutis nulla ptractio nisi qõ sublime est hoc saltare dicamus: z qõ gloriam redolet hoc iustum? Cõstat etiã q̃ non vtilitatẽ proximi nihil querũt: cũ videant quod in hoc potius primi scandalizent q̃ edifizent. Utilitas etiã ppria nõ apparet ibi: bñ appetꝰ qõ multũ cõstant talia sed fructũ qué ꝓsequentur ex huius expẽsis nõ videmus. Et hoc solum deberet sufficere ministris ecclesie ad ptẽptũ taliũ. Sen. Omnibus ꝓfuis

ē rebus faciamus quod ſolemus facere: quettens ad inſtitorē alicuius mētis acceſ ſerimus: videamus hoc qđ cōcupiſcimus quāti deferat. Preterea diſtinguamus diuerſas intentiones: que in talibus pulchritudinibus pñt incidere vt appareat vtrūz aliquo modo talia miniſtris eccleſie licita ſint. Et cōſtat qđ ſi fiant ꝓpter luxuriā vel vanā gloriā illicita ſunt. Itē ſi ex ſupbia fiant. ſ. intētione ⁊ deſiderio excellēdi. Cō ſtat ſimiliter qđ ſint illicita. Si vero fiant vt erubeſcentia vitet: qz erubeſceret aliqs nō eſſe honorate idutus ſicut alij. Neqz in hoc caſu abſqz culpa eē vidētur. Nō debēt xp̄iani humilitatē xp̄i erubeſcere. vñ. Ber. Grata ignominia crucis ei ſit q̄ cruciſixo ingratus nō ē. Et domin⁹ Lu. ix. Qui aūt erubuerit me ⁊ meos ſermones: hūc filius hominis erubeſcet: cū e. in ma. ſua: ⁊ p̄ris ⁊ ſanctoꝝ ⁊ angelorꝝ. Si vero talia fiāt vt miniſtri eccleſie ab hoībus honorētur videt q̄ hoc ſit ponere laqueū ſimplicib⁹ vident enīz ſimplices peccare q̄ miſtros eccleſie ꝓpter pulchritudinem veſtiuz honorant. Ad qđ videt pertinere illud. Oſee v. qđ dictū ad ſacerdotes. Laqueus fact⁹ eſtis ſpeculationi. Qui hoies ꝓpter veſtes honorant vel propter diuitias videt contēnere humanā naturā cui veſtes ⁊ diuicias ꝓponit. Videt etiaz deū cōtēnere ad cuius ſimilitudine homo factus eſt: vnde Ja. xi. Si introierit in cōſpectu veſtro vir aureū anulū habens in veſte candida introierit aūt ⁊ paup in ſordido habitu ⁊ intendatis in eum qui indutus eſt veſte p̄cioſa: ⁊ dixeritis tu ſede hic bñ. Paupi aūt dicatis: tu ſta illic aut ſede ſub ſcabello pedū meoruz. Nōne iudicatis apud voſmetipſos: ⁊ facti eſtis iudices iniquaꝝ cogitationum.

Si vero iſta faciant miniſtri eccleſie ne diſſimilitudine fugerent hoies a le lz hoc intentio recta videatur tamē neqz ſic omnino laudabiliter facere vident. Sicut enīz hūilis habitus aliquos diuites forſitan fugaret ſic p̄cioſus habitus pauperes ab eis fugat vt non audeant ad eos accedere. Si vero iſta faciant miniſtri eccleſie ne ab hominibus ꝓtēnantur. Neqz in hoc laudabiles videnť cū ad perfectionē ꝓtineant ſpernere ſe ſperni. ver. Spernere mūduz ſpernere nullū ſpernere ſeſe: ſpernere ſe ſpernit quattuor hoc bōa ſunt vt dic. Señ. Equo aio audienda ſunt impitoꝝ conuicia ⁊ ad honeſta euerti cōtēnēdus eſt ipſe ꝓcēptus B. Uerus hūilis non vult hūilis p̄dicari ſed vilis reputari: Si vero talia fiāt ne vileſcat dignitas eccleſiaſtica. Rñdeo q̄ magis vileſcit ⁊ ſpuit in hoībus qui ſuperbi apparent. Hoies etiam illiterati non poſſunt credere: quod dignitas vel poteſtas eccleſiaſtica in hominibus ſit quos credūt eſſe male vite. vnde dicunt heretici qđ ſacerdotes p̄rauī nō dant vera ſacramenta. Preterea ſi dignitas eccleſiaſtica ſic ſeruāda fuit ne vileſceret nūq̄ hoc ignorāt xp̄s: quare nō inſtituit qđ apoſtoli ⁊ diſcipuli ſui equitarent ⁊ purpura ⁊ biſſo induerē tur? Nōne quod ſtultum eſt dei ſapiētius eſt hominibus vt legit. i. ad Cor. iij. Itez quis neſciat quod diſplicet in ſponſo ſi videat ſponſam ſuā facere multas expenſas ad ornanduz ſe vt placeat adultero ſuo: ⁊ inimico ſponſi ſui p̄cipue ſi filij ſpōſi indigeant illis que ſic erpenduntur? Sponſus eccleſie xp̄s eſt. Adulter vero mundus eſt iſte q̄ inimicus dei eſt. Adeo vt q̄ amicus vult eſſe mundi inimicus dei conſtituatur. Jaco. iiij. Adulteri neſcitis: quia amicicia huius mūdi inimicicia eſt dei? Qui ergo voluerit amicus eſſe huius mūdi inimicus conſtituitur dei. Uñ verſimile eſt: quod mltū diſpliceat deo quādo miniſtri eccleſie tot ⁊ tanta erpendūnt: vt placeant mūdo. Cum videant tot filios dei eſurire ⁊ ſitire ⁊ nudos eſſe. Dubium eſt etiam in qua conſcientia multi magni p̄lati dicāt verſum illum in hoīs ſuis. Nō habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiam cum coram deo aperte mentiri videantur ex quo permittunt miniſtros ſuos floribus coronatos ⁊ alio ſupbo modo ornatos ſibi miniſtrare. Preterea. Querit q̄re dñs ſacco vili carnis hominē induēt ſi ſaccum illum purpura ſuper indui voluit. Quis ſi lium mercatorem nō reputaret fatuz: qui torſellum ſuuz de ſcarleto burello cooperiret ſi voluntas ſua eſſet qđ iterum ſup burellum ſcarletum poneretur. Contra ter tiā vero reſponſionem qua dicūt miniſtri eccleſie qđ ipſi non amāt vanam gloriaz. Nec ad vanam gloriam talibus pulchritudinibus vtuntur: ſed habent eas tanquaz nō habētes. Primo videtur eſſe cōtra verbū. Greg. p̄ius poſitū. Nemo enī p̄cio

las vestes nisi ad inanem gloriam queri: vt videlicet ꝑ ceteris honorabilior videatur. Nemo vult ibi preciosis vestibus indui vbi a nemine possit videri. ¶ Secundo videtur esse cōtra illam rationem hoc qđ mirum est: qđ vanam gloriam taz care emunt: si eaz nō amant: videmus quod non libenter expendunt pro eterna gloria x. solidis ꝑ vana gloria. c. solidis exꝑpdūt. ¶ Itē non nō amant vanam gloriaz quare ostēdunt hominibus in habitu suo: qđ amant: quia in hoc ipso scandalizant eos. Quid prodest sermone monere ad humilitatem: z opere ad superbiam: cuz scđm. B. Efficatior sit vox operis q̄ vox sermonis. Preterea nōne ministri ecclesie exemplum debent dare hominibus contēnēdi gloriaz mundi sicut z christus fecit? Aug. Omnia terrena contēpsit homo deus vt hominibus contēnenda monstraret: z oia aduersa sustinuit vt sustinenda doceret. Quare quedam alia pertinentia ad hanc materiam in tractatu de anima in capitulo de prodigalitate clericorum. Illa etiam q̄ dicta sūt ꝑ pus ꝙtra supbū ornatū: z cōtra illas species supbie exterioris possunt simiiter valere contra superbiam clericorum. ¶ De superbia prelatorum: z ꝙ multum conandum sit contra eorū superbiā. xlvi.

Sequitur de superbia prelatorum.

s Et notandum est ꝙ multum conandum est prelatis contra superbiam: z ad humilitatē. ¶ Primo qz multum monet eos sacra scriptura ad hoc: vnde Deut. xvii. Precipitur de rege constituto super israel vt nō eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos. Et Eccliasti. iij. Quanto magnus es humiliate in omnibus. Et. xxxij. Etusdem. Rectorem posuerūt te noli extollis: sed esto in eis quō vnus ex illis. Et. xvij. Matth. dicit dūs ad apostolos quorum locum tenent prelati. Amē dico vobis nisi conuersi fueritis a uestra elatione dicit inter linea. z efficiamini' sicut parvuli non intrabitis i regnum celorum ¶ Secundo monet eos ad hoc ipsa natura. Aurum enim qđ preciosissimum ē inter metalla contēnit habere infimum locū Ponderosissimum est enim: sic quāto aliquis superior sit tanto ad humilitatem conari debet. ¶ Tertio vero qrīpe auctor natre monet eos ad hoc: qui cum esset summus nouissimus virorū fieri voluit: iuxta illud. Isa. liij. Cōsideraumus eum virum despectū: z nouissimū virorum. B. Quid magis admirandū: qđ amplius detestandū: qđ grauius puniendū quod vidēs dei filium summum in regno angelorum nouissimum factum in regno hominuz. Ecce ponat magnificare se homo super terraz? ¶ Quarto vero ꝙ valde ꝑciosa est: z magne virtutis in talibus psonis humilitas: Ber. Cum omni indeferente persone humilitas sit quedam turris fortitudinis a facie inimici. Nescio quo pacto vis eius maior in maioribus: z clarior in caloribꝰ cōprobatur. Idem. Non magnum est esse humilez in abiectione. Magna prorsus z rara virtus humilitas honorata. ¶ Quinto vero quia ex hac parte prelati sunt debiliores. Ex illa parte precipue munienduz est castrum ex qua parte debilius est. Ex illa parte precipue resistenduz est hostibus ex qua parte precipue impugnāt. Sic quādo aliquis videt se pronuz ad aliqđ vitiū: vel a natura vel alia occasiōe ipse deberet multū flectere ad oppositū. Sic.n. faciunt scđm verbum sapientis qui tortuosa lignor dirigūt. Supbia multum infestat ꝓlatos. Perflant enim altissima venti. Supbia in alto loco nata est. s. in celo z iō alta petit: vñ pauci inuenīūtur q in dignitate veraz humilitatē seruent: qđ ostēditur i libro regum vbi de tot regibus legit qđ excelsa nō abstulerit. ¶ Sexto vero qz prelati maiori sciētia z gratia indigētq̄ alij: z ideo maiꝰ vas humilitatis necessariū est eis. Pretera ꝓlati custodes sunt sponse: z iō necesse est: vt nec in habitu nec in alio appareāt i eis aliq̄ signa vel lasciuie vel luxurie. Qđ tñ hodie valde male seruat. Ber. Intuere qūo incedunt nitidi z ornati circūamicti varietatibus tanq̄ sponsa procedēs de thalamo suo? Nōne si quēpiaz talium repēte eminus ꝓcedentē aspexeris spōsaz potius putabis q̄ sponse custodem? ¶ Et notandū est qđ ad hec duo prelati multuz debe rent niti vt preesset vtiliter z humiliter: z infra hec duo limina deberēt esse ea q̄ ipsi infungūt aliis subditis. Sed sicut. B. dicit Pauci profecto sunt qui vtiliter pauciores qui z humiliter presint.

¶ De supbia claustraliū quadruplici: que solet in eis inueniri. ca. xlvij.

Equit de supbia clauſtraliū. No-
o tandū ergo qđ quadruplex ſuper
bia in clauſtralibus ſolet inuenirī.
a ¶ Prima ſpecies ſupbie eſt eoꝝ ſapien-
tes ſe credūt: ⁊ ideo ſenſu ſuo ſe regere vo-
lunt: ⁊ multū ſunt ſue voluntatis. De hac
ſupbia dicit Ber. Supbia quantū vis pru
des videat eſſe dimittenda eſt ⁊ abigēda.
Si enī admittitur ſupbus prima die qua
icipit habitare icipit leges dare. Prouer.
xxvi. Vidiſti hoiem ſibi ſapientem videri?
Magis ſpem illo habebit iſipiens. Tales
nolūt facere quod eis dr̄: etiā ſi ꝑs habe-
bāt voluntatē q̄ eis diceret Greg. Supba
i rituales ꝛ carnales. De spūalib⁹ legitur. Eccle. vij. Honorifica sacerdotes. Ad Heb. vlt. Obedite p̄positis vestris: ꝛ subiacete eis. Ipsi enīz perui gilant quasi rationē p̄o animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant ꝛ non gementes. 1. ad Thi. v. Qui bñ p̄sunt p̄sbyteri duplici honore habeantur digni: ꝛ maxime qui laborāt in verbo ꝛ doctrina. Ad idem facit illud Treñ. iiij. P̄ius positū. Non addet dñs vt respiciat eos facies sacerdotū non erubuerunt. Glo. Notandum q̄ supra sacerdotes quasi homicidas planxit ꝛ hij separant a facie domini: quia nō detulerunt eis Quāuis enim mali sint nō sunt contemnendi: sed ille in illis colēdus est ꝛ honorandus a quo missi sunt: ꝛ alia Glo. Nota q̄ terribile sit sacerdotes contemnere nec faciem eorū erubescere. i. illis monentibus: ꝛ videntibus a scelerib⁹ nō cessare. De his enim dicit dñs. Qui vos audit me audit. Ideo magis displicet deo cōtemptus eorum quia dei vicem tenent: ꝛ p̄pter dignitatē sacerdotalem q̄ nec ipsi angeli creduntur habere. Non enīz credo q̄ fieret transubstātiatio si ꝓba illa q̄ p̄fert sacerdos in missa ab angelo proferentur. ¶ Parentibus etiā carnalib⁹ honor exhibendus est. Unde Exo. xx. Honora patrē tuū ꝛ matrē tuam. Et notanduz q̄ honor qui parētibus carnalibus exhibēdus ē nō solum attenditur in verbis sed etiā in beneficijs. Unde Iero. Honor in scripturis nō tam in salutationibus ꝛ verbis quam in collationibus muneruz sentitur. Multa autez sunt quibus possumus vti ad excitandum homines vt honorēt parentes. Et p̄mo possum⁹ ad hoc vt in exēplis iterq̄ p̄cipuū ē exēpluz xp̄i q cū eēt in angustia passionis tñ nō est oblitus matris sue imo curā ipsi⁹ habuit. Et Johānī eā p̄mē dauit: vt legit Jo. xix. Modo ēt adeo facit eā honorari i ecclesia sua: vt multi videāt eē devotiores matri q̄ ipsi filio. Qđ credo ſō fieri vt ostēdat q̄tuz placeat sibi qđ parentes a filijs honorentur etiaz infideles parentes suos honorant edocti a lege naturali. Unde infideli videtur esse deterior qui parentum curam non habet. 1. ad Thi. v. Si quis suorum: ꝛ maxime domesticorum curam non habet fidem negauit ꝛ est infi

deli veteſtor. ¶ Ipſa etiam irrationabilia animalia de hoc dant nobis exemplū. Dicitur enim de grue q̄ quādo pater ⁊ mater eius depilati ſunt filij querunt eis neceſſaria donec habeant pilos vel moriātur ¶ Preterea valde ingratus videtur cē q̄ parentibus ſuis nō prouidet: quando ipſi non poſſunt ſibi prouidere cuz ipſi prouiderint in eius puericia quando ipſe ſibi p uidere nō poterat. Ideo dicitur ad Eph̄. Filij reddite vicem parentibus: q̄ hoc acceptū eſt coram deo. Qui parentibus carnalib⁹ ingratus eſt de beneficijs acceptis indignus eſt aliquādo beneficiuz recipere a patre celeſti. Item iuſtū eſt vt in ſua ſenectute filios ſuos ſibi duros inueniat: ⁊ hoc multotiens iuſto dei iudicio accidit: vnde refertur q̄ quidam paterfamilias ſenex totam hereditatem ſuā dimiſit filio ſuo. Filius vero ille primo benigne ſe habuit erga patrem: ſed poſt expulit eum a thalamo ſuo volens thalamum habere ſibi ⁊ vxori ſue. Et ad vltimum fecit ſibi lectum fieri poſt oſtium. Et cum hyems eſſet: ⁊ pater ſenex frigore grauaretur: quia filius abſtulerat ſibi bona coopertoria ipſe rogauit filiū filij vt rogaret patrem ſuum p̄ eo vt daret ſibi aliquid ad tegendum ſe Puer autem vix obtinuit duas vinas burelli a patre ſuo ad opus aui ſui. Et cum alie due remanerent patri pueri: puer flendo rogauit eum vt ſibi eas daret Qui fletibus illius victus dedit: querens qui inde faceret qui reſpondit ſeruabo eas quousq̄z ſis talis qualis eſt pater tuus. nec dabo tibi amplius ſicut tu nō vis modo dare patri tuo qui ſine pietate eſt erga parentes: nō videtur pietatem habere erga alios vnde ſimpliciter videtur mihi ſine pietate cē: ideo vix miſericordiam cōſequetur. Poſſumus etiam vti ad excitandum homines vt parentes honorent verbis ſacre ſcripture que ſuadent hoc ⁊ que indicant quantum hoc placeat deo ⁊ q̄ vtile ſit homini: ⁊ q̄tum oppoſitū diſpliceat deo ⁊ q̄tuz noceat homini. Ad que pertinent verba iſta que dicuntur Eccle.iij. Fili ſuſcipe ſenectā patris tui: ⁊ non cōtriſtes illum in vita illius. Et ſi deficit ſenſu venia da. Et ne ſpernas eum in tua virtute. Ibidem. Sicut q̄ theſaurizat: ita ⁊ qui honorificat matrem ſuam. Idem. Qui honorat patrem ſuum iocūdabitur in filijs ⁊ in die oratiōis ſue exaudietur. Item ibidem. Qui honorant patrem ſuum vita viuēt longiore. Itē honorans patrem tuuz vt ſuperueniat tibi benedictio: ⁊ poſt. Bñdictio p̄is firmat domos filiorum. Maledictio autem matris eradicat fundamenta. vnde ibi glo. Cham nuditatem patris irriſit: ⁊ ſemen ſuū in ſeruitutem ꝑpetuam damnauit. Abſalon Dauid de regno expulit ⁊ cōcubinas eius inceſtauit: ſed morte cōdignas penas luit. Heliſei irriſerunt: ⁊ duo vrſi. xl. ex eis laceraverunt. Primuz hēmus Gene. ix. Secūm. ij. Reg. xvij. Tertiuz iij Re. ij. Item Eccle. iij. Gloria patris nō erit in oblitione naz pro peccato matris reſtituetur tibi bonuz: Pro peccato vocatur illud quod datur pro delictione peccatoruz Et ſubditur. In die tribulationis cōmemorabitur tui. Et ſicut in ſereno glacies ſoluē tur peccata tua. Itē ibidem. Quā male fame eſt qui relinquit patrē ⁊ eſt maledict⁹ a deo qui exaſperat matrē. Et Prouer. xix. Qui affligit patrem ⁊ fugit matrez ignominioſus erit ⁊ infelix. Itē Prouer. xxviij Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo: ⁊ mātre ⁊ dicit hoc nō eſt peccatū particeps homicide ē: ⁊ Eccle. vij. Honora patrē tuū ⁊ gemitus matris ne obliniſcaris. Memento quō niſi p̄ illos n̄ fuiſſes ⁊ retribuere illi: quō ⁊ illi tibi. Exo. xxi. Si quis percuſſerit p̄rem vel matrē morte moriat. Leui. xx. Qui male dixerit p̄ri vel matri morte moriat. Deute. xxvij. Maledictus q̄ nō honorat patrem ſuū aut matrē. Tho. iij. Honorē habebis mātrē tuā oibus diebus vite tue. Memorem te esse debes que ⁊ q̄ta paſſa ſit pericula ꝑ te in vtero ſuo. Prouer. xx. Qui maledicit p̄ri ſuo aut matri extinguet lumē eius in medio tenebris. i. morietur in ſuis peccatis. iij. ad Col. Filij obedite parētib⁹ p oia. Ba. filius. Parētes noſtros vt ꝓpria viscera diligam⁹. De hereticis. Apls Ro. i. Parentibus nō obedientes: ⁊ nobis quod ſicut homines tenentur prouidere neceſſaria parentibus carnalibus: ſic ⁊ ſpūalibus vñ Mat. x. Dignus. ē operarius cibo ſuo. ij. Ad Thi. ij. Laborātez agricolā oz primū de fructibus percipere ad Gala. vi. Cōmunicet is qui catechizatur cum his qui catechizant in oibus. ij. ad Thi. v. Qui bene prē ſunt p̄bi duplici honore digni habeantur

.i. Thes.v. Rogamus vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos ⁊ p̄sunt nobis in dño ⁊ monent vos vt hꝫ̄atis eos abundantius in caritate. Et Eccle.vij In omni virtute tua dilige eū qui te fecit ⁊ ministros eius ne derelinquas.

¶ De decimis reddendis: ⁊ que sunt ea: q̄ debeant mouere hoies ad hoc faciendū.

Multa vero sunt q̄ hoies debēt mouere ad reddēdū decimas ⁊ primitias ⁊ oblatiōes ministris ecclesie ad eorum sustentationē. ¶ Primum ē remūeratio quā a deo iſi expectāt. vñ. Eccle. xxxv. Da altissimo scōz donatū eius ⁊ i bono occulto facito adinuētionē manuū tuarū: qñ retribuens ē dominus ⁊ septies tñ tibi reddet. ¶ Remuneratur aūt quadrupliciter qui bene dat decimas. .i. abundātia fructuū: sanitate corpis: remissione peccatorum ⁊ celesti regno. De duob⁹ primis dicit Augu. Si decimā dederis nō solū abundantiam recipies fructuum. sed ētsanitatē corporis consequeris. De alijs duobus idē simliter. Qui premium desiderat cōparare aut peccatorum indulgentiaz p̄merer̄i reddat decimas: ⁊ de ir residuis partibus studeat dare pauperibus. ⁊ Malach.iij. Dicit dñs Inferte oēm decimā i horreū meū vt sit cibus in domo m. ⁊ probate me sup hoc dicit dñs. Si non appuero vobis catharactas celi. ⁊ ef-vo. Benedictionē vsq̄ ad abundantia ⁊ increpabo pro vobis devorantem. Et dicit intl. sterme vel vicium aeris. Et subditur Et nō corrūpet fructum terre vestre: nec erit sterilis vinea in agro. E cōuerso veroqui nō dant bene decimas puniūtur in paupertate vnde Mala.iij. Si affligit homo deū q̄ vos cōfligitis me: ⁊ dixistis in quo p̄fligimus te In decimis ⁊ p̄micijs ⁊ in p̄curia vos maledicti estis. Ecce pena vbi dicit Glo. Sciatis vos iō perdidisse abūdātiam: quia fraudasti me parte mea. Augu. Cū decimas dādo ⁊ terrena simul ⁊ celestia posses p̄m-reri pro auaricia duplici bñdictiōe te fraudas hoc. n. dñi est cōsuetudo iustissima vt si illi decimā nō dederis tu ad decimaz nō reuoceris. Bab impio mlitī qđ nō vis dare sacerdoti. Idez. maiores nostri iō cibus copijs abūdabant: q̄ decimas deo dabant ⁊ Cesari censum reddebant mō aūt quia discessit deuotio dei accessit indictio fisci. ¶ Secūdo deberent homines mouere ad solnē dū decimas ⁊ alia ministris ecclesie ipsuz ministerium eorum. In infinitum eni sunt meliora spiritualia que ipſi ministrāt quā carnalia que ipſi recipiūt. vnde .i. Cor.ix. Si nos vobis spūalia seminamus: nō magnuz est si nos carnalia vestra metamus. ¶ Tertio deberet hoies mouere ad solvē-dum talia magnitudo peccati que est in retinendo ea. vnde Augn. Decime ex debito requirūtur ⁊ qui eas dare noluerit res alienas inuadit. Et q̄t pauperes in locis suis vbi ipſe habitat illo decimas nō dāte mortui fuerunt tantorum homicidiorum reus ante eterni iudicis tribunal appebit. Quia rem a domino pauperibus delegataz suis vsibus reseruauit. Talis videtur esse non solū fur immo etiam sacrilegus vñ Iero. Amico rapere quippiam furtū est. Ecclesiam fraudare sacrilegium est. Aut quod apertissimi sceleris est aliquid inde subtrahere omnium predonū crudelitatez exsuperat. ¶ Quarto debet homo mo. ad solven. talia hoc quod quādo ipſi talia solvūt ipſi non sua dant deo sed que dei erāt ipſi reddunt vnde Glo. super numer. Omnia que offerimus dei sunt. nihil ergo deo damus sed reddimus vnde Aug. in libro de verbis dñi. Habuisti me largitorez habe me feneratorē. Prouer.xix. feneratur dño qui miseretur pauperi. ¶ Quinto dz hoies mouere ad soluendum talia. q̄ quod deo datur sibijpſi in salvo ponitur ⁊ in futurū reseruatur. vnde Eccle.xliij. Fili si habes bene fac tecum ⁊ dignas offer oblationes. ¶ Quod decime reddende sunt de melioribus integre: ⁊ absq̄ mora: ⁊ libenter.

Et notandū est quod decime: ⁊ si milia soluēda sunt de melioribus: ⁊ nō de deterioribus. vnde.xxxv. Ecclesi. Noli offerre munera prava nō. n. suscipiet illa ⁊ Gene.iiij. Legitur de Abel quod obtulit deo de primogenitis gregis sui: ⁊ de adipibus eorum ⁊ respexit dñs ad Abel ⁊ ad munera eius ad Cayn vero: ⁊ ad munera eius nō respexit cuius cā: fuit: q̄ qđ de deterioribus obtulit ⁊ Malach. i. Si offeratis cecum ad imolandum nōne malum est. offer illud duci tuo si placuerit illi aut si susceperit faciem tuam dicit dñs exercituum. ⁊ post in eodem. Maledictus dolosus qui hz in grege suo masculū ⁊ im-

molat debitē domino votum faciens. Et in numeri. Oia que offeritis de decimis: z si domo dei sepabitis optima z electa erūt Debēt ēt solui absq; mora: vnde Exo.xxij. Decimas z primicias nō tardabitis offerre. ¶ Integre etiā soluenda sunt talia. vñ Eccle.xxxv. Bono animo gloriā redde deo z non minuas primicias manuū tuarū z Eccle.vij. Da illis partem sicut mandatū est tibi primiciarū. Et Leui, Omnes decime terre sive de frugibus sive de pomis arborū domini sunt z illi cōsecrantur. Nota q; scōm aliquos magistrorū de solutione decimarum standū est cōsuetudini: ideo de hoc caute predicādū est. Tutius enim est simile quaz dubia asserere dicit Jero. De primicijs maiorum traditiōne introductū est quod qui plurimū. xl. partem dabāt sacerdotibus. Qui minimū. inter. xl. z. l. licebat offerebat quod voluissent: z hoc i artidis z liquidis. ¶ In fetibus vero primogenitus dabatur. Ego tamen credo quod de hoc standū est cōsuetudini. ¶ Libenter ēt z hylariter soluēda sunt talia. vnde. ij. ad Cor ix. Unusq;q; prout destinauit non ex tristitia aut necessitate. hylarē. n. datorē diligit de. z Tho. iij. Quō poteris esto misericors. Si multū tibi fuerit abundāter tribue Si aūt exiguū libēter illud impartiri stude: hoc deberet mouere pauperes hoīes ad libēter dandū pro deo q; plus merentur obolo quaz diuites q̄nq;. c. sol. Si aliq; paup mulier crederet q; tm̄ habitura cēt de carnibus ad macellum pro vno obolo sicut diues burgensis pro. c. sol. tūc ipsa mitteret libenter obolum suum illuc qa sicut vulgariter dicitur bonū forum trahit argentū de bursa. Sic pauperes libēter deberēt dare pro deo cū tm̄ appēdet dñs munera eoz respectu eorū que a diuitibus dātur. vñ Luc. xxi. Dicit dñs de paupercula tidua que miserat duo era minuta in gazophylatium. vere dico vobis quia vidua hec pauper plusq; omnes misit.

¶ De peccato inobedientie. li.

Equitur de peccato inobedientie de quo hoc mō agemus. ¶ Primo ponemus ea q̄ faciunt ad detesta. huius peccati generaliter. ¶ Secūdo agemus spāliter de inobediētia eoz q; solēnitates nō obseruāt: z de inobediētia eorū q; cōtemnunt quādo excoicantur; z de pcō eorum qui excoicatis nō timēt excoicare. ¶ Tertio vero tangemus aliqd de peccato eoz q; indiscreto pēpiūt vel ei coicant.

Ad detestatio. vero huius peccati pōt pro valere multiplex pena qualr̄ legitur punitū eē hoc peccatū in sacra scriptura.

Punitū aūt est in primis parentibus peccatū istud in hoc quod pp illud electi sunt de paradiso si illi qui tā erāt in paradiso terrestri ppter inobediētiā inde electi sunt quō credūt se ingressos in paradisum celestē q; inobedientes sunt. Secūdo punitū est i vxore Loth. que pp inobedientiā versa est in statuaz salis. Gene xix. Statua videtur hō esse cū nō sit. Sic claustralis iobediēs licet videtur claustralis eē tamen non est.

Punitū ēt est peccatū istud in Saul in hoc quod pp illud electus ē de regno. vñ. i. Re. xv. Pro eo q; abiecisti sermonē dñi abiecit te dominus ne sis rex. z. iij. Re. xiij ppha inobediēs a leone occisus est Et. xx. etiāde. Quidā qui noluit obedire cuidam de filijs pphārū dicēti sibi percute me. A leone postea occisus est. xxi. Deute. Dabet sic de illo qui parentibus carnalibus nellz obedire. Si venerit homo filiū p̄tumacē z proterūū qui nō audit patris aut matris impertū z cohercitus obedire contēp; serit apprehendēt eū z dicēt ad seniores ciuitatis illius z ad portā indicij: dicēte ad eos filius videtur iste pterunus z cōtūax ē: monita nr̄a audire p̄tēnit p̄messationib⁹ vacat: z luxurie atq; ebrietatib⁹: lapidibus eum obruet populus ciuitatis z morietur vt auferatur malū de medio vr̄i. Jtē ois inobediētia morte eterna digna est puniri Preceptū quasi qdā laqueus est. vñ Eccle. vi. vincula sapie alligatura salutis trāsgressio vero p̄cepti sive iobedientia strāgulatio est sui ipsi⁹. Pena etiaz inobediētie ē miseria p̄sētis seculi in qua sumus vñ mirū ē quō vltra modū nō odimus iobediētiā que in tātā miseriā nos posuit pro qua oēs morti adiudicati sum⁹. Jsta iterfecit oēs amicos nr̄os q; mortui sunt: z illos q; nobis remāserūt z nosipsos interficiet. Adhuc vix hz hō ita bonū amicū quez odio nō hēret si tot z tāta mala sibi fecisset z adhuc faceret q̄ta fecit z adhuc facit inobediētia nob

Scdo pōt valere ad detesta. h⁹ peti magnitudo remedij que indiguit illud petm̄ ad sui curationē. Oportuit. n. vt filius de

fieret obediens vsq; ad mortē vt peccatuz inobedientie sanaretur Ber. Ex consideratione remedij piculi met estimo q̄titatem. In veritate potius timere debemus inobedientiam q̄ mortem exēplo filij dei de quo Ber. ¶Dementote fratres xp̄s ne perderet obedientiā p̄didit vitā. Idē nō dabit inobedienti copiā sui tāctus obedientie amatorq malunt mori quā nō obedire. Tertio p̄t valere ad detestā. huius peccati si ostendā tur mala que ex inobedientia sequuntur. ¶De malis que facit inobedientia.

Otādum ergo quod inobedientia.

n ¶Prio hoiez facit ydolatrē. vñ. i. Re. xv. Quare scelus ydolatrie ē nolle acq̄scere. Inobedientis negare deuz inq̄tū ip̄e dñs ē. vnde Lu. vi. Q̄d vocatis me dñe dñe z ñ facitis que di. vera recognitio dñij ē obedientia. Fidescū inobedientia potius cedit ad contumeliā dei quā ad honorē. ¶Maiorez n. iniuriā facit dño iesu xp̄o q̄ non vult ei obedire lz credat eū esse deū q̄ si nollet ei obedire eo q̄ nō crederet eū esse deum tunc. n. per ignorantiā peccaret que culpam eius aliq̄tulum diminueret. Secūdo inobedientia reddit hominem maledictū. vñ Deute. xxvij. ¶Maledictus qui non p̄manet in sermonibus legis huius. nec eos opere perficit z. xxviij. Si nolueris audire vocē dñi dei tui: vt custodias: z facias oia mādata eius z̄c. Venient super te oēs maledictiones iste: z app̄hendent te. ¶Maledictus tu in ciuitate. male i agro maledictum orreū tuuz: z maledicte reliquie tue. male. fructus vētris tui z fructus terre tue: armenta boum tuorū z greges ouium tuarū male. eris ingrediens: z male. egrediens. Et in p̄s. ¶Maledicti qui declinant a mandatis tuis z xli. Eccle. Ue vobis viri impij qui dereliquistis legem dei altissimi: z si nati fuerītis i maledictione nascentium z nō mortui fuerītis: in maledictiōe erit pars vestra. Nec maledictio figurata est. ¶Mat. xxi. In hoc q̄d dñs maledixit ficulnee fructum nō habēti. Tertio fere omnia mala huius seculi ex inobedientia prouenīunt sicut potest haberi ex Deut. xxviij. vbi p̄scribitur. Si audire volueris vocem dei tui vt custodias z facias omnia man. eius, quibusdam interpositis subditur. ¶Mittet super te dominus famez z esuriem: z increpationez in omnia opa tua: que tu facies donec cōterat te. z̄c. Ja inferiora nostra nobis non obediūt: quia nos deo vel illi qui in loco eius est nō obedimus. vnde Gen. iij. Quia comedisti de ligno ex quo tibi p̄ceperam ne comederes maledicta terra i ope tuo z post. Spinas z tribulos. Gre. tibi Ideo carnē suaz multi inueniunt inobedientē: quia p̄latis suis obedire nolunt. Inobedientia etiā facit q̄ a deo nō exaudiamur. vnde Prouer. xxviij. Qui declinat aures suas ac audiat legē: oratio eius fiet execrabilis. Aug. Qui a p̄ceptis dei auertitur q̄ in oratione postulat non meretur. Si obediremus deo: deus etiam obediret nobis z etiā creature. vnde. i. go. iij. Si cor nostrum nō reprehenderit nos fiduciam habeamus ad deū vt quic quid petierimus habemus ab eo q̄m mandata eius custodimus. Quia Josue mandata domini custodiebat sol z luna ei obediebant: immo ipse deus obediuit ei: vnde Josue. x. Sol cōtra gabaon no mouearis z luna contra valem ayalon. Steteruntq; sol z luna quousq; vlciscere tur se gens de inimicis suis. Stetit itaq; sol in medio celi: z non festinauit occūbere spacio vnius diei. Et subditur non fuit ante z postea tam longa dies obediente deo voci hominis. Legimus etiā alias creaturas irratiōabiles sanctis obedientes eo q̄ ipsi vere obedientes essent p̄latis suis vnde legitur de Paulo abbate q̄d p̄cepit discipulo suo ioāni vt afferret ei fimū bouq erat et necessarius at ille ait. In loco vbi fimus est habitat leena. Cui abbas dixit: Si venerit sup te alliga eā z duces eā tecū Iuit Johānes z inuenit leenam z cū vellet sup eā irruere ipse voluit eā tenere sz fugit z Johānes seq̄batur eā dicens. Abbas mihi p̄cepit vt te alligatam ducam ad euz. z statim bestia subdita: z tenens eam reuertebatur ad monasterium: quod cū abbas vidisset ne forte ex hoc facto discipul⁹ extolleretur ait. Sicut tu insensibilis ita z insensibilem bestiaz abduxisti. Solue z dimitte eā vt pergat ad locum suū: Quarto potest valere ad detestatio. huius peccati hoc q̄ hoc peccatū tantuz displiceat deo nec miz si displiceat deo quādo homo nō obedit ei cū videat eū obedire reb⁹ vilissimis sicut terre. vnde Eccle. x. Pecunie obediunt omnia. Obedit etiam homo ancille

sue scilicet carni ⁊ vilissimis mẽbris ipsi⁹ carnis illis.s.que generationi deseruiunt. Obedit etiã dñis terrenis. Obedit etiã hoibus suis.s.demonibus:⁊ tñ creatori suo non vult obedire. Unde Ber. Loquẽs in persona dei. Que causa est quod inimico meo vestroꝝ liber potius seruire q̃ mihi. Non ille vos pascit.non creauit. Si parua hec videntur ingratis non ille sed ego redemi vos non auro vel argento: non sole vel luna: nec aliquo angelor̃ sed proprio cruore. ¶ Item nõ est mirum si displiceat deo hoc peccatũ quod homines sibi non obediunt cum eorũ obedientiam regno celorum velit emere:nec sic eã habere possit q̃ demones ⁊ terreni domini quasi pro nihilo habent quod nolunt deo obedire ad leuia ⁊ vtilia. diabolo vero vel vilissimis membris suis obediunt ad mortẽ eo
£ rum. Aug. Leuia iubet deus vt in eternuꝫ viuamus ⁊ obedire negligim⁹. Preterea cetere creature deo obediunt.etiã sol ⁊ luna:⁊ alia corpora celestia: iurta illũ. Preceptũ posuit ⁊ nõ preteribit .quib⁹ tamen deus non tot bona fecit. Non enim creauit ea ad yma.⁊ simi.suã ita expresse sicut homĩnẽ.nec redemit ea sanguine suo. Non timent etiã puniri ab eo si ei non obediunt nec sperant remunerari ab eo si ei obedierint:⁊ tñ homo nõ deo obedit q: tot bona a deo recepit: ⁊ tot bona sperat si ei obe-
£ dierit cum illa ei obediant. ¶ Quinto põt valere ad detesta.huius peccati.hoc quod inobedientes socij demonũ sunt. Inter.n. omnes creaturas nõ inueniuntur nisi due que non obediunt deo.s.demones ⁊ mali hoies. Unde Job.xviij. Habitẽt iter eius. socij ei⁹ q nõ est. Immo videnꝫ inobedientes diabolo attinere: sicut ⁊ obedientes dñs reputat sibi attinentes. Uñ Mat.xij. Quicũqꝫ fece.vo.pa.m.q in ce.ẽ ipse me⁹ frater soror ⁊ mater est.

¶ Quod vniuersa monent hominem ad obedientiam.

Ꝺ obedientiam monent hominẽ
Ꝺ a vniuersa. Monet.n.de⁹.vñ. Joh. sexto. Descẽdi de celo nõ vt faciaꝫ vo.m.sed eius qui mi.m. Et ad phi.ij. Humiliauit semetipsum factus ⁊c. ¶ Ad obedientiã monent etiã angeli exẽplo suo cuꝫ deo obediant custodiendo hoies. Ab ortu enim hoium custodiunt eos quantũcũqꝫ sint hoies descripti vsqꝫ ad horam mortis ⁊ tũc si dignus est portãt eũ paradisuꝫ: vt hr̃ de Lazaro. Lu.xvi. In ps. Angelis suis mãdauit deus ꝺ te ⁊c. ¶ Ipse ẽt creatura cetere exẽplo suo monẽt ad obedientiaꝫ vñ vltra modũ durus videt eẽ q ad monitionẽ in vniuersis nõ acgescit pcipue cum tot tormẽtis ⁊ flagellis diuinis quasi incessanter ad obedientiã stimuleꝫ. Dẽs.n.miserie pñtis vite quasi flagella sunt.qbus dñs inobedientiã hois punit:⁊ ad obediẽtiã excitat. Uñ inobedientes hoies durtores videntur esse asinis. Illi enim flagellis ⁊ aculeis obediunt.

¶ De inobedientia non custodientiuꝫ solemnitates.

Equit de inobedientia cor: q so-
ꝺ e lẽnitates non celebrãt. de qua hoc modo agem⁹. ¶ Primo ostẽdemus ea q̃ facitũt ad obseruationẽ solẽnitatuꝫ. ¶ Secõ tãgemus aliqd de puersitate hoium q in solẽnitatib⁹ facitũt cõtraria eis ad que ipse istitute sunt. ¶ Notandũ ergo qõ quattuor sunt q̃ pinẽt ad obseruantiã solẽnitatũ. ¶ Primũ est vacare a terrenis opib⁹. Uñ Exo.xx. Sex diebus operaberis ⁊ facies oia opa.t. Septimo aũt die sabbatuꝫ dñi dei tui est. Non facies in eo omne opus tu.⁊ filius tuus ⁊ filia seruus tuus: ⁊ ancilla tua. Monemur etiã hoc exẽplo domini. Gen.ij. vbi legit. Et requeuit de⁹ die septimo. Ab omni ope qõ patrarat. Nec solũ vacandũ est a terrenis opib⁹ externis imo etiã interius a sollicitudine terrenor̃. Uñ Eze.xlij. Is qui quiescit:quiescat. Qui quiescit inq̃ corpore quiescat et mente. ¶ Secundũ ẽ depositio peccati. Uñ Jere.xvij. Nolite ponderа portare die sabbati. In vigilia solẽnitates deberet qlibet attendere vtrum haberet aliquod peccatũ:⁊ si habe ret per veram confessionem deberet illud remouere. Unde Ber. Ad hoc nobis vigilie preponuntur vt vigilemus si in aliquo peccato vel negligẽtia dormituimus:⁊ preoccupemus faciem sanctorum in confessione. ¶ Tertium est vt caueamus nobis ne peccata admittamus. Unde Exo.xx. Memento vt diem sabbati sanctifices.hoc est sanctum conserues diligenter in eo a peccatis cauendo. ¶ Quarũ ẽ vt vtilitati aie intendas spiritualia opera seruiendo.

¶ Quod in festis vacandũ est circa gnã.

Uinc̄z vero sunt q̄bus spāliter va
q canduz est in festis-s.laus dei.ser-
mo dei.sancta meditatio.oīo.cle-
mosinarū largitio. Laudi dei vacandū
est ideo tūc.q; observatio solēnitatū quasi
queda inchoatio est beate vite quam expe
ctamus. Unde sicut ibi erit operatio assi-
dua dei laudatio.sic in festis debemus in-
tendere laudi diuine. Ber. Nihil a deo in
terris representat quedam celestis bonita
tis statū sicut alacritas laudantiuz deum.
Sermoni etiā diuino in festis vacāduz ē.
Uñ Eccle.xxxvij. Sapientiā scribe in tē-
pore vacuitatis; z qui minoratur actu per
cipiet eam. Homo multis occupatus. Lu
mē sapiētie a se repellit. sicut arbor ramo-
sa lumē solis solet repellere. Ideo dicitur
Eccles.xi. Fili ne in multis sint actus tui:
Quidā plurib⁹ intētus minor ē ad singu-
la sensus. Meditationi etiā sancte vacā
duz ē in festis. Sen. Dimitte oia ipetrata:
z vaca bone mēti.nemo ad eā puenit oc-
cupatus. Oportet q̄ cor hois z reb⁹ mun
danis expediatur ad hoc de colloqo spūs
sancti dignus habeatur. Unde Osee.ij. Bi
cit dominus de anima. Ducam eam in so
litudine z loquar ad cor eius.

¶ Quod quattuor debemus in festis me-
ditari.

k Editatio ho sctā in solēnitatib⁹ dz
m esse circa quattuor. Principalit
dz versari-s.circa deū qui sanctum
illū remunerauit: cui⁹ solēnitas agitur pro
modico fultio sibi exhibito: z dz animari
hō ad seruiendum tam liberali dño. Unde
in p̄s. Uacate z videte q̄.e.s. deus: Satis
apparet in remuneratione sanctorum qm̄
ipse est deus. Debet etiā meditatio facti
versari circa solēnitatē illā quā expectam⁹
cuius figura sunt solēnitates p̄sentis vi-
te. Et sicut in festis istis non ē tēpus ogre-
gandi sed cōgregatis vtendi. sic neq; i illa
solēnitate tēpus erit aliquid congregandi.
vnde magnā indigentiā tūc habebūt qui
sibi nō puderint. precipue cuz sion sit ibi
locus mendicādi. nec aliqd accipiēdi mu-
tuo. in festis diebus deberet homo admi-
rari delicias illius solemnitatis accēdi ad
desiderium earum. Ber. Quid ē qō non
optam⁹ ēt ppter medios enses si oporteat
declinare tantam miseriā: z ad tantā acce-
lerare gloriā. Gre. Quid pdest interesse fe
stis hominum si deesse contingat festis an
gelorum. Ezc.xlvi. Hec dicit dñs deus. por
ta atrij interioris que respicit ad orientez
erit clausa. vi. diebus in quib⁹ op⁹ fit. Die
aūt sabbati aperiet porta ista respicies ad
orientē est meditatio de deo a quo omnia
habem⁹. Cui meditationi nō possunt ho-
mines intendere ferialibus dieb⁹ ppter ter
rena opa. Ideo deberēt ei intendere dieb⁹
quietis. Et sicut solēnitates figure sūt eter
ne solēnitatis: sic z vigilie que p̄ponunt
figure sunt tēporibus penitētie. Uñ i hoc
quod vigilie festis p̄ponunt: festis osten
ditur qua via sancti ad gloriā illi⁹ solēnita
tis puenerunt: z qua via oporteat nos ire
si ad eam volumus puenire. Ber. Uniuer
sum tēpus penitētie quedā vigilia ē solēni
tatis future: z eterni sabbati quod prestola
mur. Nec causaberis vigilie diuturnitatē:
si eternitatē solēnitas attendas. Sicut bea
tus Ber. Tangit in festis istis vigilia equa
lis est festo. Festum enim diurnū p̄cedit
vigilia diurna. Sed solēnitatē illā eternaz
p̄cedit vigilia quasi vnius cōparatione illi⁹
solēnitatis. iuxta illud p̄s. Ante lucem anni ante
oculos eius. fi. di. hester. que preterijt. Sed
sunt qui volūt facere festum stultor. Pri⁹
enim volunt facere festum q̄ vigiliā. Illeū
festum nō diurnum est: vigilia vero eterna
erit. Ipsi facient vigiliā cū diabolo in iser
no. Non in pane z aqua imo erunt p̄ infi-
nita milia annorum. Quod ligna eorum ar
debit igne: z vnicā guttā aque habere non
poterunt. ad hoc. Luc.xvi. De diuite epu-
lone: qui tot anni transacti sunt petijt gut
tam aque mundū hz. ¶ Tertio dz medita
tio versari circa teipsum: vt videas in quo
statu es. Gen.iij. Adam vbi es. Et vt exco
gites defectus tuos: z quō facilius ad salu
tem poteris puenire. ¶ Quarto vero debz
versari meditatio circa sanctū cuius festū
celebratur. circa quē tria debem⁹ attende-
re. Auxiliū sancti. exemplum eius. Lōfusio
nē nostrā. Sicut docet beatus Ber. Auxi
liū sancti: q; potens in terra potentior in
celis ē ante faciē dñi dei sui. Si dñs adhuc
viueret miser⁹ est peccatoribus: z orauit
p̄ eis: nunc tanto melius quāto veri⁹ co
gnoscit miserias nostras ora p̄ nobis ad
patrē. q; beata illa patria caritatez eius nō
mutauit sed augmētauit: sed q; impassibi
lis factus est: ideo oīno icōpassibilis fact⁹

est. Sed nunc potiꝰ indulsit sibi misericor-
die cū ante fontē misericordie assistit. Est
z alia cā que magis vrget sanctos vt solli
citi sint de nobis. qñ iuxta vocez apli deus
putdet de nobis siue nobis consumentur.
De exemplo planū est. Sed z diligentiori
intuitu cōfusionē nr̄am inspictamꝰ. Quia
hō ille similis fuit nobis passibilis ex eodē
luto formatus ex quo z nos. Quid ē ergo
quod nō solū difficile imo ipossibile credi
mus vt factamus opa que fecit. Sic in so-
lēnitatibus sanctorū gaudere z confundi
deberemus. Gaudere: qꝫ tales z tātos pa-
tronos premisimus. Confundi: quia eos
imitari nō possumus. ita hoc semper gau
dium nostrum in hac valle lachrimarum:
pane lachrimarum condiri debet.

¶ Quod vacandum sit oratioñi in festiui
tatibus.

o Rationi etiā vacanduz est i festis
sicut z sancte meditationi. Medi
tatio enīz z oīo sūt quasi duos pe
des quibus in celum ascendenduz ē. Ber.
Ascendimus duobus pedib⁹ meditatio-
ne z oīone. Meditatio qd desit docet ora
tio ne desit obtinet. ¶ Tunc etiā intenden
dū est elemosinarnz lagitioni iuxta illud.
Comedite pinguia z bibite mulsuz: z mit
tite partes his q nō preparauerūt sibi. Sz
multi hodie nihil horū obseruāt ꝓpter qō
solēnitates istitute sūt: qꝫ nec a terreno ope
vacant: nec pondera peccatorū deponūt: z
amplius peccāt in festis q̄ in alijs dieb⁹: z
neglecta vtilitate anime delitijs corporali-
z bus intendunt. ¶ Contra illos q a terreno
ope nō cessant. Primo pōt valere quod le
gitur Numeri. xxv. De illo q colligebat li-
gna in sabbato: quē Moyses z Aaron re
duxerūt in carcere regrentes a dño qd de
eo facerēt. Dixitq; dñs ad Moysen. Mo-
riatur morte homo. Obruat eum lapidib⁹
omis turba extra castra. Qō factū mistīcuz ē
ligna spūaliter scindit q materiā ignis in-
fernalis sibi colligit. Qui lapidandus ē: qꝫ
duris obiurgationibus: increpandus ē q
nō vult cessare in festis: quin mala ad sui
incendiū colligat. Potest etiam valere
contra hoc peccatum horum si ostendatur
magna ingratitudo z peruersitas que sunt
in hoc peccato.

¶ De ingratitudine nō obseruantiū diem
dominicum.

n Notandus ergo quod illi q dñicaz m
diem nō obseruāt ingrati sūt deo
de creatione mūdi: z de hoc quod
pro eis voluit nasci in valle huius miserie
z de beneficio qō mundo cōtulit in die sue
resurrectionis: z in die penthecostes quā-
do spīm sanctū misit in discipulos. Dia. n;
ista die dñica facta sūt ꝓpter que dies illa
celebris habēda ē. Talis peccāt in patrez
z filiū z spīm scīm. In patrē cuius potētia
mundus redemit. In spīm san. qui tali die
missus est in mundū: ipsi ingrati sunt suo
creatori: redemptori: z cōsolatori. bene de-
berent aliquid pro deo facere die illa que
deꝰ mundū fecit pro ipsis. Bene debēt ca
uere a morte sua in die illa qua filiꝰ dei na
tus est pro eis. Debēt etiaz cauere a casu in
honorē dominice resurrectionis. Non de-
bēt etiā spīm scīm ab hospitio suo repellere
in die illa qua ecclesie datus fuit.

¶ Quadruplex ratio ḡre celebrare debe-
mꝰ sabbatū in honore beate Marie. n

¶ notandū est qō sicuti q̄druplex
e ratio assignatur quare dies domi
nica celebris habet. sic pōt q̄dru-
plex ratio assignari: quare beate virginis i
sabbato potius honor exhibet q̄ alijs die-
bus. ¶ Prima ratio ē: qꝫ beata ꝑgo i sab-
bato in quo deus fuit in sepulchro in fide
stetit apostolis discedētib⁹. ¶ Secūda rō est
quia sicut a tenuio sexte ferie fit transitus
per sabbatum ad solemnitatem dominice
ita a miseria presentis vite vel peccati trā-
situs ad statum glorie vel gratie per bea-
tam virginem. ¶ Tertia ē: qꝫ tali die mul
toties legitur beata virgo miracula feciſ-
se z beneficia peccatoribus prestitisse.
¶ Quarta est: qꝫ apud grecos fuit q̄dam
ymago beate virginis cuius velamē a no
na sexte ferie diuina virtute recedebat: z
post nonā sabbati similiter dei virtute redi
bat. cuius miraculi hec ratio potuit esse vt
ostenderet qō precipue tali die facies bea-
te virginis peccatoribus orantibus inten-
debat, ꝓpter quod greci diem illā solēnez
dixerunt. Deinde consuetudo illa ad lati-
nos trāsiuit q̄tum ad hoc vt nulla die spe-
cialis honor beate virgini exhibeatur.
¶ Valde peruersi videntur qui nolūt in
festis diebus a terreno opere vacare q po
tius nolunt laborare in seruicio diaboli q̄
quiescere in seruitio xp̄i. Qui potius cli-

gunt statum miſerie vt in ſudore vultꝰ ſui pane veſcantur q̄ statum ante peccatuz vt ſine ſudore panem ſuum comedebat potius volunt hic inchoare infernum ſuuz q̄ paradiſum. Quedam inchoatio paradiſi eſt quies ſolemnitatum. potius volunt laborando ire in infernū q̄ quieſcēdo ire in paradiſum. Eccleſia per quietē ſolēnitatū vadit celerius in paradiſum q̄ per laborē ferialtū dierū. Quod figuratum eſt in hoc quod legitur Act.i. Qđ mons oliueti erat iuxta ieruſalē ſabbati habēs iter. in monte oliueti eccleſia deſignetur q̄ per quietē ſolēnitatū in celeſtē ieruſalez tendit. Contra illos qui pondus peccati in feſtis nolunt deponere. ¶ Primo videt eſſe qđ legit. ij. Eſdre vl. Qđ Neemias die ſabbati clauſit portas ieruſalē ne iferrentur venalia: t cōminatus eſt eis qđ ſi ſecūdo hoc facerent poneret in eos manus. Tales q̄ pōdera peccatorū in feſtis deponere nolunt valde peruerſi ſunt. Poſt. n. volūt portare onus diaboli graue q̄ onus xp̄i leue. Qđ onus xp̄i ſit leue habet Mat.xi. Quod onꝰ diaboli. ſ. pctm̄ ſit graue habet ex illo ꝟbo p̄s. Sicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Et ex hoc qđ zacha.v. figurat iniquitas p talentū plūbi. Tales potius volunt portare onus qđ demergat eos in profundum inferni q̄ onus pro quo detur eis gloria paradiſi. Et cū ipſi non permitterent aſinuz ſuū oneratū eſſe vltra q̄ debeat ſibi ipſis i hoc nullo modo compatiunt: nec in feſtis: nec in aliis diebus. Portitores ad collum vident eſſe diaboli. vñ apparet quod malū dñm habēt qui nec feſtis diebꝰ permittit eos quieſcere. diabolus videtur eſſe dñs eoꝝ. de quo ſcriptū eſt. Crudelis eſt t non miſerebitur. Peccatoꝝ nō ſolū ſeruus peccati eſt vel diaboli. Immo eſt q̄ſi peccatum ipſius. Unde ſuper illud. Miſit in eos irā indignationis. Dicit glo. Tantum pōt diabolus in hoie malo q̄nuz homo in pecore ſuo. Itē p̄s. Cōtritio t infelicitas i viis eorū t viā pacis nō cognouerunt. Impietas que in eis eſt nō permittit eos quieſcere. vñ Iſa. vij. Impij quaſi mare feruēs qđ geſcere nō pōt. Et Treno. i. Peccatū peccauit ieruſalem. propterea inſtabilis facta eſt. Abuſce que vexauerunt egyptios eos vexare videntur. S. Greg. Iſrael ſabbatum accepit in munere. egyptus percutitur multitudine. Magis beſtiales vident eſſe tales q̄ aſina Balaam. In hoc quod ipſa conqueſta eſt de domino ſuo q inique agebat in eam. vt legitur Numeri xxv. Ipſi aūt neſciunt cōqueri de dño ſuo diabolo qui adeo inique agit in eos. Fatuus videtur eſſe qui pro talibus petit requiem eternam poſt mortē eoꝝ. Cum ipſi in vita ſua nunq̄ requiē amauerunt. precipue cū ſcriptū ſit in fine Iſa. Erit ſabbatū ex ſabbato. Ex quiete. n. mentis in preſenti ſequitur requies in futuro dicit dominus. Mat. xi. Uenite ad me oēs qui laboratis t onera eſtis. t. e. re. vos t miſeri fugiunt eum. Clamat aūt diabolus cōtrarīū: t miſeri hoies currūt ad eū. ¶ De illis aūt qui magis peccāt in feſtis q̄ in aliis diebꝰ, notandū eſt qꝫ ipſi ſunt valde fatui t puerſi: qui in tēpore ictō: nō ſancte volūt viuere: ſimiles illis q extra eccleſiā caueret a pctō t in eccleſia ſe omni imūdicie exponeret. Sicut enim loco ſancto deferendum eſt: ſic t tempori ſancto. ¶ Siquis in omnibus feſtis araret t foderet. ipſe multū malus reputaretur. Quomodo ergo nō multum peccant qui in diebus dominicis fornicantur. Citius enim poſſet cōcedi: qꝫ aliquis in omnibus feſtis araret t foderet, q̄ quod ſemel die dominico fornicaret. Non ideo inſtituit eccleſia: vt in feſtis ceſſaret a terrenis officijs que bona ſunt vt malis intenderetur. ſed vt intenderetur ſpiritualibus que meliora ſunt. feſta inſtituta ſunt ad gratiam ſanctorum acquirendam: t ipſi eorum iram prouocant. Tempus illud qđ dei ſeruitio appropriatum eſt: diabolo dedicant a peccato cupiditatis. tūc in aliquo ſibi non cauent: t ebrietati: t luxurie: t ſuperbie: t laſciuie: t ceteris vitijs ſe exponunt. Amplius offendunt deum in dñica vna q̄ per totam ſeptimanam. Nō vident talia feſta eſſe dei. Jaz videtur impleuiſſe in magna parte demones quod intendebant. Jam enim pro magna parte geſcere faciunt dies feſtos dei a terra. Solemnitates eccleſie iam pro magna parte ſimiles illis facte ſunt. de qbus legitur Iſa. i. Solēnitates vras odiuit aia mea. facta ſūt mihi moleſta. laborauit ſuſtinens. t Treñ. i. Uiderūt eā hoſtes t deriſerūt ſabbata eiꝰ ¶ Illi ho qui i feſtis vtilitati corporis vacant: t delitijs corporalibꝰ: t ornatui cor-

porum ſimſliter valde perverſi ſunt. De ancilla enim dominā faciunt ⁊ feſtuz quod deberent facere deo celi faciunt ſuo ventri hi ſunt quorum deus venter eſt vt legitur ad Phi.iij. Hi nō domino ieſu xp̄o ſz vētri ſuo ad Roma.xvj. Contra ſolemnitates eorum dicit Jero. Valde abſurdū eſt nimia ſaturitate velle onerare ventrē quē ſcimus deo per ieiuniuz placuiſſe: ⁊ Leui. xxiij. Sabbatuz requietiōis eſt: affligetiſq; animas veſtras. Ipſi credunt vt videt quod feſta ideo ſint inſtituta vt refectioni vnius facti poſſint vacare ⁊ ipletioni vni⁹ vaſis immundi. ſ. ventris Jdeo dominꝰ ꝓminatur eis mire modo. Malac.j. Uix auderem cōminationem illam dicere niſi ſpiritus ſanctus per prophetā eam dixiſſet Sic enim legitur ibi. Diſpergam ſup vultum veſtrum ſtercus ſolēnitatum veſtrarum dicit dominus.

¶ De inobedientia cōtemnentium excōicationem ⁊ q̄ valde tremenda ſit.

Equitur de inobedientia eorū qui
s contemnunt quādo a ecclēſia excoicantur. Et notādum in primis quod due ſunt ſpecies excoicationis. ſ. maior ⁊ minor Minor ſeparat a ſacramētis eccleſie. maior vero ſeparat ab ingreſſu eccleſie: ⁊ a cōmunione fidelium: ⁊ ſacramētis eccleſie. ⁊ hoc dicitur Anathema. Et poſſunt .xi. rationes oſtendi quare multuz timenda ſit excōmunicatio. Primo timenda eſt quia eſt ictus gladij ſpūalis q̄ magis timendus eſt q̄ materialis. De hiis gladiis legitur Luc.xxij. Ecce duo gladij hic Aug. dicit etiam de illo qui excōicatur quod grauius eſt hoc illi quā ſi gladio feriretur ſi a feris deuoraretur ſi in flammis exuriretur. ¶ Secundo timenda eſt excōicatio q̄ excōicatus eſt vt homo valde infirmus qui nullum remediū vel medicinam poteſt habere. Ipſe enī ſeparatus eſt a ſacramētis eccleſie que ſunt quaſi medicie. De quibus medicinis legitur Eccle.xxxviij. Unguentarius faciet pigmenta ſuauitatis ⁊ vnctiones cōficiet ſuauitatis. ¶ Tertio vero timēda eſt quia excōicatus eſt velut homo captus ab hoſtibus ſuis omni auxilio deſtructus: ⁊ omni ſuccurſu: q̄ priuatus ē a cōmunione fidelium: nec partem habet in aliquibus bonis que fiūt ab eccleſia. Ipſe eſt ſimilis illi qui cecidit in foueaz vel ſub onere: nec habet qui ſubleuet ⁊ ideo ve illi. Eccle.iiij. Ue ſoli quia cum ceciderit nō eſt qui ſubleuet eum. E cōtrario vero dicitur. Prouer.viij. Frater qui iuuatur a fratre q̄ſi ciuitas firma. ¶ Quarto timenda eſt quia excōicatus eſt quaſi infirmus morbum habens infectiuum: qui a conſortio hominū eiicitur. Jdeo lepra multū ab hominibus timetur. quia morbus ꝓtagioſus eſt: ⁊ multi ſunt qui dicunt alias infirmitates det mihi deus ſi placuerit ſibi ſed a lepra me cuſtodiat. Excōicatio velut lepra ſpiritualis eſt. vnde per leprā marie figurata eſt Numeri.xij. Et in hoc excōicatus eſt deterior ceteris peccatoribus: q̄ ſi alij peccatori loquor vel aliter cōico qualiſcūq; fuerit quo nō eſt excōicatus nō eſt mihi periculum. Sed in excōicato magnum eſt periculum. Unde aliqui ſunt qui potius eligerent mori quā ſemel ꝓmunicare excōicato alicui cum deliberatione in caſu nō cōceſſo. Et in veritate melius eſſet comedere cuz porco quā cū excōicato. De teriotis cōditionis in hoc videtur eē excōicatus q̄ iſi delis vū. i. Cori. v. Si qs frater nominat⁹ inter vos: ⁊ eſt fornicator aut auarus ⁊c. cum hmōi nec ꝛ cibū ſumere. Augu. Ea ꝛ noiationem intelligi voluit apoſtolus que fit in quenq̄ cum ſua ordine iudicarie: ⁊ integritate ꝓfertur. Eodez vero decimo ſic legitur Si quis infidelium vocat vos ad cenam ⁊ vultis ire omne quod vobis appoſitū fuerit manducate. ¶ Quinto vero timenda eſt excōicatio: quia excoicatus eſt velut canis immundus cui non licet intrare eccleſiam. Et in veritate magis oſtenditur deus quando ipſe intrat eccleſiam deiq̄ ſi vnus canis intraret Apoca. viij. Foras canes. Eccl. xiij. Que cōicatio ſancti ad canem? ¶ Sexto timenda eſt excōicatio. quia excoicatus eſt quaſi membruz abſciſſum a corpore quod nullius valoris eſt Quid valet manus preciſa a corpore Et ſicut ſuper omnia timenda eſt abſciſſio membri a corpore eius. ſic nihil magis debet timere xp̄ianus q̄ ſeparari a corpore xp̄i qđ eſt eccleſia vnde. Augu. ſup Jo. Nihil ſic dz formidare xp̄ianus q̄ ſeparari a corpore xp̄i iam non eſt membrum eius. Si nō eſt membr⁹ ei⁹ ergaz non vegetatur. ſpiritu eius. ¶ Septio timēda eſt excōicatio: quia homo excōicatus ſimilis eſt palmiti abſciſo a vite q̄ mi

noris valoris est q̄ ceteri rami. postq̄ abscisus est cū valde vtilis sit dum viti adheret abscisus valet adhoc quod in igne ponat. Ex alijs ramis multa vtilia fieri possunt. sed non sic ex palmite. vnde Eze. xv. Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex oibus lignis nemorum qui sunt inter ligna silue ruz. Nunquid tolletur de ea lignum vt fiat opus aut fabricabitur de ea paxillus vt dependat in ea quodcūq; vas. Ecce igni datum est in escham: z in Jo. xv. Sicut palmes nō pōt facere fructū de semetipo nisi manserit in vite sic nec vos nisi in me mā seritis. Octauo timēda est excōicatio ille qui excōicatus est sathane traditur. Sicut ecclesia hereticos cōuictos relinquit seculari ptāti ita illos qui excoicantur potestati sathane tradit. vnde Augu. Dis xp̄ianus qui a sacerdote excoicatur sathāe traditur quō? Quia extra ecclesiā est diabol⁹ sicut in ecclesia xp̄s. Ac p hoc diabolo traditur qui ab ecclesiastica coione remouet z apls. i. Corin. v. Ego quidē absens corpore presens spū iam iudicaui vt p̄sens eū qui sic operatus est in nomine ihesu xp̄i cōgregatis vobis z eo in spiritu cuz virtute domini nostri ihesu xp̄i tradere huiusmodi hominē sathane. Et loquebatur de corinthio fornicatore qui erat excoicatus. No no timenda est excō. quia excōicatus est sicut infidel. vnde. Mat. xviij. Dicit dñs de excōicatio si ecclesiaz non audierit sit tibi sicut ethnicus z publi. Decimo timēda est exemplo: qz excōicatus videtur esse deterior q̄ gentilis. Est. n. q̄si apostata a xp̄iana religione. vnde cōiter dicūtur excōicati esse extra legem. z extra xp̄ianitatez. Et sicuti deterioris cōditionis est qui ab aliqua religiōe apostat amit q̄ ille q nūq̄ in religione fuit. Et ille qui degradatus est ab ordinibus susceptis deterioris videtur eē conditionis q̄ qui nūq̄ ordines susceptit. Ita q extra xp̄ianitatem positus est ppter culpā suā deterioris est conditionis q̄ q nūq̄ xp̄ianus fuit. vñ super illō sit tibi sicut ethnic⁹ z publi. dicit Glo. Detestabilior ē qui sub nomine fidelis agit opera infidelitū q̄ apte infidelis. Infidelis aliq̄ legez habet: sed excōicatus nullam videtur habere cum ipse extra legem xp̄ianorū dicatur esse z nō fit iudeus vel gentilis. Inutilis etiaz videtur esse: z quo ad deū z quo ad mundū. Jō. n. est apostata vir inutilis vt legitur puer. vi. Undecio timenda ē exēplo: quia isto peccato dyabolus multos lucratur. vñ quidam dyabolo loquēs in quodā demoniaco post multas admirationes cuiusdā boni viri dixit et quod hoc erat peccatū quo plures lucrabatur. Unde excōicatus vna die q̄cq; facit peccare. c. personas duz facit eas cōicare sibi. Duodecimo timēda ē excō. qz valde damnosa est. Aufert. n. homini partez suā de omnibus missis z alijs bonis que fiunt in ecclesia dei quod nō est paruū dānuz. Quis enim digne sufficeret enumerare valorē vni⁹ misse. Et hoc que dicta sunt de maiori excōicatione intelligenda sunt.

¶ De inobedientia conténentium minorem excōmunicationem.

Egitur de peccato eorū q cōtēnūt minorē excōicationē: z ideo nō timēt cōicare cū excōicatis Iz coicā do minorē excōicationem incurrāt. Notā dū ē quod ille qui cōicat excōicato peccat in se z in eū cui coicat: z illuz p̄o cuius iniuria excōicatio lata est z in matrē suā ecclesiam: z in patrem spūalē qui fert sniam z in patrē celestē: in se peccat: quia non cauet sibi ab eo qui habet morbū cōtagiosuz in quo videtur minus se amare q̄ porcum suū porco. n. suo bene caueret de alio porco qui morbum cōtagiosum haberet. Et ide eum etiam cui cōicat peccat: qz cū ipse sit infirmus ad mortem ipse aufert ei remediuz vel salutē. Minus. n. efficax redditur dum cōfusionē ipsius minuit per quā corrigi debuit Eccle. iiij. Est cōfusio adducēs gloriam z Dauid. Imple facies eoz ignominia z que. no. t. do. z Michea. iiij. Egrederis de ciuitate z venies in babilonem ibiq; liberaberis. Peccat etiaz in cuz p̄o cuius iniuria excōi. lata est: qz aufert ei rez suam. Peccat etiā in ecclesiam quoniā malo exemplo corrumpit z cuius societati p̄eponit societatem eorum qui sunt vt leprosi immo sicut canes z porci. Peccat ēt in patrem spiritualem cuius sententiā cōtemnit. Peccat etiam in deum quē in ministro suo spernit. Luc. Qui vos spnit me spernit. Ipse potius amare priuari mensa dei. i. altari q̄ mensa excōmunicati: z porcus amat societatem filiorum diaboli q̄ societatem filiorum dei. Ideo merito in infe

no socius erit diaboli. Quidam in vitas patrum. Qui non vult ianuam ecclesie humiliatus ingredi necesse habet in ianuas inferni non spōte damnatus introduci.

¶ De peccato indiscrete precipientium.

Sequitur de peccato indiscrete precipiētium Et notandū ē qđ multis modis aliqs indiscrete pcipit vel cum superbie precipit iuxta illud. Eze. xxxiij. Quod pierat nō requisitis: sed cuz austeritate impabatis eis. ꝛ cum poma. Sene. Remissus iperanti melius peccaſ. Natura cōtumax est ains humanus: ꝛ in cōtrarium atqz arduū nitens facilinsqz sequitur q̄ ducatur. Item indiscrete pcipit qui nimia vel nimis grauia pcipit. Mat. xxiij. Alligant onera grauia ꝛ impo. i hui ho. ꝛc. ꝛ Act. xv. Quid temptatis deum iugū imponere sup cervicem discipulox qđ neque vos: neqz pres vestri por. po. Item indiscrete pcipit qui precipiendo sensum suū sequitur. sicut illi qbus dns ait. Mat. xv. Irritux fecistis mandatū dei pp tradi. u. Et postea sine cā colunt me docētes doctrinam ꝛ mandata hoium. Item indiscrete precipit qui nō beneplacitux dei nec vtilitatē subditorum: sed ꝓpriā vtilitatex i pcipiendo querit. Et notandū est qđ p latus in precipiendo deberet esse minister dei ꝛ deferre mandatux eius ad subditos ꝛ mandando seruire deo deberet ꝛ subditis. vnde Augu. in lib. de moribus ecclesie vbi oñdit oēm virtutem esse amorem dei dicit qđ iusticia est amor soli amato seruiens ꝛ ideo recte imperās.

¶ Sex que debent prohibere prelatos a multitudine preceptorum.

Ex vero sunt que deberent p̄latos cohibere a multitudine preceptorum. ¶ Primū est qđ primis parentibus legūtur duo precepta fuisse. Ge. ii. Ex omni ligno paradi. co. De ligno aūt scientie boni ꝛ mali ne co. ꝛ. alterum eorū trangressi sunt. ¶ Scōm est hoc quod nitimur inuentum sempercupimusqz negata. Sicut ipetus aque crescit obstante vento sic desiderium crescit in' istis qui nō habent gratiam pp prohibitiones. De nullo alio ligno paradisi leguntur primi parentes comedisse nisi de fructu vetito. vñ ad Ro. viij. Sine lege peccatum mortuū erat Et subditur paruum post. Sed cū venisset mandatum peccatux reuixit. Item paulo post lex subintrauit vt abundaret delictū. ¶ Tertium est hoc quod prelati potius deberent onera subditorum portare q̄ grauare vñ. Ber. loquēs prelatis. Quid iugū vestrum super eos aggrauatis quorū onera: potius portare debetis ꝛ. liij. Re. ij. Dicit Heliseus ad Heliaz. Pater mi currus israel ꝛ augurta eius. Prelatus debet esse augurta vt subditos regat. ꝛ curr⁹ vt onera portet. Quartum est quod qui nimis emungit sanguinem elicit vt legitur. Prouer. xxx. Prelati deberent esse vt matres lac dulcis doctrine subditis propinando. sed aliqui hodie pro lacte propinant sanguinem peccati. ¶ Quintum exemplum est xp̄i dicentis. Mat. xi. Jugux meū suave est ꝛ o. m. le. Ipse etiam legem nouaz dedit Mat. v. Non imperādo sed dulcedinē promulgando ad legis amorem attrahendo beati inquit pauperes spiritu ꝛc. ¶ Sextum est quod prelati adiutores debēt esse salutis. Qui autem multa precipiunt potius salutem impediunt. Et notandum est quod valde ipij sunt tales prelati. Ipsi enim quasi iugulant proprios filios. Quot enim precepta eis faciunt tot laqueos eis ponunt vnde accidit quod quem nō strāgulat vnus laqueus strāgulat alius: ꝛ quē non capit dyabolus laqueo vno capit alio Ipsi ponunt occasiones mortis iuxta filios suos qui quasi frenetici sunt cum deberent eas elongare ab eis. Ex morsu pomi venenati sunt homines quasi venenati frenetici nisi per gratiam dei sanati sint: ꝛ ideo sibi noxia appetunt. Tales etiam prelati adeo arctant viam paradisi quod quando aliquis vult ponere in via pedez ipse ponit extra' viam: Ipsi etiam pueros vnius diei ꝛ conualescentes a magna infirmitate inonerāt quasi si essent fortes ꝛ sani. Paruuli vnius diei sunt qui ad penitētiam veniunt. Ipsi etiam conualescunt a magna infirmitate. Nullus tyrannus tot iniūgūt sub pena mortis corporalis quod ipsi iniūgūt sub pena mortis eterne: quot enim precipiuntur tot sub pena mortis eterne iniunguntur.

¶ Contra nimietatē preceptox i clausiro.

huius vitij hoc: q̄ inuidia valde periculosa est. Inuidum enim accidunt: ꝛ bona: ꝛ mala. Bona enim affligendo. Mala vero dando ei occasionem peccandi. Unde ad inuidum pertinere videtur illud verbū quod dicit Laym Gen. iij. Quicūq; inuenerit me occidet me. videntur creature cōturate esse contra inuidū: ꝛ merito. Degenerat. n. inuidus: ꝛ a creatore: ꝛ a creaturis Creator. n. liberalis ē: ꝛ vult cōferre bōa sua. Creature etiam a deo cōmunicare volunt bona sua: vt de hoc certamē videātur habere. Ex hoc enim q̄ ignis spēm suam vult cōmunicare materie aque. Ex hoc pugna est inter ignē ꝛ aquā. Similiter ꝛ sol vult cōferre: ꝛ lumen ꝛ calorē suū. Augu. Judicū diuine bonitatis est: q̄ quelibet res cogitur dare seipsam. Ab hac liberalitate degenerat inuidus: diuidēs se a deo: ꝛ a creaturis: ꝛ socians se diabolo: qui bona omnibus inuidet: ꝛ socios vult esse homines sue miserie. Et ideo merito creature persequunt eum tanq̄ apostatā. ¶ Decimosexto facit ad detesta. huius vitij hoc: q̄ inuidia valde damnosa est suo subiecto. Aufert enim homini societatē ecclesie: de qua societate dicit Dauid. Particeps sum ego oium timentiū te. ꝛ custo. ꝛc. Bona proximi que inuidi essent si ea diligeret contra inuidum sunt. Aug. Pensent inuidi quantus bonum est caritas: que sine labore nostro aliena bona nostra facit. Inuidia aufert homini primum. Unde magister Hugo de sancto Victore. Superbia mihi aufert deum. Inuidia primum. Ira meipsum. Inuidia etiā aufert homini sapientiā. Uñ Sap. vi. Neq̄ cū inuidia tabescente iter habebo: qm̄ talis non erit particeps sapientie. Unde Poeta describens domū inuidie dicit q̄ erat abdita sole carens. Sol enim iusticie lumen sapientie abscōdit ab inuidis. Inuidi etiā homines ad paupertatē: ꝛ ignominiam sepe puenerūt. Uñ Prouer. xxvij. Uir q festinat ditari ꝛ alijs inuidet ignorat q̄ egestas supueniat ei. Et Ecclesia. vi. Improperium ꝛ contumeliam i alijs hereditabit: ꝛ omnis peccator inuidus ꝛ billiguis. ¶ Decimoseptimo facit ad detesta. huius vitij hoc: q̄ vitium istud ē signum quo diabolus discipulos suos cognoscit. Unde sicut dominus dicit. Joh̄. xiij. In discipulis suis: in hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis si dilectionem habueritis inuicem. sic diabolus dicit discipulis suis: in hoc cognoscent omnes q̄ discipuli mei estis: si inuidiam habueritis inuicem. ¶ Decimooctauo facit ad detestationem inuidie hoc q̄ fere omnes inuidi p̄dictores sunt. Prouer. xxiij. Ne comedas cuz homine inuido: ꝛ desideres cibos eius qm̄ in similitudine artoli ꝛ cōiectoris estimat q̄ ignorat: comede ꝛ bibe dicet tibi ꝛ mēs eius non est tecum. ¶ Decimonono facit ad detestationē huius vitij hoc q̄ frequenter mala morte moriuntur inuidi. vñ Eccl. xxvij. Laqueo peribūt qui oblectantur casu iustoꝝ. Dolor aūt cōsumet ipsos anteq̄ moriantur: laqueo perit qui improuide perit. Jero. Nō memini me mala morte mori tuum: qui liberalē a me duxerit vitā. Econtrario sepe accidit q̄ inuidus mala morte moritur: q̄ liberalem ante non duxit vitaz. ¶ Uigesimo facit ad detestationez huius vitij hoc: q̄ inuidi socij sunt diaboli: ꝛ in lucro ꝛ damno: quando diabolus lucratur gaudent quasi lucruz ipsius lucrum proprium reputent: quando diabolus perdit dolent: quasi damnū eius damnum suum reputent. Speciales amici diaboli inuidi videntur esse fm descriptionem amicitie: q̄ ponit Tullius de amicitia. Habēt enim idem velle ꝛ idem nolle cū diabolo. Idez enim velle ꝛ nolle vera amicitia est. Inuidia est vermis qui arescere facit ederā ione. Jonas interpretatur donum columbe: ꝛ significat aliquē hoiem gratiosū. Edera vero p̄speritas ipsius est: q̄ vermis inuidie vult consumere. Quā cito inuidus videt aliquem prosperari ipse vellet eius aduersari p̄speritati: inuidia etiaz vermis est dissoluens caritatem siue caram vnitatem ecclesie propter quam filius dei voluit mori: inuidia etiam est similis illi passioni q̄ percussit sunt sodomite. Gene. xix. Que dicitur auidentia: vel aurisia: vel acrisia. Et facit passio illa. vt omnino nihil videatur: scilicet vt non videatur illud quod expedit non videre: ꝛ dicitur acrisia ab a q̄ est sine crisis quod est iudicium. Inuidia vero econtrario facit quod illud non videatur quod expedit videri. Inuidia ita excecat hominem quod ipse non videt i bono nisi malum. Unde Ecclesia. xiij. Oculus malus ad mala. Specialiter oculus ma-

ius est oculus inuidi. Unde in eodem capitulo. Neq̃ est oculus inuidi. Et Mathxv. Dixit dominus ad inuidum. An oculus tuus neq̃ est: q̃ ego bonus sum. Inuidus plenus est malicia vsq; ad oculum.

¶ De speciebus duabus inuidie. ca. ij.

Sequitur de speciebus inuidie. Et
s possumus distinguere duas species inuidie. scilicet in exultatione in aduersis proximi: ⁊ tristicia in prosperis. Et notandum quod exultatio inuidia est animi gaudium frenetico⁹ qui gaudent de hoc. Unde flendum esset. Immo diabolicum est cum sit de malo alterius. De hoc gaudio legitur Prouer. xvij. Qui in ruina letatur alterius non erit impunitus: Et Job. xxxi. Si exultaui ad ruinam eius qui me oderat ⁊ exultaui quod inuenisset eum malum supple malum mihi accidat ⁊c. Adhuc est quod inuidi gaudent de malo. Cum enim gaudium deberet cẽ ex coniunctione conuenientis cum conuenienti: ⁊ inuidi boni sint natura. Naturaliter de bono gaudere debent: sed hoc accidit quia malicia eis quodãmodo in naturam conuersa est: ⁊ ideo de malitia gaudent. Caritatis est gaudere cum gaudentibus: flere cu⁹ flentibus: vt legitur ad Ro. vndecimo. Unde apost. ij. Cor. xi. Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor? Inuidi autem videntur esse peiores porcis. Porci enim porco qui occiditur compatiunt.

¶ De quattuor remedijs contra inuidiam. cap. iij.

Sequitur de remedijs contra vitiũ
s inuidie. Et possunt esse quattuor remedia. ¶ Primum remedium est q̃ homo ponat amorem suum in illis bonis que possunt haberi a multis: ita q̃ ab vno quoq; plene. Unde Grego. Qui faucibus inuidie carere desiderat illa⁹ hereditatem appetat q̃ numerus possidentium non angustat. Ideo virtuosus p hoc quod in terris inq̃ appetit alienis profectibus inuidere nescit. ¶ Secundum remedium est meditatio eorum que suadẽt nobis dilectionem supernam: que sunt quattuor.

Adhuc alia remedia contra inuidiam.

Primum est fraternitas naturalis
p que est inter homines. Oês enim descenderunt ab vno patre: ⁊ ab vna matre. Omnes angelos creauit deus simul homines vero voluit descendere ex vno patre ⁊ vna matre ad commendationem dilectionis. ¶ Secundum est fraternitas dilectionis spiritualis: que est inter christianos: quia nati ex vno patre deo: ⁊ vna matre ecclesia: ⁊ eandem hereditatẽ celestẽ. scilicet diuisuri sunt: ⁊ quãto plus diuidunt eã: tanto maior erit portio vnicuiusq; eorum. vix posset plene ostendi quãtum aliquis habebit gaudium de gloria vnius qui secum erit saluus. ¶ Tertiũ est societas spiritualis: que est inter fideles. Socij enim sunt in lucro ⁊ damno. ¶ Quartum est quod ipsi sunt membra vnius corporis. christus est caput illi⁹ corporis. Unde ad Ro. xij. Sicut in vno corpore multa membra habemus omnia aũt membra non eundem actum habent: ita multi vnu⁹ corpus sumus in christo. Et. i. ad Cor. xij. Si quid patitur vnũ membr⁹ compatiuntur cetera membra. ¶ Tertius remedium est meditatio eorum que valẽt ad contemptum proprie excellentie. Inuidia proprie excellentie ex amore nascit. vñ illa que dicta sunt in tractatu de superbia contra amorem proprie excellentie p consequens valent cõtra inuidiã. ¶ Quartũ remedium est consideratio amaritudinis: que inuidiam concomitatur ⁊ multiplicis damni quod ex illa prouenit. Amaritudo illa est velut acetum quo ignis gratus extinguitur. Solet ignis gratus cum arena ⁊ aceto extingui. Sic inuidia ex consideratione ifructuositatis q̃ habet: ⁊ aceto amaritudinis: que est cũ ea extinguitur. Damnum etiam quod ex inuidia prouenit valet ad extinctionem inuidie. Et est damnũ vnum. Amissio proximi sicut dictum est prius. Aliud damnum est quod inuidus posti q̃ dissolutus est a ceteris membris ecclesie nõ viuificatur a spiritu sancto: sicut anima non viuificat membrum posti q̃ a corpore separatum est. ⁊ humor non transit ad ramum precisum ab arbore. Preterea sicut inuidus non vult communicare proximo bona sua: sic non est dign⁹ quod deus communicet ei bona sua.

¶ De ira. cap. i.

Post superbiam
et inuidiam dicēdū est de ira: quia taz superbia q̄ inuidia frequenter est occasio ire. De ira vero tractabimus hoc modo. Primo ponemus ea que valent ad detestationē ire. Secundo diuersas diuisiones ire. Tertio agemus de peccatis que iram sequūtur: vltimo de remediis contra iram.

¶ De his que faciūt ad detestationē ire. i.

A i Ram vero hic intelligimus appetitum vindicte. Ad detestationem vero ire. Primo valere possunt verba sacre scripture que nobis dissuadēt illam. De quibus aliqua ponamus. Gen. xlv. Ne irascamini in via vbi insinuatur cā quare factum sit irasci. Verbum enim illud est ioseph ad fratres suos ituros. Ad patrē: sic et nos fratres sumus et in via ad patrem nostrum celestem: et iudicem tendentes qui iusticiā nobis plenarie exhibebit singulis diebus vnā magnam dietam facimus ad iudicē magnum: et ideo debemus esse in pace: vnde. Mat. v. Esto consentiens. Aduersario tuo cito dum es i via ne forte tradat te aduersarius tuus iudici et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde do. red. no. quadrantem. Item. Deut. xix. Non queras vltionem nec memor eris iniurie ci. i. Et. Job. xxxvi. Non te superet ira vt aliquē opprimas in quo verbo insinuatur q̄ ira hostis sit nos impugnans. Magis timere debemus supari ab ira q̄ a quocūq; homine. Quicqd. n. pōt inferre iniuriator minus est q̄ mors anime cuius cā ē ira. Item. Eccle. vij. Nesis velox ad irascendum et Ja. i. Sit omis homo velox ad audiendū tardus ad lo. et tardus ad iraz. Velox dicitur qs ad iram dupliciter vno mō quia velox ad saliendū in ignē ire. De facili enim irascitur. Alio mō dicitur qs velox ad irā sicut equus velox ad calcaria et bos ad stimulum. Adultū velox est ad irā qui ira stimulatus trāsit chaos magnū quodē inter iram et pacē: et inter odiū et amorem. Cū ista maxime a se distent: cōtraria enim sunt. Adultū velox est ad iraz qui quasi in puncto trāsilijt a porta paradisi. i. a gratia ad portam inferni. i. ad peccatuz mortale. Peccatū mortale dicit porta iferni. Mat. xvi. Et porta inferi nō pre. aduer. e. Quia nihil mediū iter peccatū mortale et infernū nisi corpus. Quia. si aia discedit a corpe tā cito est in inferno. Job. xxvi. Sicut in bodi. i. et in pūe. ad in descē. Bñ velox est ad iraz q̄ ira stimulatus prius saltū q̄ attendat quo saltet qui in odiū cadit infoueam valde profundam saltū facit. Item ecclē. xi. Aufert iram a corde tuo.

¶ Quare ira auferenda sit a corde. ij. B

a Uterenda est ira a corde qz ē quasi tēpestas mētē quasi quadā grandine destruēs sicut docet. Bre. vñ sicuti tēpestas timēt vince: sic ira timēda est cordi. Auferēda ē etiā ira a corde qz est ignis infernalis bona aie exurēs. Prouer. vi. Nunqd pōt homo abscōdere ignē in sinu. i. vt vesti. e. nō as. ¶ Ira etiā est de illis serpentibus ignitis negssimis de qbus legit numeri. xxi. Qui vexauerunt filios israel i deserto: et hodie multos vexant in deserto claustri. Est etiā hostis auferens hoi seipm sicut supbia aufert hoi deū et inuidia primuz: sic dicit magister hugo: de ictō victore. Auferēda etiā est a corde quia admodū trabis oculū cordis impedit: vnde impedit ira animū ne possit cernere verū: vñ cū festucam de oculo corpis festinem⁹ auferre: mirū ē qūo trabē ire non festinam⁹ auferre de oculo cordis. Mirū etiaz ē qūo hō trabē ire habet in oculo vult alios iudicare et corrigere. Mat. vij. Ypocrita eice primū de. o. i. et ē. Item. Eccle. x. Dēs iniurie p rimi ne meminerit: et ad Ro. xij. Nolite eē prudentes apud vosmetipsos nulli malum pro malo red. vult aūt dñs amicos suos p fecte bonitatis esse et pfecte nobilitatis attneq; malum neq; rusticitas alio mō ex eis exeat. Curiales et nobiles huius mūdi parum nobiles sunt qui nulli malum facīūt vel rusticitatem: nisi ipse prius ei simile fecerit quod cōstat non perfecte esse nobilitatis. Cū enim nō possit exire de sacro nisi quod in illo est et rusticitas ex eis exeat. rusticitas in eis prius erat. Spinam nō lilium se esse ostendit anima illa que a primo cōuitijs puncta proximum pungit. Nō talis est amica xpi: vñ. Cant. ij. Sicut lilium inter spinas: etc. Item ad Ro. xij. Non vos defendentes karissimi sed date locum ire. Cum ira ignis sit ab iracūdis debemus nos eō

gare si non volumus ab eis exuri. Item in eodez capitulo. Nolit vinci a malo. ¶ A malo vincitur qui malus efficitur z malitie subiectus fit. ¶ Secundo pōt valere ad dete. tre si ostēdatur quō ira displiceat deo qūo placeat diabolo: z qūo noceat suo subiecto z primo. Ad primū facit illō. Eccle. xxvij. Ira z furor vtraqz execrabilia. Et supplet iterli. in cōspectu dei.

¶ Qō vere de causis displicet ira deo. ij.

a Utinqz de causis displicet ira multū deo. ¶ Primo q: hospitiū ei⁹
q turbat: vñ ad eph. iiij. Nolite cōtristare spiritū sanctū. Greg. Bū ira animuz pulsat spiritui sancto suam habitationem turbat imo qūqz patrē filiū z. i. i. de hospitio suo expellit z diabolūz introducit: sicut in pace factus est locus dei sic in ira locus diaboli. ¶ Secundo in templo dei imaginem dei dissipat z imaginez diaboli in loco eius ponit: vnde super illud. Job. v. Uirum stultū interficit iracundia dicit. Gre. Assuetudo i nobis imaginē dei seruat qui semp trāquillus ē: sed ira dissipat que nos multis virtutibus priuat: que dū gete mētis tollit spūs. s. ibi nō quiescit. ¶ Qō aūt multum displiceat deo cū imago eis i homine dissipatur ostendi potest per hoc quod dicit. Augusti. super illud in ciuitate tua imaginem ipsoz ad nihilum rediges. Uerito inquit. Augusti. Imaginem ipsoz ad nihilū rediget deus in celesti ciuitate: quia ipsi in sua terrestri ciuitate imaginē eius ad nihilū redigerunt: z etiaz per hoc quod tantū peccatū reputaretur si aliquis imaginē crucifixi in ecclesia dei dissiparet z idoluz alicuius demonis pro loco eius poneret. ¶ Tertio displicet ira deoq: tēpla dei incendit. In ps. Incēderūt igni sanctuariuz tuū. Et. i. ad Cori. iij. Nescitis q: templuz dei estis z spiritus dei habitat in uo. Si quis aūt templuz dei violauerit disperdet illum deus. ¶ Quarto quia nullō vitium magis contēnit deū q̄ ira hoc vitiū aperte contra deum se erigit: vnde ad hominez iratum videtur pertinere illud. Job. xv. Tetendit aduersus deum manuz suam: z contra omnipotentem roboratus est. Lucurrit aduersus e. er. col. homo iratus cōtumelijs ipsum deum afficit z nititur expuere in faciez eius. Job. xxx. Faciē meam conspuere nō verentur. ¶ Quinto displicet deo ira: quia deo aufert dominiū sūum in homine z diabolum facit ibi dominari homo iracundus quodāmō dūm se facit dūm vindictam vsurpat sibi quaz sibi deus retinuit dicens. Mihi vindictaz ec. ait dominus ad Ro. xij. z Deu. xxxij. Mea est vltio. vnde in vitis patrum: cum quidam supuenisset ad abbatem philosiū z diceret ei quod vellet vidicare se de quodam fratre qui dixit sibi contumeliā incepit orare abbas philosius in hunc modū. Deus deus iam non est nobis necessariuz vt pro nobis solicitus sis: quia nos ipsi sicut tu ipse sicut frater iste dicit: z possum⁹ z volumus nos vindicare. Quod cuz frater audisset penituit.

¶ Quod quattuor de causis placeat ira diabolo.

Uattuor vero de causis placet ira
q diabolo. ¶ Primo q: valde potens est ad impugnationem hominum z destructionē bonī. Est enim ira ignis spiritualis: vnde sicut ignis materialis est potentior ad destructionē quaz alia elementa ita ira quā alia vitia Et ideo malitiosi homines qui multū volūt destruere terrā inimicoz suoz igne pugnāt. Similiter z demones in inferno. sic ignis ire potēs esse ad destructionē bonorum. Dominus etiam ignem amoris accēdere voluit in mūdo isto ad destructionem regni. Diaboli. De igne ire specialiter pōt intelligi illud. Joel. i. Ad te domie clamabo q: ignis comedit speciosa deserti: pulchriorē enim patrem mundi magis exurit ignis iste infernalis. s. nobiles z diuites. vñ. Ecclē. xxix. Secundum ligna silue sic ignis exardescit: z secundum virtutez hominis sic iracundia illius erit: z secunduz substātiam suam exaltabit iram. s. Ira in exercitu diaboli incendiaria est. Ipsa enim est causa aliorum incendiarioz. ¶ Secundo placet ira diabolo quia cecitatem facit in homine que multum placet diabolo. Sicut enim celesti regi acceptus est minister intelligēs. Prouer. xiiij. Sic diabolo acceptus est minister cecus. Ipse similis ē coruo qui veniens ad cadauer primo currit ad oculuz: sic diabolus primo vult hominem excecare sciens quod postea precipitare poterit eum in foueam peccati ad voluptatem suam: vnde in vitas patrum quidā

&ner. Quando operiũtur oculi animalis tunc circuit ad molendinum alioquin nõ ambulat incircuitu mole. Sic diabolus cũ cooperit oculos mentis in omne peccatuz hũiliat hominem. ¶ Tertio placet ira diabolo: quia per iram dominatur diabolus homini. Non enim timet homo iratꝰ quod diabolus precipit Sibi quantumcunqꝫ magnum peccatum sit: non vxori parcit non filio parcit quin quandoqꝫ proiciet in ignem. Ipse etiam ꝛ deo ꝛ matri eius non parcit quin contumelijs eos afficiat: vnde ad ipsum põt specialiter referri illud. Prouer. xvij. Expedit magis vrse occurrere raptis fetibus quã fatuo confidenti in stultitia sua. ¶ Quarto placet ira diabolo quia hoc peccato nõ lucratur diabolus homines vnum: ꝛ vnum sed totaz domum vnã vel villam vel patriam: homo iracundus est velut serpens ignem ore vomens exurens illos: igne ire que sunt iuxta se: vnde in Prouer. vir iracundus pronocat rixas: qui autem patiens est mitigat suscitatas: vir iracundus iras pronocat more canis alios mordendo ꝛ latratu suo alios ad iram cõcitando.

¶ Qȝ ira multum nocet proximo.

p Roximo etiam multum nocet ira fere enim omnia mala que inferunt homines. Sibi inuicem procedunt ex ira: ideo multum deberet homo se temperare ab ira. quia nisi hoc fecerit intollerabilis est hominibus. Prouer. xxvij Graue est saxum ꝛ honerosa est harena sꝫ ira stulti vtroqꝫ grauior est: ꝛ in eodem. c. Impetum cõcitati spiritus sustinere quis poterit Et eccle. xxij. Sup plumbũ qd grauabitur? Et qd illi aliud nomẽ quã fatuus Harenam ꝛ salem ꝛ massam ferri facilꝰ est ferre quam hominẽ imprudentez ꝛ fatuum ꝛ impium. Prouer. xvij. Spiritus ad irascendum faciem quis poterit substinere? Homo iracundus precipue est honerosus amicis suis ꝛ familiaribꝰ: vñ Prouer. xxij. Noli esse amicus hominis iracundo. Triplici ratione non debet homo querere amicitiam ꝛ familiaritatem hominis iracundi.

¶ Quod tribus de causis cauenda ẽ amicitia hominis iracundi.

p Rimo quia parũ durat talis amicitia. Ignis enim ire cõburit i eo vinculum amoris. Secundo quia homines iracundi [illegible] lignum ignitus quod ꝓsueuit exurere illud ꝓ ũgit. ¶ Tertio quia sunt velut lignus spinosum quod pungit ãplectentes: ideo familiari amore amplectendi non sunt: licet aliqs amet ores arbores quas habet spinosas: tamen libenter declinat: sic licet omnes homines amandi sint tamen familiaritas iracũdorum declinanda est.

¶ Qȝ proprio subiecto multus nocet ira:

Roprio etiã subiecto valde nocet p ira ꝛ hoc multis modis. ¶ Prio nocet corpori: vnde. Eccle. xxx. Zelus ꝛ iracundia minuunt dies. Nocet ẽt possessiõibus: vnde. Eccle. xx. Obiurgatio ꝛ inuidia ad nihilabunt substantiã: homo iracundus pro alapa vna quandoqꝫ amittit. c. libras. Secũdo nocet ira animẽ ꝛ hoc multipliciter. Primo excecãdo: eaz vnde. Job. xvij. Caliguauit ad indignationem oculus meus. Et in ps. super cecidit ignis ꝛ non vide. so. Ignis ire nõ permittit videri solem iusticie. Item turbatus est a furore oculus meꝰ. Et phs duo sunt maxime contraria consilio: festinantia ꝛ ira. ¶ Secundo nocet ira animẽ omnia bona ei auferendo. Aufert enim misericordiam vnde. Prouer. xvij. Ira non habet misericordiam nec erumpens furor. Causa huiꝰ quod ira non habet misericordiam ẽ hoc quod ira est inquisitrix victorie. Ire enim finis est victoria. ¶ Aufert etiam ira hoi veram iusticiam vnde. Ja. i. Ira viri iusticiam dei nõ operatur: vbi dicit. Glo. Quia iratus iudicat: etiam si iusticiam iudicat: tamen diuini examinis iusticia inq̃ pertur batio non cadit: non potest mirari. Sap. xij. Tu autem dominator virtutum cum tranquillitate iudicas. Et super illo. Job. xxxvi. Non te superet ira dicit. Glo. Si ira correctorem superat ante opprimit quam corrigat: ꝛ sub specie zeli iusticie furor est. Zelus iusticie qui ẽ quasi ignis ardere dꝫ de oleo misericordie: ꝛ sicut ignis absqꝫ oleo lãpades destruit: sic zelus iusticie cor hois destruit nisi adsit oleũ misericordie. legit de dño Iesu xpo. Luc. xix. Quod ipse destructiõez ierusalẽ q̃ ex zelo iusticie factus erat prius fleuerit. ¶ Tertio ira nocet animẽ omnia mala introducendo. Unde super illud. Prouer. ij. Vir iracundus pro

nocet ritas dicit Gl[illegible] oium vitioꝝ
ira cundia o[illegible]ualia virtutib⁹ intrinsecus
dabitur [illegible]ales: apta ad omne facin⁹ arma
ditur anim⁹. Et Prouer. xxix. Qui ad ira
scendum facilius erit ad peccata ꝓdituor.
Damnū qō facit ira hominī ostendit Sa
lomon. Prouer. xix. dicens. Qui impatiēs
est sustinebit damnum. Primū damnum
qō sustinet impatiens est damnū perdite
patientie. Secūdum est dānum eoꝝ que
lucratus esset si patienter iniuriā sustinuis-
set. Uelut enim lapidibus pciosis obrui-
mur cū inferuntur nobis iniurie Tertium
damnum est amissio sui ipsius. Impatiēs
seipsum perdit sicut patiens seipm seruat.
Unde dominus in euangelio. In patiētia
vestra. po. a. vestras.
¶ Quibus rebus cōparatur iracūdus. iij

Tertio pōt valere ad dete. ire si ira
t cundus diuersis generib⁹ rerū cō-
paretur. Unde notandū ꝙ hō ira
cūdus est velut homo ligneaꝝ habens do
mum cui qñqꝫ accidit ꝙ in vespere diues
est ⁊ i mane nihil habet: qz ignis abstulit
totum. Ita homo iracūdus ad sibilū vni⁹
verbi gratiam quā habebat perdit duz in
ram vel odiū cadit. Jdeo dicitur Eccle. ij
Ue his qui perdiderunt sustinentiaꝫ. Do
mo etiam iracundus quasi demoniacus
vel arreptitius est. Unde figurari pōt per
demoniacū illum de quo legitur. Mat. ix.
Magister attuli tibi filium meū habentē
spiritum mutū: qui vbicūqꝫ eum apphen-
derit illidit eum: ⁊ spumat ⁊ stridet denti-
bus. Mat. etiā. viij. legitur ꝙ occurrerunt
dño duo habētes demonia seuī nimis ita
vt homo non posset trasire per viam illaꝫ
qbus satis assimilat homo iracund⁹. Jtē
hō iracūdus qñ iratus est velut olla est ni
mium habens ignē que ebullicdo emittit
qō in ea erat vnde. Prouer. xv. Cor fatuo
rum ebullit stulticiā. Jtē homo iracundus
est homo insanus: ꝫ nō sit ꝓtinua eius isa
nia. vñ Oz. Ira breuis furor est. Jtē phs.
Irrogata eius iniuria est insania qui facit
Nunqd insanus ē: q inseipsuꝫ manus mit
tit: q gladio ire vel odiī seipsum interficit?
Hō iracundus est velut rānus ignez ex se
ꝓducens ad impetum vēti scōz. Joseph ū
Sic iracūdus aduentū supbie ignē ire ex
se ꝓducit. Homo etiā iracundus est velut
aper in gladiuz ire vel odiī seipsuz impin
gens. Gladius diaboli est ira vel odium.
¶ Quarto pōt valere ad dete. ire si ostēn-
dit quanta stulticia laborat hō iracundus
qui nō vult odiū dimittere: sed vult se vin
dicare. Et pōt assignari mīte stulticie illi⁹
¶ De stulticijs iracūdi multiplicibus. iij

Prima stulticia eius est ꝙ ipe vult
p sanare vulnus suū de alieo vulne
re ⁊ sanitatē querit i aliena infirmi
tate. In alienis malo querit bonū: bonū su A
um: qō idē est acsi in ignē querat aquam
⁊ in pinis vuas ⁊ in tribulis fic? thāc stul
ticiam insinuat nobis Aug. dicēs. Qui le
sus ⁊ iniuriam passus vindicari vult qua
si pena cuiq̄ prodesse possit aliena: de alie
na pena querit sibi medicamentum ⁊ acq
rit grandetormentuz. ¶ Secūda stulticia
est ꝙ ipse vult se vindicare cum periculo
anime sue: ⁊ interdum corporis: ⁊ cum la
bore multo ⁊ expensis: ⁊ tamen nō potest
se vindicare ad plenum. Maior enim vin
dicta quā ipe potest sumere est mors asini
hostis sui, s. corporis: vnde Prouer. xx. Ne
dicas reddam maluz pro malo expecta do
minum ⁊ liberabit te. Liberabit enim a la
bore ⁊ expensis ⁊ periculo corporis ⁊ ani-
me: ⁊ debito gehenne cui te obligares vin
dicando te. Mira insania quod homo se
velit occidere ⁊ asinum hostis sui occide-
re possit. Si autem expectaret dominū: do
minus plene vindicaret eum hostem eius
infernali patibulo affligendo. Non opor-
tet quod aliquis: appetat vindictaz de ho-
ste suo: qui sibi iniuriatus est: quia nisi ipe
penituerit dominus de eo tantam vindi-
ctam sumet: qō totus mundus sattabitur.
Unde in fine Jsa. Uermis eorum nō mo
riet ⁊ ignis eoꝝ nō extinguet: erūtqꝫ vsqꝫ
ad sactetatem visiōis omni carni. Nullus
est ita in misericors quin cōpassiōe move
ri possit erga illos qui cruciabuntur in in
ferno. Si sciret qualis est cruciatus ille: vñ
legitur. Lu. xvi. De diuite illo q ita fuerat
sine misericordia qō cōpassus fuit fribus
suis timens ne venirent in locum illuz tor
mentorū: Expertus. n. erat iam cruciatū i
fernalē. Si quis singulis horis mēbrati di
laniaret: ipse nō tantaz penā sustineret qn
tam ille qui cruciat in igne infernali. Jtez
si tot⁹ mūdus excogitaret qūo puniret ali-
quē ⁊ ille posset totū sustinere ipsi nō pos-

ſent eum tantuz quantū dominus punict
vno verbo quando dicet. Jte maledicti in
ignem eternum. Niſi ſciret dñs cruciatuz
illum: ita grauem eſſe non ſuſtinuiſſet cru
ciatū paſſionis vt nos liberi eſſem⁹ a cru-
ciatu illo. ¶ Tertia ſtulticia eſt quod ipſe
frangit pontē p quē ipſe neceſſe hz trāſire
alioquin peribit. Et qđ hec ſtulticia valde
ſit magna ſic pōt oſtendi: duo habētes ca
pitales inimicitias adinuicē tranſituri ſūt
p quendā pontē. Qui autē prior venit ad
pontē cogitat q destruet pontem i odium
ſui hoſtis: ſed ex alia parte videt qđ ſi pon
tem deſtruxerit ipſe ex neceſſitate peribit:
hoſtis vero ipſius nihilominus trāſibit z
poſt huiuſmodi deliberationem pontem
deſtruit nunqd inſanus reputandus eſt?
Simili ſtulticia laborat qui delinquenti
in ſe non vult dimittere. Pons enim per
quē ſumus ex neceſſitate tranſituri ad deū
ex quo peccauimus miſericordia eſt: hūc
pontē ſibi frangit qui miſericordiā negat
primo qui in eū deliquit. Judiciū. n. ſine
miſericordia fiet illi q nō fecerit miſericor
diam. Ja. ij. Prorſus tamen nihilomi-
nus ad deum perueniet ſi fecerit qđ i ſe ē.
¶ Quarta ſtulticia ē quod ipſe vult ſe oc-
cidere: vt tunicā hoſtis ſui poſſit dilaniar.
Tunica hoſtis ipſius caro eſt eius. Unde
in ps. Concidiſti ſaccū meū. Saccꝰ vocat
ibi caro xpi. Si aūt ſaccus erat caro xpi. i.
veſtis humilis multo fortius caro: cuiuſli
bet poteſt dici veſtis: vnde q animam ſuā oc-
cidit vt corpus hoſtis ſui ledat p̄dicta ſtul
ticia laborat: hanc ſtulticiā oſtendit Aug.
ſuper illud ps. Gladius eoꝝ intret in coꝝ
ip. dicens de perſecutoribus quod ita inſa-
niunt quaſi quis per corpus ſuum gladium
mittat vt tunicam alterius cedat. Gladiꝰ
primo intrat in coꝝ perſecutoris q̄ i coꝝ eiꝰ
qui perſequitur. ¶ Quinta ſtulticia ē qđ
ipſe de ſe faculam facit: vnde ignē accen-
dit in quo hoſtis eius cōburat: ſed ſe ps
cōburit: hanc ſtulticiā oſtēdit Augu. ſuper
ps. In laqueū cadat in ipſum: ſic dicens.
Nemo malus eſt qui prius ſibi nō noceat.
Sic putato malitiam eſſe quō ignem. Si
incendere vis aliquid illud quod admo-
nes igni prius ardet. niſi ardeat non incē
dit aliud verbi gratia. Cum faculaz appo
nis igni prius ardet: vt aliud poſſit incen-
dere. Ita ergo malitiā q̄ precedit ex te qđ
vaſtat anteq̄ te? Quo p̄fundit ramū ledit
vbi radicē hz nō ledit. Malicia tua vt al-
teri nō noceat fieri nō pōt. ¶ Jtē proſper
impoſſibile eſt quod iniquitas p̄i⁹ ledat ho
minē iuſtū in quē tendit q̄ coꝝ iniuſtū. vñ
p̄cedit. ¶ Sexta ſtulticia ē qđ in ip̄m quē
amat ſanū deſerit cum factus ſit infirmus
ad mortē. Qđ nō ſolūmodo ſtulticia ē ſed
etiā p̄ditio z crudelitas magna: qz ille qui
amatur ſanus tenerius amādus eſt cuz ſit
infirmus. Hanc ſtulticiā oſtendit Boetius
in libro cōſolationū dicēs. Apud ſapientes
nullus locus odio prorſus relinquit. Nam
bonos quis niſi ſtultiſſimus oderit? Malos
at odiſſe ratione caret: nā ſicut corpo-
ris langor ita vitioſitas q̄ſi quidā morbus
eſt animarum. Cum ergo egros corpore
minime dignos odio ſed potius miſera-
tione iudicemus: multo magis tales mi-
ſerendi ſunt nō inſequendi quoꝝ mentes
improbitas: omni langore atrocior vrget.
¶ Septima ſtulticia eſt cuz aliqs abſtule-
rit ſibi aliqua de ſuis ipſe in vindictā eius
picit que ſibi remāſerunt. Fatuus eſſet cui
aliquis abſtuliſſet pallium ſi ipſe hac de cauſa proicit illam pulchram
z preciosam veſtem innocentie quam in
die iudicij toti mundo oſtenſurus ē. Hanc
ſtulticiam oſtendit Sene. dicens. Ridicu
lum eſt odio nocentis innocentiam perde
re. Et in ps. Cuſtodi innocen. ꝛc. Fatuus eſt
qui illata ſibi iniuria ab hac celeſti hereditate exheredat ſe hoſtis abſtulit ſibi terraz
z ipſe aufert ſibi celum: primo perdit ſua
z modo p̄dit ſeipſum. ¶ Octaua ſtulticia
eſt quod cum ipſe dicit dominicaz oratio-
nem ipſe maledicit ſibi ſecundum cōmunē
modum loquendi dicendo. ſ. illud verbum
dimitte nobis debita noſtra ꝛc. Sicut ali-
quis ſic dicēs. Sic me deus adiuuet ſicut
verū dico. maledicit ſibi vſum loq̄ndi niſi
verum dicat. Hanc ſtulticiaz oſtēdit Euſ-
ſtachius dicens. Si non dimittis iniuriaz q̄
tibi facta ē nō oīonē pro te facis: iz maledi
ctionem ſuper te ducis: cum dicis ſicut et
nos dimittim⁹ ꝛc. Unde de tali pōt dici il
lud. Eccle. xxxiij. Unus orans z vnus ma-

dicens cuius vocez dominus exaudiet. Timendū est ne vocē maledicētis nisi penituerit: forsitan tamē si in persona ecclesie sic diceret dicēdo nō peccaret vel si simplex esset ⁊ verba illa nō itelligeret. ¶ Nona stultitia quod cū ipse sit oneratꝰ multis debitis pro quibus ipse poni dz in carcere horribili: nisi ea hic soluerit: ⁊ alios velit eū delere de tabulis creditoris: ⁊ se scribere pro eo respondere. ipse tū renuit. Qui alicui facit iniuriā deo pro debitis eiꝰ. Respōdet si tū ille patient sustinet. vñ. Mat. vi. Si dimiseritis hoibus peccata eoruz dimittet ⁊ vobis pater vester celestis peccata vestra. Et Eccles. xxviij. Dimitte proximo tuo nocenti te: ⁊ tūc deprecāti tibi peccata soluentur. Ibidē interli. Indignuz est: deū esse et ppitiū q crudelis ē in primuz. Aug. Unusquisq talē indulgētiā acceptur⁹ ē a deo: qualē ipse dederit primo suo. Uia valde cōgrua ad obtinēdū a deo veniam peccatoz suoz: est remissio iniuriarū quod significatū est. iiij: Re. iiij. in muliere illa que debita sua soluit de oleo sibi ab Elyseo multiplicato. In oleo enim misericordia intelligitur: qua iniurie illate remittuntur. homini vero q nō vult dimittere alij nō dimittitur aliquid nec suis precibus nec alienis. Unde sup illud Eccleſia. xxviij. Quis exorabit pro delictis ipsiꝰ dicit interli. Frustra quis pro illo orat q fratri debitā caritatē negat: ⁊ in principio eius dez. c. Qui vindicari vult a dño inueniet vindictā: ⁊ peccata eius seruans seruabit. Orationē illius qui nō vult fratri suo dimittere despicit dñs. Unū i eodē. c. Homo homini seruat irā: ⁊ ab eo querit medelā? In homine. n. similē sibi nō hz miserico⁹diam: ⁊ de peccatis suis deprecabit. Ipse enim cuz caro sit reseruat iram ⁊ ppiciationē petit a deo? Nec soluz oratio talium adeo despicitur: imo etiaz oblatio. Unde Mat. v. Si offers munus tuū ad altare: ⁊ ibi recordatus fueris: qa frater tuꝰ hz aliquid aduer. te: relinque ibi munus tuū ad altare ⁊c. Oratio aūt eius q sibi illatas iniurias dimittit nō solū valet sibi sed alijs. Unde Jere. xv. Si steterit moy. ⁊ samuel coraī me nō est anima mea ad pplm istaz vbi dici Gre. Quid est qđ moy. ⁊ samuel ceteris patribus in postulatione preferunt nisi qđ isti duo tantū in omni testamenti veteris serie etiā p inimicis legunt orasse. Unus a populo lapidibus impetitur: ⁊ tū pro lapidatoribus ille precatur. Aliter a principatu ejcitur: ⁊ ait. Absit a me hoc peccatum vt cessem orare pro vobis. ¶ Decima stultitia est: q ipse similis cōtra simile ipugnat: cū potius contrarijs sit pugnandū. Amore cōtra odiū pugnandū est. sicut aq̄ pugnat contra ignem. Unde Prouer. 25. Si esurierit inimicus tuus ciba illū: si sitit da potum illi. Sic enim carbones congerens super caput eiꝰ. Patientia cōtra impatientiā pugnandū est bonitate contra maliciam: sapientia cōtra stultitiaz. Prouer. xxvi. Ne respondeas stulto iuxta stultitiaz suam ne efficiaris ei similis: ⁊ ad Ro. xij. Noli vinci a malo. sed vince in bono malum. ¶ Undecima stultitia est: q ipe occiso vno filio matris sue ecclesie vult et aliū occidere luctū volēs et addere super luctū. Ad hoc potest referri hoc quod legitur. ij. Re. xiij. De muliere instructa a Joab que dixit dauid regi quod cum duos filios habaret ⁊ alter alterum interfecisset venit cognatus defuncti volens interficere illū qui remāserit sibi. ¶ Duodecima stultitia est quod ipe de sentre voluit in mortuū quod nō solum stultitia est: imo etiā magna crudelitas: vnde lancea que christum mortuū vulnerauit dira vocatur cum claui dicant dulces. Membrum christi viuū est homo existens in caritate quasi membrū christi mortuum est homo existēs in mortali peccato: vnde vnguenta dulcis admonitionis paranda esset ⁊ nō esset desendendum in illum qui mortuus est. De vnguentis que parauerūt sancte mulieres ad corpus christi mortuū in vngendū. legitur Mat. vlti. ¶ Tertiadecima stultitia est: q ipse q̄queritur de fratre suo super hoc quod fecit sibi vel dixit tempore insanie: ⁊ vult inde vindicari. Hāc insaniā insinuat nobis Señ. dicens. Male de te loquūtur: supplet a tu dicis mihi. Et subdit. Douerer si hoc viuo facerent: nunc vero mortuo faciunt. Et Luce. xxiij. Dicit dominus. Pater dimitte illis. Nesciunt enim quid faciunt. Si aliqs haberet fratrem insanū qui ei conuitiū diceret vel alapaz darēt: ⁊ ex alia pte seipsuz gladio interficeret: ipse plus doleret de malo quod frater suus insanus sibimet faceret: q̄ de hoc quod ab eo sustineret. Sic q

iniuriam patitur magis delere dz de pec/
cato iniuriantis: q̄ de iniuria sibi illata. vñ
Act. ix. legitur de beato Stephano qđ po
sitis genibus pro lapidatorib⁹ suis orauit.
Quãdo autem orauit pro se nõ legitur ge
nua flexisse. Non debet aliquis admirari
vel indignari si cecus in eum impingat.
Sibi potius irasci debet. Quia sibi ab eo
non cauit. Uelut cecus est homo iratus.
Ideo debet cauere sibi ille qui inatus non
est ne in eum offendat. ¶ Quartadecima
stulticia est quod cũ ille qui habet aliqué
odio captus teneatur a diabolo: & sciat qđ
diabolus mortem eius sitit: tamen ille nõ
vult dimittere illud quod nihil sibi valet.
immo valde sibi noxium est scilicet odiũ.
vt a diabolo capiatur. Odiuz nolle retine
re est retinere peccatum suum. Nõ remit/
tenti odium suuz nihil remittitur. Lu. vi.
Dimittite & dimittetur vobis. Immo re
tinere odium cũ diabolicum. Mira insa/
nia iracundoz qui odium quod non ha/
bent nisi amaritudine deo & regno ei⁹ pre
ponunt qui de odio thesaurum suum fa/
ciunt nec volunt cõmutare illud pro the/
sauro dei. ¶ Decimaquinta stulticia ẽ qđ
E ipsi odiunt & persequuntur illũ qui aurũ
& argentuz: & lapides pretiosos eis pjcitt
vnde se redimant: & coronam eternam fa
bricent. De redemptione ista legitur Pro
uer. xiij. Redemptio anime viri ppria di/
uitie. Propie diuitie hominis sunt tribu
lationes. Non enim ex corde suo posuit de
us hoiem i huiusmodi miserijs: sed homo
procurauit hoc sibi. De fabricatiõe dicit ps.
Supra dorsum meũ fa. pec. Fabricauerũt
inq̄ coronã perpetuã. Qui facit alicui ma
lum vel dicit si ipse patienter sustineat: la/
pidem vnum pretiosum in corona ei⁹ po/
nit. Ideo diligẽdi persecutores sunt tanq̄
benefici. Unde Luc. vi. Diligite inimicos
vestros bene fa. hi qui. o. uo. Et ad Ro. xij.
Benedicite persequentibus vos: benedici
te & nolite male. Duabus de causis benedi
cendi sunt persecutores: & qz nobis bonũ
faciũt: & quia aliã remuneratione non ex/
pectant. Ideo dicit apostolo. Bis benedicite
Qui vindicat se de persecutore: videt ma
lum pro bono reddere. Et ideo malũ eue
nit ei. Prouer. vigesimo. Qui reddit ma/
lum pro bono: non recedet malum de do/
mo eius. Si autem aliquis obijciat quod
persecutor non facit illud bonum quod fa
cit ex intentione: & ideo non est diligẽdus
respondeo quod spina que claudit vineaz
alicuius: & prohibet ingredientes impu/
gnando eos amatur ab eo cuius est: vinea
licet illud bonum quod ei facit ex intẽtio/
ne non faciat. ¶ Decimasexta stulticia est
quod iracundi amorem suum venalez ha
beant. Uolunt tamen vendere ei qui car⁹
eum emeret scilicet deo. Quod ipsi amorẽ
suum venalez habeant. patet ex hoc quod
nolunt amare nisi suos bñficos & se aman
tes volunt habere amorem vel aliquod be
neficium precioz amoris sui: sed si ipsi pro
deo inimicos vellent diligere: deus valde
care emeret amorem eorum. Daret enim
pro illo amorem suum & regnum celoruz.
¶ Nota quando dom⁹ in die iudicij po
net rationem de amore: de quo est maxi/
mum preceptum: & dixit se aliquis amasse
aliquem quia amabitur. vel quia benefic⁹
suus erat. respõdit dominus. De hoc amo
re nihil tibi debeo: de illo tam solutum est
tibi. Sed cuz aliqui dixerint se amasse ali/
qué ꝓpter illos qui ꝓditijs & iniurijs de/
fendebant se ne amarentur: tunc dicet dñs
precio illius amoris vobis debeo: venite
benedicti percipite regnũ &c. Ad hoc per
tinet illud Mat. v. Si diligitis eos q̄ vos
diligunt quã mercedẽ habebitis? Nonne
& publicani hoc faciũt. Et Lu. vi. Si dili/
gitis eos q̄ vos diligũt: q̄ vobis gratia? Et
post: verũtamẽ diligite inimicos vros. Et
sequit. Et erit merces vra magna. Cũ ho
mines sitiãt lucrũ: mirũ est quõcũ deo lu/
crari nolunt: & quõ amorẽ suũ nolunt deo
dare pro regno ei⁹ quẽ darẽt alicui homi/
ni pro modico bñficio. ¶ Decimaseptima
stulticia ẽ qꝯ ipsi reputãt honorẽ qđ ẽ i ve
ritate vilitas. Dicit aliqđ nõ possim tñ su
stinere dedec⁹ qđ de malo mihi illato nõ
me vindicẽ reputãs vilitatẽ eẽ nõ vindica
re se: cũ pot⁹ vindicare se vilitas sit i mul
tis casib⁹. Un⁹ casus ẽ qñ stult⁹ & insan⁹
est q̄ sibi quittat. Alius casus ẽ qñ est vilis
ꝑsona vt leprosus vel lorpes. Tunc enim
hoies magni cordis, dedignant vẽdicare
se de illis. Nolũt enim maculare man⁹ suas
ibi. Uñ Sene. Quibusdã libenter parcas
a quibus te vindicare fastidias. Ab his non
aliter q̄ ab ailib⁹ parnis & inquinatib⁹ re/
ducẽda est man⁹. Cũ igit nõ possis vindi

S

are te abscꝫ spirtuali inquinatione ma-
nuum: ⁊ cum ille qui tibi infert iniuriam
⁊ in hoc insanus ⁊ stultus sit non est vili-
tas: sed potius honor si te non vindices.
Sene. Magna animi est iniuria in sum-
ma patientia pati. Sene. Si magnanim⁹
fueris nunq̃ dices tibi contumeliam fieri.
De inimico dices nō nocuit mihi sed ani-
mum nocendi habuit. Et cum illum i po
testate tua videris vindictaz putabis vin
dicari potuisse. Scito enim honestū ⁊ ma
ius genus vindicādi esse ignoscere. Pro-
uer. xx. Honor ē hoi q̃ separat se a conten
tionib⁹. Oēs aūt stulti miscent̄ ꝓtumelijs.
Sicut honor ē saparare se a cōtentionib⁹
sic vilitas ē in ꝓtentione os suū ꝓuitijs ali
cui⁹ maculare. ¶ Decima octaua stulticia
ē q̃ ipsi odiuz illos q̃ sibi ꝑsūt ꝓtra dei ꝓ-
hibitionē. s. iniuriatores. Pctm̄ ꝺo odij ⁊
alia peccata q̃ eis nocēt sūme: q̃ dns p̄ci-
pit odio haberi nolunt odire. In ps. Qui
diligitis dnm odite malū. De nocumento
peccatoꝝ dictū est in p̄ncipio tractat⁹: hoc
tamē addi pōt qꝺ peccatū occasio est no-
bis oium miseriaꝝ que nobis accidūt. Fa
mes n. ⁊ sitis: frigus: calor: labor: ⁊ infirmi
tas ⁊ mors: sequele sunt pcti. Nisi enim hō
peccasset ipse nō cruciaret̄ penis hmōi. Si
qs interfecisset alicui fratrē ipsius ipsi ha
beret ip̄m odio si sine peccato hoc posset
facere. Quāto magis debem⁹ pctm̄ odio
hr̄e qꝺ interficit nobis oēs illos de parēte
la nr̄a q̃ mortui sunt: ⁊ illos q̃ remanserūt
interficiet ⁊ nos ipsos? In oibus miserijs
q̃s in mundo isto videm⁹ possem⁹ odium
peccati colligere. Quādo aliquez mori vi-
dem⁹ deberemus cogitare q̃ malū sit pec-
catuz facere ex quo talia stipēdia sequunt̄.
Apo. Stipendia peccati mors est. Legit
qꝺ Adam ⁊ Eua quādo viderunt mortē
Abel luxerūt. c. annis intelligētes illā mor
tem sequelam esse peccati: mirum est quō
hoies peccatū amare possunt cum occasio
ne ipsius tot miserias icessanter sustinēt.
Ad miserias huius mundi odium peccati
deberet in eis renouari.
¶ Quod stultus est qui alium odit: ⁊ qꝺ
peccatum sit occasio omniū miseriarum
que nobis accidunt.

Omo qui altū hz odio valde stul
h tus est. Amat. n. societatē ei⁹ quez
odit: ⁊ vult cū eo ire in ifernuz qꝺ
valde mirū est. Mirū etiā est: q̃ ipse malī-
ciam q̃ ipse in hoste odit: in se diligit pro-
pter vnum delictū quod videt in homine
oia bona que in ipso videt odit ꝑpter mo
dicū qꝺ diabolus hz in eo odit quecunq̃
bona de⁹ hz ibi. In quo assimilat̄ illi q̃ ca
struz patris sui odiret ꝑpter domū suam
hostis sui q̃ esset ibi: vel totū agrū vnū odi
ret ꝑpter vnā vrticam que ibi esset. Et vbi
breuiter dicā hō q̃ vult vindicare se stult⁹
est iram recipiēdo: cōseruādo: indicando.
Iraz recipiēdo stult⁹ est: q̃ cū frater eius
dicat ei durū verbū: ⁊ ex alia parte diabo-
lus gladio ire velit illū interficere ip̄e non
curat de gladio diaboli: sed solum de ver-
bo fratris: hec stulticia insinuat̄ Job. v. vbi
dicit̄. Uiz stultū interficit iracūdia. Q. d.
ex stulticia est qꝺ ab iracundia se p̄mittat
occidi. Stultus etiā est in seruando iram
cū ira sit ignis. Qꝺ innuit Salo. dicens.
Eccle. vij. Ira in sinu stulti regescit. Quis
non excutiat carbonem si in sinu suo cecī
derit nisi stultus sit. Prouer. vi. Nunq̃ id̄
potest homo abscondere ignē in sinu suo
vt vestimenta eius non ardeant. Stultus
etiam est iram indicando. vnde Prouer.
xij. Fatuus statim indicat iram suam. In-
dicare iram suam hominibus cum ira fu
ror sit est indicare hominibus se esse insa-
num. ¶ Item qui indicat iram suam ho
minibus succendit domos vicinorum, suo
rum. eo quod domus sua ardeat tum po-
tius cogitare deberet quomodo ꝑprie do-
mui subuenīret. sicut non eēt ferenda sen-
tentia q̃ insanus dictaret sic non est profe
rendus sermo quem ira dictat cum ira sit
furor. homo irratus nisi taceat. Ostendit
etiam se magis stultum q̃ ipse sit. multa
enim cōminatur que facturus non est. vñ
Prouer. xxij. Qui impatiēs est exaltat stul
ticiam suam.
¶ Sex iniquitates iracundi volētis se vin
dicare. caꝑ. v.

Uinto potest valere ad detestatio
q nem ire: si ostendat̄ multiplex ini
quitas que est in homine irato q̃
vult vindicare se.
¶ De iniquitatibus iracundi.

Prima iniquitas eius qui vult vin
p dicare se est quod ipse auctoritate
sua cōstituit se iudicē inter se ⁊ in-
iuriatorē suū. ¶ Scōa est qꝺ ipse in eadē

causa vult esse actor ⁊ iudex. ¶ Tertia est quod ipse vult vindicare se pendente die que sibi assignata ē vt plenarie sibi iusticia exhibeatur. Dies ista dies iudicij est. Apls Nolite ante tēpus iudicare. Quarta iniquitas est quod ipse impunitus vult relinquere a quo debuit incipere. s. seipsum q̄ sibi magis nocuit q̄ alijs. Quicqd alius potuit iferre ei minus ē odio q̄ ipse aiam suā interficit. Quinta iniqtas ē quod ipe nō reddit patiētiam iniuriantiq̄ ei dz sicut iniurians debuerit ei innocētiā. Sexta iniquitas est quod ipse iusticiaz que ex solo iudicio debet ꝓcedere ex iniqtate vult elicere quia ex ira ⁊ odio.

B

¶ Exēpla ad detestationē ire.

¶ Sexto possunt valere ad detesta. ire exē pla ⁊ inter exempla optimum est exēpluz ipsius dei quē videm⁹ patiētissimum esse qui vltimo facie⁹ vindictā de inimicis suis vnde debet sufficere vermiculo quod tacito vindicetur de inimicis suis sicut deus Aug. Summa religionis ē imitari quem colis. De btō ēt Ber. Legitur qō appropinquāte morte eius cū requireretur a fribus qō doceret eos aliq̄ salubria dixit eis. Alie no sensui magis q̄ meo credidi. Iesus vindictā non expetij. Nulli scandalum facere volui. Et si feci sedaui vt potui. Septio pōt valere ad detesta. ire hoc quod dominus ab eo qui vult vindicare se etiā dimissa videtur repetere. Ad quod pertinere videtur illud quod legitur. Mat. xviij. De illo qui noluit dimittere cū seruo suo a quo dominus eius repetitur vniuersuz debituz prius sibi dimissum.

¶ De tribus diuisionibus ad iram pertinentibus. vi.

Acto de his que ptinent ad dete.
d tre cōsequēter ponende sunt diuisiones ad iraz pertinentes. ¶ Notādum ergo quod est quedam ira que bona est qua homo irascit vicio. de qua Eccle. vij. legitur. Melior ē ira risu quia per tristiciam vultus corrigitur animus delinquentis. ¶ Est alia ira que mala ē que hō irascitur personeve qua intelligenda sunt illa que dicta sunt pri⁹. Et ista duas habz spēs. Quedā. n. subita ē ⁊ sine deliberatione rationis que venialis est. Alia vero cuz deliberatione ⁊ cōsensu rationisque mortalis est. Has duas spēs tangit Dauid dicens. Irascimini ⁊ nolite peccare quasi. d. si subita ira surgat in vobis nō ꝓsentiat rō Ira vero que cuz deliberatione ē si inueterata quod vī ꝓhibere apostolus. Bicēs ad Ephesi. iiij. Sol non occidat super iracundiam vestram.

¶ De his que valent ad detesta. odij.

B detestationem odij pūt valere
a ista Primo valet Gene. xlix. Maledictus furor eius q̄ ptinax. ⁊ indignatio eius q̄ dura. ¶ Secūdo illud. i. Jo. iij. Dis qui odit fratrez suū homicida est Tertio hoc qō cū illū spāliter ē cōtractuum coactari que est maxima virtus maxie placens deo ⁊ displicēs diabolo pz ex verbis. Greg. dicentis. Nō curat antiquus hostis vt terrena nobis tollat sed vt caritatem terrat. De placentia vero dei manifestū pōt esse per hoc quod dicit dominus Johā. v. Hoc est preceptū meū vt diligatis inicez ¶ Quarto q̄tum torqueatur hō per q̄ peccat ⁊ ille qui manet i odio iniurias sibi illatas nolit remittere ipse punict in hoc quod nec peccata sibi remittentur. Fatu⁹ est qui vnam iniuriā nō vult remittere vt mille vel plura pcā sibi remittātur Quitū est qō ira ⁊ odiū cōtra naturā videtur ē i hoie cū hō sit aial mansuetū natura ⁊ misericors vñ Job. xxxi. Ab infantia mea creuit mecuz miseratio ⁊ de vtero matris mee egressa est mecū. Mansuetudini vero q̄ est in hoie attestatur forma ⁊ dispositio exterior hois. In oi. n. spē aialis figura corporis ⁊ mēbrorū exteriorū nature attestantur sicut vngues acuti fortes ⁊ magni ⁊ aduncati ⁊ dētes ⁊ fissio oris magna attestant rabiei vt apparet in leonibus. Cōtrariū vero mansuetudini attestat in hoibus. ¶ Sextū ē hoc qō cū cupiditas ⁊ alia peccata cōsistāt in appetitu alicuius boni sed iordinate. Odiū cōsistit in appetitu ipsius mali. vñ maioris puersitatis ⁊ malicie vī esse cupiditas quam similia peccata.

L

Item diuisio.

¶ Item notanduz quod ita potest diuidi ira occultam que non prorūpit exteriorem iniuriam ⁊ irā prorūpentē in exteriorez iniuriā sine sit iniuria verbi sive sit facti. De prima ira dicit dñs. Mat. v. Dis q̄ irascitur fratri suo reus erit iudicio. Et post subdit de scda ira q̄ dixerit fratri suo

Racha reus erit consilio. Qui autez dixe
rit fatue reus erit gehenne ignis. Racha i
teriectio indignātis est: sed nō nominat ali
q̄ spālem contumeliaz. ¶ Item ira pōt di
uidi in iraz qua homo sibi trascitur ⁊ irā
qua trascitur proximo: ⁊ iraz qua trascitur
deo. ¶ De prima ira dicit Socrates. Ira
cundus cum alijs trasci desierit. sibi trasci
tur. ¶ De scda ira dictuz est prius. De ira
vero qua aliquis trascitur deo qualis ē ira
intqua blasphemantium deū pōt intelligi
illud Eccle. xxvij. Qui in altum mittit lapi
dem super caput eius cadet.

¶ De peccatis prouenientibus ex ira ⁊ pri
mo de guerra.

Equitur de peccatis que ex ira p
s uenirūt. Prouenit aūt ex ira liz vñ
Prouer. xxvi. Sicut carbones ad
prunas ⁊ ligna ad ignē sic homo iracūdꝰ
suscitat rixas. Et Eccle. xxviij. Homo ira-
cundus incendit litem. Ex ira etiaz segtur
guerra incēdia homicidia: ⁊ alia infectio
manuū iniusta ⁊ rapie: ⁊ similia de lite nō
dicemꝰ modo. q: de illa dicēt cū alijs pec-
catis lingue. De rapia vero dictū est i tra-
ctatu de auaricia. De alijs vero hic dice-
mus. Et primo de guerra q̄ habemꝰ cū
hostibus. Duodecim vero sunt que debēt
homines cohibere a guerra.

¶ Duodecim cohibentia a guerra.

Rimum ē guerra q̄ hēmus cū ho
A p stibus inuisibilibus. Job. vij. Mi
litia est vita hois sup terram. Itez
Gene. iij. Dictum est ad serpētez. Inimici
cias ponam inter te ⁊ mulierez ⁊ semen. te
⁊ semen illius. Guerra ista valde piculosa
est ⁊ ppter calliditatez demonū. Gene. iij.
Serpēs erat callidior oibus amātibus ter
re ⁊ propter longum exercituz pugne. Cū
enim guerra ista nō cessauerit ex quo Adā
delectus est longus vsus ⁊ expientia mul-
tum videtur docuisse eum ⁊ propter cōti-
nuitatem pugne. vnde Grego. Assidua tē
ptatione diabolus temptat vt saltez tedio
vincat. Et propter maliciam demonū qui
incessanter sitiunt sanguinem vestruz. vñ
in Prouer. xxx. Diabolꝰ sanguisuga voca
tur. vbi sic dicit. Sanguisuge due sunt fi-
lie. Et q: demones inuisibiles sunt. Jō tūc
maxie impugnaris si te impugnari neicis
Et quia magnū damnū ē figs vincitur re
gnum. n. eternum amittit ⁊ patibulo inter
nali affigetur. Si autē aliquis vincat mul
tū lucrat: quia remunerabitur regno eter
no. Non accipitur redēptio de guerra ista
Et vt breuiter dicam sicut diabolus peioz
ē homine sic Gre. Guerra q̄ habemus cū
diabolo peioz ē q̄ guerra q̄ quis hz cū ho
minibus. Sicut ergo aliquis princeps qñ
hz aliquam guerram fortē ⁊ periculosaz
studet pacificare alias guerras sibi emer-
gentes sic debemus pacificare cuz hoibꝰ
ne a demonibus superemur. Ad hoc vide
e gnqz spāliter. s. Ad personaz q̄ lo. Unū in Prouer. Nō decēt stultū ꝟba cōposita. Et ad materiā de qua hō logtur. Unū Jero. Materias grādes igenia parua nō sustinēt. Et ad psonā cui hō logtur: q; sicut dicit Bre. ꝟm capacitatē audiētiū formādus ē sermo doctor: ⁊ hoc ꝗtum ad ꝓlixitatē sermonis: ⁊ quantū ad sublimitatem. Sūt q minus capacibus tot ⁊ tāta dicere volūt qđ ipi nihil retinēt. Isti volūt mittere doliū vnū vini in lagenā vnā q̄nō tenet cyphū vnū. ¶ Quarto habēd⁹ ē respect⁹ ad tēporis oportunitatez. vñ Eccle.xxvij. Ex ore fatui reprobat parabola: quia non dicit eā in tēpore suo. Et i Prouer.xv. Sermo oportun⁹ optim⁹. ¶ Quinto habēd⁹ est respect⁹ ad feruorē. vñ Eccl.vij. Noli ee iustus multū. Sūt q querūt ensez ad muscaz occidendā: ⁊ securim ad ouū frangendū. Qui. s. cōtra minimā negligentiā cum tanto feruore mouent sicut si esset magnū peccatuz qđ auro expedit fieri: ⁊ si in casu multū conādū sit: ēt cōtra paruas negligētias qñ aliter corrigi nō possunt. Bre. sup Eze. Obsecro disce qualiter vnūqēqz alloqui debeas q̄ corrigi vis: ⁊ noli in parte ista ābulare in sensu tuo imo i furore tuo. ¶ Decimosexto dz mo. ad custodiā ligue exhortatio sacre scripture: vt ē illud Eccle. xxvij. Ori tuo facito hostia. Et ibidē ꝟbis tuis facito staterā: ⁊ frenos ori tuo rectos. Attēde ne forte labaris in lingua. Et i Eccle.v. Ne temere qdloq̄ris: ne cor tuum sit velox ad pferendū sermonē coraz deo. Et Prouer.iiij. Remoue a te os prauū. ¶ Decimoseptimo dz mo. ad custo. ling. exēpla. vt est illd. 1. Re.iij. Creuit Samuel ⁊ dñs erat cū eo: ⁊ nō cecidit ex oīb⁹ verbis ei⁹ i terrā. Et i descriptiōe viri iusti dicit in ps. Foliū ei⁹ nō defluet: ⁊ alibi in ps. Dixi custo. vi. m. vt nō de lin. in lin. m. ¶ Decimo octauo dz hō mo. ad custo. lin. Hoc qnod oportebit ꝟba nra saltiz trāsire p iudiciuz vel district. Ideo debēt nra hec saltim trāsire p mediuz natura. vñ in ps.. Bē de lingua iusti qđ logtur iudiciū. i. iniam examinatā. Et vt breuiter dicā sicut p loquelam ppendit veruz aliqs sit gallic⁹: vel theotonic⁹: vel alteri⁹ nationis. vñ in euangelio. Vere ex illis es: naz ⁊ loq̄la tua ma. te fe. Sic p loquelā perpēdit de aliquo vtū ā sit bon⁹ vel malus. Unū Ecclsi.iij. In lingua sapia dignoscit. Itē in Eccl.xxvij. Ante sermonē nunq̄ laudes virū. Hoc.n. temptatio est hoium. Jero. In pondere verboꝝ ꝓbatum exstit in humane vite.

¶ De diuersis peccatis lingue: ⁊ sūt.xxiij. Et de blasphemia. cap. ij.

Icto de custodia lingue in coi cō-
b sequenter enumerāda sūt diuersa lingue peccata: de hīs ꝓsequamur Ex ḡbus.xxiij. enumerare sufficiat. Que sunt blasphemia. Peccatum murmuris: peccati defensio. periuriū mendaciuz. detractio bonoꝝ. derisio. Consiliū prauum. Peccatū seminātiuz discordias peccatum bilinguiū. Nimia iactātia. Secreti reuela

tio. Indiscreta cōminatio. indiscreta pro-
missio. Ociosum verbum. Multiloquium
turpiloquium. Scurilitas. indiscreta tacit-
urnitas. ¶ Et primo psequamur de. iij.
primis. Quia illis directe peccat in deum.
Inter q incipimus a peccato blasphemie:
qz maius ē de quo pctō hoc modo agem⁹
¶ Primo notificabimus qualiter fit pec-
catū istud. Scōo ponem⁹ ea que valere
possunt ad detesta. hui⁹ peccati. Tertio
dicemus de personis que videntur eē con
sentientes blasphemātibus. Quarto tā-
gem⁹ aliquos specialiter de spirituali bla-
sphemia.

¶ De blasphemia. Quid sit blasphemia:
t qñ dicitur aliquis blasphemare.

n Otandū aūt q ſm Aug. Blasphe
mia est qñ aliqs attribuit deo qđ
dei nō est: vel quādo negat de deo
q ipsis est vel quando aliqs sibi vsurpat
qđ dei est. Nos aūt hoc blasphemiā intelli
gimus verbuz ꝓtumeliam dei ꝓlatum. vt
cum aliqnis iratus vindicare se nolens de
deo aliqua membra de ipso nominat qua
nominanda non sunt.

¶ De his que valent ad detesta. hui⁹ pcti.
t de penis blasphemorum.

m Ulta aūt sunt que possunt valere
ad detesta. hui⁹ pcti. ¶ Primū est
pena qua dñs legitur punisse bla
sphemos. De qua petro legit Leui. xxiiij.
Ecce egressus fili⁹ mulieris israelitis q̄ pe
perat de viro egyptio iurgatus est cū viro
israelita. Cūq blasphemasset nomen dñi
t maledixisset ei adduct⁹ est ad Moysen
Miserūtq eū i carcerē donec nossent qd
vellet dñs. Qui locutus est ad Moysen.
Educ blasphemū extra castra t ponēt oēs
illi qui audierūt man⁹ suas sup caput ei⁹:
t lapidēt eū populus vniuersus. Et deide
promulgauit legē de pena blasphemox di-
cēs. Loqres ad filios israel. Homo q ma-
ledixit domino suo portabit peccatū suum.
Et qui blasphemauerit nomen dñi morte
mo. lapidibus obruet eum ois multitudo
populi. De pena etiā blasphemie etiam re
fert Greg. in dialogo. qđ quidā rome tene
re dilexit quēdam pueruz. v. annox. Qui
consuetus erat blasphemare nomen domi
ni statim quādo animo eius aliquid obsti
tisset. Quadā aūt die cum pater eius tene
ret eum in brachijs clamauit puer. Mali
hoīes venerunt qui me tollere volūt. Qui
cuz hoc dixisset nomē domini blasphema
uit t aiam reddidit. Si deus in puero. v.
annox peccatū illud sic vindicauit nunqđ
parcet adultis t discretis qui hoc pecca-
tum committunt peccatum istud punitur
frequenter a deo etiam in presenti vel spi-
ritualiter vel corporaliter. Corporaliter q t
multotiens subitanea morte mo. homies
blasphemijs assueti. Unde Prou. v. Qui
maledixerit patri vel matri extinguetur lu-
men eius in medijs tenebris. Patri male
dicit blasphemus dū dño maledicit. Ma-
tri etiā maledicit dum triūphantē ecclesiā
blasphemat que mater nostra est. t iō lux
in medijs tenebris ei extinguetur: quia in
peccatis suis morietur. Peccatū istud vix
remittitur iuxta illud Math. xij. Spiritus
blasphemie non remittetur. i. vix remittet
Unde peccatū ad morte dicitur Ecclesia.
xxiij. Est alia loquela econtrario in morte.
Non inueniatur in hereditate Jacob. Pre
miserat actor de loqla iuramenti. Et subd-
dit. Est alia loquela ecōtrario ꝛc. Blasphe
mia cōtraria dicitur esse iuramēto: qr i iu
ramento nominatur de⁹. In blasphemia
diabol⁹. In iuramento qñ fit in eo modo
quo debet honoratur deus quando nomē
eius ad confirmationē veritatis assumit.
In hoc quod deus ostēdit veritatis tutor
t actor. In morte vero blasphemantis dici
tur esse. qr frequenter moriuntur blasphe-
mantes in peccato. Unde blasphemi mul
tum debent rogare viros sanctos vt orent
deum qđ sibi dimitteretur peccatuz istud.
Non. n. ipetrat quicunq remissionez huius
peccati. imo oz hoiem eē magni meriti ad
hoc quod ipetret alteri remissionez huius
peccati. Unde. 1. Jo. vlti. Est peccatum ad
morte non pro eo dico vt roget quis idest
quicūq. Etiā pena corporali punit peccā-
tū blasphemie frequnti⁹ q̄ p aliud peccatū.
vnde accidit qđ lusorib⁹ g deum blasphe
mant facies quādoq prepostetur. Lud-
dam etiā militi dū occasione ludi per ocu
los deiuraret ꝓprius oculus a capite exi-
liit t in altariū cecidit. ¶ Scōo pōt vale-
re ad detesta. hui⁹ peccati si ostendat igra
titudo magna q̄ est in eo qui blasphemat.
Dupliciter vero ingratus blasphemās: et
qr in mēbro illo deū inhonorāt in quo de⁹
pre ceteris creaturis honorauit homines: si in

lingua. Et q3 membra illa infirmitatis humane quas ꝓpter salutē ipsi⁹ deus assumpsit. ipse ad cōtumelias dei noiat ⁊ ingratus est de beneficio icarnationis. Et q̄si de⁹ nō satis fuerit affect⁹ cōtumelijs a iudeis pro amore ipsi⁹: ipse adhuc cōtumelias supra ptumeliā addit. In hoc deterior iudeis: q3 ipsi affecerūt eū cōtumelijs mortalē ⁊ infirmū ⁊ in statu humilitatis. sed blasphemus deū cōtumelijs afficit imortalē ⁊ regnantē in celis. Iudei aliquantulū p ignorantiā excusant. Nesciebāt. n. deū quē cōtumelijs afficiebant. Si eū cognouissent nunq̄ dñm glorie crucifixissēt. Blasphem⁹ vero cū cōtumelijs afficit quez credit esse dum. ¶ Tertio dz cohibere a pctō isto hoc q̄ blasphem⁹ videt eē deteriꝰ oibus creaturis. Ille. n. creature deū laudāt ⁊ bñdicūt ostendēdo dei potentiā: bonitatē: ⁊ sapiaz ⁊ nō solū deū laudāt ⁊ benedicunt. imo ēt ad eum laudandū hoies inuitant. vñ Bre. Attrū est qualiter hō deū semp nō laudat eū ois creatura semp ad eū laudandū inuitat. Un valde miser est hō blasphem⁹ qui spāliter ꝓpter hoc linguā accepit vt deum laudaret q deū nō laudat: sed cōtra amonitionem aliarū creaturarū eum blasphemat. ¶ Quarto debet cohibere a peccato isto magnitudo huius peccati que multis circunstātijs potest manifestari.

¶ Quibus circunstantijs patet hui⁹ pecti magnitudo.

Primo in hoc q̄ in isto pctō iferē cōtumelia deo in ꝓpria pſona cui alij pctōres cōtumelias iferūt i reb⁹ suis. Homicida in seruis. Sed blasphem⁹ infert ei ptumeliam in ꝓpria pſona. Et iō nō parū displicet deo peccatū blasphemie. Adultū displicet pncipi quādo infert ei cōtumelia in subditis eius: sed longe magis q̄ in filio vel in filia: sed super oia ista q̄ iferetur ei cōtumelia in ꝓpria pſona. ¶ Secūdo pōt ostēdi magnitudo hui⁹ peccati p sublimitatē pſone cui blasphemia iferē: ⁊ sine aliqua offensa augmentat enim ex hoc culpa. Offensa magna est cū conuicitū dicit alicui burgensi. sed maior si dicatur militi. sed lōge maior si pncipi. ergo i infinitū maior est si dicatur maiori. vñ cuz in pctō blasphemie cōtra deū dicat deo q i infinitū maior ē oi dño terreno pctō illud ni mis magnū est. ¶ Tertio facit ad magnitudinē huius pcti hoc q̄ in pctō isto dei cōtumelia pncipaliter intendit. Alij peccatores: ⁊ si contumeliā deo inferant tū ꝑter intentionē ⁊ voluntatē illoꝝ est cōtumelia illa: ⁊ bene vellent abstinere a contumelia illa si possent habere delectationē q̄ querūt absq̄ cōtumelia illa: sed blasphem⁹ in cōtēptum ⁊ contumeliā dei blasphemat volēs se vindicare ꝺ deo cū tū de⁹ sine culpa sit. ¶ Quarto facit ad detesta. hui⁹ pcti peruersitas magna que est in pctō isto. Multi enī⁹ pueri sunt hoies blasphemi q bona que agūt sibi attribuūt. Mala ꝺo deo ascribunt. cum ecōtrario mala ꝓpter culpas eoꝝ eis eueniāt Bona vero gratia dei recipiant. ¶ Quinto facit ad detesta. hui⁹ peccati magnus contēptus q est i blasphemijs. q̄ pōt manifestari ex hoc quod ipsi dicunt q̄ nō possunt se blasphemia cohibere. Si aūt quereē ab eis vtrū aliquando cōuitiū dixerunt episcopo vel archiepiscopo vel alicui pncipi. ipsi respōderēt q nō. Immo mīti sunt q dicerēt se nunq̄ dixisse cōuitiuz alicui garrioni nisi ꝓprie pus diceret eis. ⁊ tamē nō possūt abstinere sicut ipsi dicunt ne deo contumeliam inferant. Mira ysania. Potest aliquis abstinere ne dicat ptumeliā garrioni nisi ipse meruerit tū dicit se nō posse abstinere quin regi glorie cōtumeliā dicat: cū tū ipse nunq̄ consilium ei dixerit. nec aliquid ei meruerit. magis ꝓculdubio videretur talis cōtemnere deum q̄ garrionē vnuz. ¶ Sexto facit ad magnitudinē huius peccati hoc q̄ istud peccatū est in patrē celestem: ⁊ ideo morte dignū. Un Math. v. Qui maledixit patri vel matri mor. moriat. Blasphemi sūt illa generatio de qua legit Prouer. xxx. Est generatio que patri suo maledicit: ⁊ q̄ matri sue nō bñdicit. Blasphemi etiā assimilant Chaam filio Noe qui verenda patris: fratribus suis ostendit. ꝓpter quod filij⁹ eius maledictionez sūscepit. vt legitur Gen. ix. ¶ Septimo deberet co. a peccato isto hoc q̄ blasphemia peccatū diabolicū est ⁊ q̄si loquela infernalis cuius signū est horripilatio q̄ facit istud peccatū in audientibus. Unde Eccle. xxvij. Loquela multū turans horripilationē capiti statuet: ⁊ irreuerētia illi⁹ obturatie auriuz. Un satis vī q̄ diabol⁹ in blasphemijs loquet ex hoc audiēs horripilationē habet. Sic alige a teuthe-

nica lingua teuthonicus perpendit sic blasphemus ex loquela ista de familia diaboli ee dignoscitur ꝛ ad infernū videt pertinere. vñ sicut dictū est Petro. Mat.xxvi. Vere tu ex illis es: nam ꝛ loquella tua manifestū te facit. Sic pōt dici de blasphemo vere tu de iferno es. ná ꝛ loquella tua mate fa. Illi q in iferno erunt blasphemabūt deū ꝓpter magnitudinem doloꝛis. Unde Apoc.xvi. Blasphemauerūt deuꝫ celi pre doloꝛib⁹ ꝛ vulneribus suis. Sicut filij dei assuescunt hec benedictioni: ꝛ laudi diuine volentes addiscere officiuꝫ in terris quod facturi sunt in celis. sic filij diaboli assuescunt blasphemijs addiscentes in mundo isto officiū quod facturi sunt in inferno.

£ ¶ Octauo deberet cohibere a peccato isto hoc quod blasphemia dei conuiciū est dictū ei a ꝓprio ieruo: ꝛ iō non de facili consequit homo remissionē huiusmodi peti. Vñ Eccle.xxij. Mittens lapidē in volatilia deiciet illa. Sic ꝛ qui cōuiciat amico. dissoluit amicitiā. Ad amicuꝫ: ꝛ si ꝓduxerit gladiū nō desperes: est enim regressus ad amicū. si aperuerit os triste ne metuas est enim cōcordatio excepto cōuicio: ꝛ iproperio ꝛ superbia: ꝛ misterij reuelatione. Ad litteraꝫ nobiles post magnas guerras postq̄ in bello se leserūt amici efficiuntur. Si quis aūt cōuicium aliqd dixerit eis toto tēpoꝛe vite sue memoꝛes sunt cōuicij illi⁹. Si conuiciuꝫ vnum dictuꝫ est alicui cum tanta difficultate a coꝛde recedit. quantuꝫ timere possunt illi q regi gloꝛie totiens cōuiciati sunt: qui delectant deū blasphemādo. Judeis deteꝛioꝛes vident q in consuetudine habebāt ꝙ audita blasphemia aures obstruebant sibi. vñ sup illud Act.vij. Cōtinuerunt aures suas. dicit Interl. Ne blasphemiā audirent. Insignū ēt doloꝛis scindebant vestimēta sua. vñ super illud. Mat.xxvij. Tunc ꝓncepe sacerdotū scidit vestimēta sua. Glo. Mos ē indeoꝝ cum aliqd blasphemie audiūt scindere vestimēta sua. Canib⁹ etiā peioꝛes vident. Canis enim nō mordet dñm suū nec dilacerat. Ipsi vero dilacerāt dñm dū deum blasphemāt. Ipsi eodē oꝛe quo vinū a deo creatū bibe runt: iconti nenti eū mordēt ꝛ contumelijs afficiūt: sikes canib⁹ rabidis: q manū q sibi panē porrigit mordēt. Malus etiā peccatū videt esse blasphemia q̄ hereſis. Vere tic⁹. n. ea loquit de deo q̄ credit esse vera: blasphem⁹ vero cōtra ꝓsciam suaꝫ de deo dicit que scit nō esse dicenda.

¶ Quam culpabiles sunt: q blasphemos tollerant quā possunt ꝓhibere. £

Ec solū blasphemi culpabiles sūt
n apud deū: sꝫ ēt illi q tollerāt pecca
tū istud cū ꝓhibere possint: vt pater ꝛ mater q nō corrigūt filios blasphemātes: ꝛ q̄ñq̄ hac de cā amittūt eos. Bñs enim cos interficit vt pꝫ exēplo. Gre. Prius posit ieodē capō. Silr illi culpabiles sūt q permittūt ꝓtumeliā deo fieri in domib⁹ suis cū ꝓhibere possint. Nullus hō timēs deuꝫ ꝓmitteret alicui quē sanctū crederet: cōtumeliā inferri in domo sua ex quo posset hoc ꝓhibere. Quanto magis tollerare nō dꝫ vt cōtumelia creatoꝛi suo inferat in domo sua ex quo pōt ꝓhibere? Uix possūt hoies sustinere qd coꝛā eis cōuitium dicat patri suo vel dño terreno. Quō ergo pūt hoc sustinere de patre celesti? Nungd culpabilis esset q ꝓmitteret in cellario suo tēplū alicui demoni fieri ꝛ i ipso sacrificari. Nōne taberna in qua luditur ꝛ blasphematur vere diaboli templū est in quo de⁹ exhonoꝛatur ꝛ diabolus honoꝛatur? Quō ergo pōt sustinere hoc qui fidē veram hꝫ? Bñt etiā culpabiles sunt: q in terra sua talia ꝓmittūt fieri: sicut ille culpabilis esset q in terra sua paganoꝝ ydolatriā tolleraret blasphemia enim ydolatria deteꝛioꝛ esse videt: in hoc ꝙ ydolatria honoꝛē suū aufert deo: sed blasphemijs nō solū honoꝛem aufert: sed etiā cōtumeliā infert. Magna pernersitas est principū qui bona subditoꝛuꝫ suoꝝ auferūt: q̄ñ deus hoc ꝓhibet q̄ñ ꝙ possunt accipere ad honoꝛē dei in salutez dei in salutē aiaꝝ nolunt. Bñt enim posſent pensā pecuniariā ponere meritoꝛie illis q blasphemāt. Non sunt etiā sine culpa q locāt eis taxillos ꝛ similia: ꝛ qui assistūt ludentibus vel blasphemantibus: q̄si velint habere de seꝛoꝛe blasphemantiū. Judeis deteꝛioꝛes i hoc ꝙ audi obturant aures suas audita blasphemia ꝛ signa doloris ostendūt. Et vt breuiter dicā in hoc distingui possunt filij dei a filijs diaboli ꝙ filij dei nō possunt tollerare qd pater eoꝝ a blasphemātib⁹ iagitteꝛ: filij vero diaboli nō curāt q̄ñ vident deuꝫ ita iagittari. Qd tali exēplo pōt ostendi. Fuit quidā vxoꝛez

habēs ⁊ ex ea tres filios ſm opinionē ſuā
Cui vxor eius cū quadā die litigaret cū eo
obiecit q̄ ipſe credebat hēre tres filios: ſed
vnus tātū erat ſuus regſito vero ab ea q̄s
ſuus eſſet noluit ei indicare. Deinde cum
pater infirmaretur ad mortē ⁊ vxor defūcta
eſſet ipſe factēs teſtamētū oia dimiſit illi q̄
filius eius erat. Poſt vero mortē eius ꝓtē
tio facta eſt inter illos tres quos tāq̄ filios
ſuos nutrierat cuius eēt hereditas. Qui-
libet enīz dicebat q̄ ipſe filius erat q̄ ſua
debebat eē hereditas. Vñ cū hoc delatum
eēt ad iudicē precepit iudex: vt pater mor-
tuus alligaret ad arborē: ⁊ ille q̄ directius
ſagittā in eū mitteret hereditatez haberet.
Vñ alligato patre ad arborez duo ex illis
ſagittauerūt eū. Tertius vidēs patrē ſuuz
ſagittari offēſus eſt vltra modū ꝓtra alios
duos ⁊ dixit q̄ patrē ſuū: nullo modo ſa-
gittaret. Ex quo cognitū vere eſt: q̄ ipſe fi
lius erat ipſius: ⁊ data ē ei hereditas. Sīle
iudiciū fecit Salo iij. Reg. iij. De duabus
mulieribus que litigabant de puero vno.
Illaz n. ꝑpendit eſſe matrē que nō potuit
tollerare pueri interfectionez. Sic filij dei
nō poſſunt tollerare q̄ blaſphemātes pa
trem eorum ſagittent.

¶ De duplici blaſphemia. ſ. oris ⁊ cordis.

T notan. q̄ duplex ē blaſphemia
e Quedā ē oris: quedā ē cordis. De
blaſphemia cordis legitur i vitas
patrū q̄ dā frater ipugnabatur ſpiritu
blaſphemie: ⁊ cū ſepe pergeret ad ſenes ⁊
ad abbatez pemenē pro cura illius: ⁊ non
apperiret cām. Abbas pemen vidēs eum
habere cogitationes blaſphemie dixit q̄d
haberet. Et ille apperuit q̄ ipugnabat eū
ſpūs blaſphemie: ⁊ ſtati vt aperuit appuit
ipugnatio lentor. Cui abbas pemen. Q̄ñ
I hec cogitatio te arripuerit dic. Ego cām
non habeo blaſphemia tua ſit ſuper te o
ſathā. Hanc enim cām alia nō vult. Et in-
nuitur in verbis his duplex cā ꝓpter quaz
non ſit tñ ꝑiculū in iſta blaſphemia ſicut
multi credūt. Nō. n. hz delectationē cogi
tatio blaſphemie ꝓpter q̄ placeat hoi ſed
vehemēs timor offenſe diuine adducit co-
gitationes iſtas ſicut hoi tanto in tenebris
exiſtenti ⁊ ſolitario velit nolit adducit ti-
mor terribilia ad cor ſuū: ⁊ nimius amor
quē hūit mr ad filiū adducit ei memoriā:
ipſius q̄ defūctus ē: hz ēt ipſa nolit. Prete
rea diabolus q: ſcit q̄ diſplicet viro iuſto
quittū ⁊ cōtumelia dei. Interdū loquit cō
tumelia dei i hoie ipo hoie audiēte ⁊ blaſphe
mia illa diaboli ē nō hois Et meretur hō
in hoc q̄ diſplicet illi blaſphemia illa. Et
hoc duo inſinuant exēplo ꝓdicto cū dicit
blaſphemia tua: ⁊ cū dicitur hāc. n. cāz aia
nō vult. Sūmū aūt remediū cōtra vitiuz
hoc eſt occupatio que animū ip. eat. ⁊ ꝓtē
ptus blaſphemie talis. Debet enīz hoc pa
rum appreciare agitationes tales.

¶ De peccato murmuris. tij

Egtur de pctō murmuris. Eſt āt
s murmur oblocutio in debito mō
facta ꝓtra deū vel factuz alicuius.
Spāliter āt dicem⁹ de murmure q̄ fit cō
tra deū vel cōtra eū qui eſt loco ipſius. Bi
cemus autē hoc modo de hoc peccato.

¶ De his que faciunt ad deteſtationem murmuris.

Primo ponem⁹ ea que pñt valere
p ad dete. ipſius. ¶ Secō tāgemus
diuerſas diuiſiones murmuris.
¶ Tertio vero ſpāliter agem⁹ de murmu
re clauſtralitū. ¶ Quarto vero de rīmedijs
cōtra peccatū murmuris. ¶ Ad dete. vero
huius pcti pñt valere verba ſacre ſcripture
que diſſuadēt nobis hoc peccatū: vt eſt
illud. Sap. i. Cuſtodit vos a murmuratio
ne: que nihil ꝑdeſt. Murmur q̄ fit cōtra
ea que deus facit nihil ꝑdeſt hoi: imo plu
rimū nocet: nō. n. ꝓpter murmur ceſſat tri
bulatio: hz q̄ potuit eē meritoriū ꝓpter
murmur fit de meritorio. Ingnat hō vñ
debuit mūdari. Deſtruitur vñ debuit emē
dari: vñ deſtruxiſti eum ab emūdatiōe vel
emēdatiōe. Itē Jo. vi. Nolite murmurare
inuicē. Et. i. ad Cor. x. Neq̄ murmuraueri
tis. Et ad Ph. ij. Oia facite ſine murmu-
rationibus. Et. i. Pe. iiij. Hoſpitales inuicē
ſine murmuratiōe. ¶ Secō pñt valere ad
dete. huius peti exēpla: vt eſt exēplū xp̄i: de
quo. Jſa. liij. Quaſi agnus coram tondente
ſe obmutueſcet. Et exempla ſctōrū. de quib⁹
cantat eccleſia non murmurat reſonat nō
querimonia: ⁊ iterū. Ecce homo ſine que
rela. Et Sap. xviij. Properans homo ſine
querela deprecari pro populis deferēs ſer
uitutis ſue ſcutū oratione ⁊ per incēſuz de
precatione allegans reſtitit ire: Et Lu. i. E
gitur de Zacharia ⁊ vxore ſua: q̄ erāt iu
ſti ambo ante deum incedentes in omni-

bus mandatis ⁊ in iustificationibus dñi sine querela. Tertio pōt valere ad dete. huiꝰ peti hoc ꝙ murmuratores maledicti sunt: vñ. Eccle. xxvij. Susurro ⁊ bilinguis maledictus sit. Multos. n. turbauit pacez hītes. Quarto pōt valere ad dete. huiꝰ peti hoc ꝙ murmuratores odibiles sunt deo: vñ. i. ad Ro. Susurrones: ⁊ detractores deo odibiles. Quinto pōt valere ad dete. huius peti hoc ꝙ nescimus qd nobis expediat. Aliqui. n. magis expedit aduersitas q̄ ꝓsperitas ideo nullꝰ de aduersitate murmurare dz: vñ in Eccle. Nō est dicere hoc melꝰ illo. Dia. n. tpe suo ꝙprobātur.

Sexto pōt valere ad dete. huiꝰ peti hoc ꝙ cū simus filij dei ⁊ rōne creatiōis redēptiōis rōne nō debemꝰ murmurare qcqd placeat sibi facere de nobis. B. Juste sibi vēdicat meā vitā q̄ pro mea posuit suam. Alpo. Sine morimur sine viuimꝰ dñi sumus. Jdē. Empti estis pcio magno glorificate ⁊ portate deum in cor. vr̄. i. ad Cor. vi. Aug. Scit celestis medicꝰ qd nobis datu rus sit ad cōsolationez ⁊ qd subtrahatꝰ ad exercitationē. Nō. n hō sine cā immēto suo cibaria detrahit ⁊ Isa. xlv. Ue q̄ ꝓtradicit factori suo: ⁊ pꝰ. Nunqd dicit lutū figulo suo qd facit ⁊. xxix. peruersa est hoc cogitatio quasi si lutū ꝓtra figulū cogitet ⁊ dicat opus factori suo qd fecisti me? Septimo pōt valere ad dete. huiꝰ peti vindictaz q̄ dñs legitur sumpsisse de petō isto legit̄ maria sororꝫ moysi lepra ꝓcussa ꝓpter peccatū murmuris: ꝓpter peccatū istō dathā ⁊ abiron a terra sunt absorti: vt legit̄. Numeri. xvi. Et chore igne cōsumptus ē vt legitur. Jbidē. Propter peccatū ēt istud misit dñs ignitos serpētes in filios israel: propter peccatū istud matorꝫ filiorꝫ israel in deserto perijt: vnde Numeri. xiij. Oēs qui nūerati estis a. xx. an. Et supra: ⁊ murmuraſtis cōtra me nō intrabitis terrā super q̄ leuauī manū meā vt habitare vos faceret ꝓter caleph filium iephone ⁊ iosue filium nun. murmuráte populo etiā cōtra dñm de labore ignis dñi deuorauit extremā castrorū partem: vt legitur. Numeri. xi. Et vt breuiter dicā sicut dicit auctoritas de nulla re dñi magis offendisse dictus est populꝰ ille q̄ murmurādo. De pena etiā murmurantiuz in futuro dicit Judas in epla sua. Hi sunt murmuratores q̄rulosi scōm desideria sua ābulantes: ⁊ ꝓmittit penam dicens. Quibus procella tenebrarum in eternum seruata est. Grego. Regnum celorū. Nemo qui murmurat accipit. Nemo qui accipit murmurare potest.

¶ De tribus diuisionibus murmuris: ⁊ q̄ ꝓtra murmurationes: cōtra infirmitatē: vel tēporis cōtrarietatē: ⁊ bonorꝫ aduersitatē

Equitur de diuisionibus murmu
e ris. quarum tres ponere sufficiat.

Quarꝫ prima talis. Murmur inutilitatis: murmur superbie: murmur auaricie: murmur impatiētie: murmur sane ꝓsciētie.

¶ De primo sic legitur. Mat. xx. Et accipientes murmurabant aduersus patrē familias dicētes. Hi nouissimi vnā horā fecerūt ⁊ pares illos nobis fecisti q̄ portauimus pondus diei ⁊ estus. ¶ De secō legitur Luc. vij. Ait dē phariseus q̄ vocauerat eū ait intra se. Hic si esset ꝓpheta sciret vtique que ⁊ qualis est mulier que tangit eū: q̄ peccatrix ē.

¶ De tertio legitur. Jo. xij. Quare hoc vnguentum nō venditur trecentis denarijs.

¶ De quarto. Numeri. xi. Ortum est murmur populi quasi dolentiū ꝓ labore cōtra dominū. ¶ Quintū murmur est quando aliquis vult cogere eū ad hoc ꝙ cōtra deū est ⁊ illud murmur videtur ee significatuz ꝙ murmur a sine murmurātis cōtra Balaaz. de qua legit̄. Numeri. xxij. Aperuit dñs os asine ⁊ locuta ē. Quid feci tibi cur percutis me. Ecce tā tertio volebat cogere balaam asinam ad id qđ erat cōtra deuz voluntatem. Ad hanc specie pertinet murmur cōscientie murmurantis contra peccatū. ¶ Item pōt diuidi murmur in murmur de bonis que cōferimus: ⁊ murmur de malis que sustinemꝰ. Primū murmur dissuadetur ecclesiastico: vbi legitur. In bonis ne des querelaz: ⁊ in omni dato ne des tristiciā mali verbi. De alio mūrmure legitur. Eccle. x. Vir prudens ⁊ disciplinatus non murmurabit correptus. Prudēs est qui futura prouidet: ⁊ premia ⁊ tormēta ⁊ talis nō murmurat de flagello. Libēter enim virgam tollerat que a gladio pene eterne eum conseruat. Patienter etiam ab eo sustinet: flagellari a quo celestem hereditatez expectat. Disciplinatus etiaz qui circa vtilitates tribulationuz est instructꝰ similiter non murmurat de correctione.

¶ Tertia diuisio murmuris ē in murmur

contra deū ⁊ murmur contra proximum. Murmur vero contra deū multiplex pōt esse: vel de infirmitate vel de pauptate: vel de tēporis importunitate: vel de prosperitate malorum: vel de aduersitate bonorū ⁊ similibus: valde fatuū est murmurare de infirmitate cū vtilior sit vt frequētius infirmitas q̄ sanitas. Unde in vitis patrū cum quidā peteret a Johāne heremita vt a tertiana sanaretur ipse respondit. Rem necessariam tibi cupis abijcere. Ut enī corpora vitijs intus: ita anime lāguoribus purificātur ⁊ castigationibus: ⁊ tamē dedit ei oleū benedictū ⁊ sanatus est. Itē quidaz miles rogauit quendā sanctuz virū vt a morbo liberaret eum precibus suis: sed audito ab eo quod melior esset in egritudine q̄ in sanitate dixit vir sanctus: oro dñm vt seruet te in statu i quo magis humiliet is. Fatuū ettā est de paupertate murmurare: cū sciamus pauperes electos eē ad regnū eternū Jaco. ij. Nonne deus elegit pauperes i hoc mūdo diuites in fide ⁊ heredes regni. De importunitate etiam tēporis fatuū ē murmurare. Et ꝓpter hoc q̄ hoc facit nūq̄ pacē habebit: vñ Job. Quis restitit ei ⁊ pacē hūit? Et ꝓpter hoc q̄ deꝰ scit melioꝰ qd expediat mūdo quē ipse hz regere q̄ alius Et q̄nq̄z expedire videntur q̄ nō expedīūt vñ quidaz heremita seminauerat olera ⁊ visuz ē sibi pluuiā necessariā eē olerib⁹. Et petijt adeo ⁊ obtinuit. Deinde visuz est ei serenitatē necessariam esse oleribus suis ⁊ petijt obtinuit. Et vt breuiter dicā tale tempus dedit ei dñs q̄le voluit. Ettū nec vñ olus de terra exiuit. Qui credēs vniuersale defectū olerū in anno illo patienter sustinuit Sz cū declinasset ad domū heremite alteriꝰ ⁊ pulcerrima olera ibi vidisset multū admiratus ē. Et narrauit heremite illi quod sibi acciderat. Cui heremita respondit: Uerito hoc accidit tibi: putabas ne te sapiētiorē deo q̄ ei indicabis qd facere deberet. Ecōtrario vero magne pacis occasio eēt ⁊ q̄nq̄z etiā magne habūdantie bonorum tēporaliū si quis volūtatē suā in talibus volūtati diuine cōformaret: vñ refertur de quodam agricola q̄ semp hēbat in agris ⁊ vineis suis vberiores fructus q̄ alij Et cū regreretur a vicinis quare hoc esset rñdit nō eēt hoc mirū si fructus hēret cuz semp haberet tale tps quale ipe vellet. Su per quo cū alij mirarentur ⁊ ingrerēt qūo hoc esset. Rñdit. Ego nūq̄ volo aliud tps habere q̄ deus velit: vñ cū tale sit tps qua le deus vult: semp hēo tale quale ego volo In pace magna erat vir ille q̄ voluntatē suā cōformauerat volūtati diuine. Et propter hoc bonorū tēporaliū hēbat habūdātiā tantiam. Cū artifices ita offendi soleāt q̄n instruūtur in opibus in q̄bus ipsi periti sunt: nō est mirū si multū deus offendat q̄n de opib⁹ suis ita a q̄libet q̄q̄z dijudicat. Nō est aliq̄s artifex q̄ nō offenderet vltra modum si de opibus suis tantū diiudicaret. De prosperitate vero malorū ⁊ aduersitate bonorū multū videntur murmurasse sci: vñ. Job xxi. Quare impij viuūt sublimati sunt cōfortati sunt q̄z diuitijs ⁊c. Jere. xij. Quare via impioꝝ ꝓsperatur: bñ ē oib⁹ q̄ preuaricant: ⁊ iniq̄ agūt? Et in ps. Mei ātpene moti sunt pedes q̄z zelauī sup iniq. pacem pctōꝝ vi Et abacuc. i. Quare respicis ad tēptores ⁊ taces cōculcante impio iustiorez se? Et in ps. Usq̄quo pctōres dñe vsq̄quo pctōres gloriabunt. Et Malach. vlt. Uanus est q̄ seruit deo. Et q̄d emoluerint: q̄ custodimus pcepta ei⁹? Sz cessat murmur illud si q̄s respiciat cām quare hoc fiāt: fidelis medicus ergo despato vniuersa procedit q̄ ipse appetit. Ergo vero de cui⁹ salute spes habetur multa negat. Sic dñs reprobis habūdātiā bonorū tpaliū tribuit vt si qua bona egerint in mūdo isto mercedez recipiant: ⁊ scōz. Bre. Iste successus bonorū tpaliū signū ē eterne reprobatiōis. Similiter scōz. Bre. Macta di vitulū i libertis pascuis relinquūtur. Seruādūs ingo pmīt ita malip amena prata ad foueā bonus p aspa ad patriaz venit. Oia mala pene sine murmure tollerāda sunt q̄z iusto dei iudicio ⁊ ordinatiōe eueniūt. Eccle. viij. Nō tu dices cōtra iudicem quoniā scōm q̄ iustū est iudicat.

De murmure claustralium. 6

Equit de murmure claustraliuz: de quo spāliter tangemus q̄a hoc peccatū multū infestat claustral. Peccatū murmuris q̄nq̄z fuit iudeoꝝ sed modo dī eē monachoꝝ. Notādū ergo q̄ claustralis murmurās de cibo vel potu deficit in ipo principio belli spūalis. Principiuz belli spūalis est cōtra gulam. vñ sup. Mat. iij. dicit. Glo. In pugna xpi primus

cõtra gulã. Agitur: q; nisi hoc prius refrenetur frustra cõtra alia vitia laborat talis claustralis in primo cõflictu dicit vltimũ verbũ siue malũ verbũ ab ancilla: deuict⁹ carne. s. qõ magna vilitas est. Jero. Nihil vilius q; a carne vinci: cũ de vtro iusto cantetur. Ecce hõ sine querela verus dei cultor de tali claustrali dici põt. Ecce hõ plenus querela vẽtris sui cultor. Tales eni nõ domino iesu christo sed ventri suo seruiunt scõm verbũ apostoli ipsi de vẽtre suo deũ fecerũt iuxta illud. Phi. iij. Quorũ deus venter est. Bũ vero murmur proferũt quasi pater noster dei sui. s. ventris dicũt. Ipsi vasa vacua gratie dei se esse ostendũt duz murmur i eis resonat: z dũ ad ignẽ crepationis tribulationis crepant: satis apparet quod aqua diuine gratie in eis nõ sit. Sic litterã olla vacua crepat ad ignez z doliuz vacuũ multuz resonat. plenum nõ sic. Jsti quãdo debẽt dño escã apponere cũ grata falsa hylaritatis. Hylarẽ enim datorẽ diligit de⁹ iuxta verbũ apostoli. Ipsi fel murmuris in esca eius ponunt pro falsa: vt vere dñs possit de eis dicere: dederũt in escaz meã fel: quasi nõ legerint de dño qõ cum gustasset acetũ felle mixtuz noluit' bibere. Tales respicit retro sicut vxor Loth. z in statuam vertũtur. Statua videt eẽ homo z nõ est sic: tales vidẽtur mõachi eẽ: z nõ sunt: vñ abbas, pastor in vitis patrũ. Qui querulosus est: mõachus nõ est Claustralis murmurãs: est, rota nõ bene vncta vnctione gratie: z ideo murmurat sicut rota currus. vñ Eccle. xxxiij. Precordia fatui quasi rota currus Claustralis etiã murmurans: omne bonũ claustri dat pro modico sent ad opus iunctũ sui. Omne bonũ claustralitũ est pax. Vñ super illud pax super isral. dicit expositor. Omne bonuz in vno verbo dicit. Claustralis ẽt murmurãs intromittit se de hoc qõ ad ipsum nõ ptinet. Ipse eni taz suus nõ est: sz dei vel abbatis sui. Nec solũ dei est rõne creationis vel redẽptionis: sed etiã rõne suc redditionis: vñ qũ de se intromittit si de re aliena se intromittit. vñ. B. Qui curã vestri semel nobis cõmisistis qd adhuc vos de vobis intromittitis? Claustrali murmurati dicit dñs illud. Jo. vlti. Quid ad te: Tu me sequere. Claustralis etiam murmurãs auctoritate ppria vult dispensare sibimet de cruce relationis q; assumpsit cõtra omnia iura. B. Suspecta est mihi fateor tua dispẽsatio z vereor tibi illudi sub tegmine: z nõe discretionis a carnis prudẽtia. Claustralis etiaz murmurans xpo postposito discipulus factus est Galieni: vñ. B. Bñs docet pdere animas Galienus z ypocras saluare: etiã cõsilio potius acgesces: aut cuius vis esse discipulus. Jtẽ puta te queso monachum nõ medicũ nec de cõplexione iudicãdum sed de professione. Claustralis etiam murmurans quẽdã cecum qui eum in foueam multotiens precipitauit ducem sibi constituit: iste cecus est proprius sensus qui in foueam peccati cũ multotiẽs precipitauit quem tamen adhuc vult sequi. Talis claustralis ad deũ tergum vertit et ad tumẽtũ suũ faciem: potius eligens voluntatẽ facere sui corporis q; dei. Jpse etiam vult eqũe habundanter victũ z vestitum habere in presenti sicut illi qui nullã aliam retributionez expectant in futuro quasi p nihilo reputẽt terraz desiderabilem que eis pro mercede danda est. licitum tamen cõsuetudo cõis habeat qõ operarijs qbus magna merces soluitur in vespere de victu non prouideatur. Alijs aũt quibus alia merces in vespere non soluitur prouidetur. Mirari debẽt qui vidẽt aliquẽ claustralẽ murmurãtẽ quasi si vident iumentũ loqui: cuz claustralis iumentuz debeat esse iuxta illud vt iumẽtum factus sum apud te: vñ cuz quidam volens ingredi religionem quereret a beato. Ber. Quid sibi maxime eẽ necessariũ. Ipse dixit ei: vis eẽ asinus: Illo querente quõ posset hoc esse rñdit. Qui vult esse in religiõe debet qlibet opus sibi iniunctũ facere indifferẽter: z quẽlibet cibũ sibi appositum indifferenter comedere. Et his est modus asini: sed in quibusdã claustris adeo cõsueti sunt huic monstruositati qõ nõ pauent cuz auditũ claustrales murmurare: sicut dicitur de Balaam qõ adeo assuetus erat mõstris quod nõ expauit ad vocez asine. Jn vnocasu videtur claustrali licituz esse murmurare qñ. s. precipitur ei aliquid voluntati diuine cõtrarium. Jn simili z enim casu asina Balaaz murmurauit. Item cũ murmur si loquela veteris hominis: vetus autem homo mortuus debeat esse in claustro: miranduz est de murmure claustralium ac si mortui homines

loquerentur. Claustralis dz esse mortuus mundo: z tam hz sudariũ indutũ. Dabit' enz claustraliũ sudariũ eoz est cũ in eo sepelianť. Monachi etiã cũ benedicunť nõ debent loqui per.ix. dies in signum quod mortui sunt: ideo murmur oino longe deberet esse claustralibus quicquid eis fuerit sicut a mortuis hominibus.

¶ De quattuor remedijs contra murmur claustralium.

Equitur de remedijs contra pec-
9 catũ murmuris. Et possumus contra hoc peccatum q̃ttuor remedia assignare. ¶ Primũ est exemplũ xpi. Unde Aug. Omnia terrena ptempsit hõ deus vt ab oib' ptenenda mõstraret z alia aduersa sustinuit vt sustinẽda doceret vt nec in illis queretur felicitas nec in istius timeret aduersitas. ¶ Secm remedium est q̃ hõ cogitet murmur qđ sit de malo pene illato murmur esse cõtra deũ: cũ omne malũz pene adeo sit. Unde Exo.xvi. Non cõtra me murmur est illud sed contra dñm. Et Numer.xiiij. Usquequo multitudo pessima murmurat ptra dñm? Ideo quicquid infertur a psecutoribus patienter tollerãduz est: z potius dz hõ habere oculũ ad deum qui hz psecutorẽ in manu sua q̃ ad ipsum persecutorẽ: cuius formã dedit nobis dñs in cruce qui dimissis persecutoribus dixit. Deus meus vt qã dereliquisti me? Unde sup illũ. Timeat dñm ois terra dicit Aug. Si creature sentant: deũ time non illas: qz oia sub ipso sunt. Item Glo. Cupiditatez nocendi parce habes potestatẽ autẽ nocẽdi si ille nõ dat non habes. Ideo deus hõ ante hoiem stans ait. Non haberes in me potestatẽ nisi esset datuz tibi desuper. Nec etiã ipse diabolus vel vnam ouiculam potuit tollere viro sancto Job: nisi prius dicere mitte manũ tuaz hoc est da potestatẽ. ¶ Tertiũ remedium ẽ: q̃ hõ cogitet intẽtionẽ qua de' pmittit filios suos aduersitatib' flagellari: qui enim magnũ amorem cogitaret ex quo dñs filios suos flagellabat ipse nõ murmuraret. Unde Grego. Ille solus de flagello murmurat q aium pculsoris ignorat. Et Apoc. Ego quos amo arguo z castigo. ¶ Quartũ remediũ z pcipuũ est gratia dei. Cũ enim murmur ꝓueniat ex defectu celestis vnctionis in corde hois sũmuz remediũ est postulare vnctiones celestis gratie vt faciat murmur istud cessare z nõ vnctionẽ carnalis voluptatis: que licet ad tẽpus murmur cessare faciat: tamen in posterũ magis reddit querulosũ. Unde ad Heb. in fi. ¶ Optimũ est gratia stabilire cor nõ escis que nõ ꝓfuit ambulantib' in eis. Eque de facili posset hõ impetrare a deo gratiã per q̃ talia contemneretur. Si qs ex corde eã peteret sicut ab homine ea pro quibus murmurat. Sene. Quare potius impetrem a fortuna quod det q̃ a me ne petamus.

¶ De defensione ꝓprij peccati. ca.iiij.

Equitur de tertio peccato lingue. A
9 scilicet de detẽsione ꝓprij peccati: quo vitio multũ laborat humanũ genus: qđ significatũ est Gen.iij. Ubi legitur de parẽtib' nostris g' cũ cognouissẽt se esse nudos consuerunt folia ficus z fecerunt sibi perizomata.

¶ B his q̃ pñt valeť ad detesta. hnĩ' pcti.

B detestationem huius peccati.

a ¶ Primo possũt valere verba sacre scripture dissuadentia illũ ad Ro.xij. Non vosmetipsos defendentes carissimi. Et super illud. Nolite exaltare cornu. dicit Glo. Suam fecistis iniquitatem per cupiditatẽ non defendatis per elationem. B ¶ Secundo possunt facere ad hoc exempla sanctor qui culpabiles se agnoscunt: vbi etiaz culpabiles non sunt. Grecarum mentium est sibi culpam agnoscere vbi culpa non est. Prouer.xviij. Justus prior est sui accusator. Et Gen.xxvij. Jacob qui nuda colli z manus pellibus ediuis protexit in signum quod vir iustus: z si innocens sit: peccatorem tamen se debz reputare. Et Gene.xliiij. Cypho inuento in sacco Beniamin iudas qui tenet figurã confessionis accusauit se: licet sine culpa esset, de re illa dicens. Quid respondebimus domino nostro ꝛc. Et subdit. Deus inuenit iniquitatem seruor suor. Ille etiã qui peccatum non fecit: nec inuentus ẽ dolus in ore eius signa peccati habere voluit Uoluit enim occidi: z cum iniquis reputari. ¶ Tertio potest valere ad hoc si ostenditur quanti meriti sit humilis confes- C
sio z accusatoria. Unde Greg. Non min' admiror humilimã confessiones peccatorum q̃ sublima gesta virtutum. Itez in ps. Dixi confitebor aduer. in iu. z tu remi. im-

pie.pec.m. Prouer.xv. Responsio mollis frangit ira. Mollis responsio est sui ipsi⁹ accusatio que multū frangit ira dei. Itez sup illud iniusticias non abscondit dicit glo. Qñ homo detegit de⁹ tegit. Cū hō detegit de⁹ nudat. Cū hō agnoscit de⁹ ignoscit. Ideo latro regnū i cruce meruit: qz se accusauit. Un Aug. Loquēs de illo verbo sacrificiū laudis honorificauit me z illic iter q̄ ostendā salutare dei dicit: latro in cruce gre veniam meruit? Quia illaz viam tenuit vbi ostēdit salutare dei a qua tibi pes nō exeat In eo entz qđ se accusauit: deū laudauit. Et sup illud veritas de terra orta est; z iusticia d celo prospexit. dicit Aug. q. d. deus⁹ Parcamus et qz nō parcit sibi. Ignoscamus eis qz nū ignoscit sibi. ¶ Quarto pō test va. ad detesta. hui⁹ peti hoc q̄ peccatū istud multū impedit peccatorē. Non. n. vult deus a peccatis suis liberare illū q defēdit ea. Un Aug. Tu fact⁹ es peccati tui defensor quō erit deus liberator; vt sit ipse liberator: tu esto accusator.

¶ De stulticia illi⁹ q peccatū suū defēdit.

Uinto pōt valere ad detesta. hui⁹ peccatū ostēdatur multiplex eius stulticia qua peccatū suum defendit. ¶ Et primo stultus est talis: quia ipse defendit pessimū hostem quez ipse hz: sed peccatū ostenditur eē pessim⁹ hostis quē hō habeat: ex hoc q̄ nullus ali⁹ hostis: nec hō nec diabol⁹ pōt nocere ei: si ab hoc hoste sibi caruit. Gre. Nulla entz nocebit adversitas si nulla dominet iniqtas. Secō vero stult⁹ est q defendit peccatū suum: qz cū abyssus miserie abyssuz inocet miserie ipse debuit miseriā suā plene exponere: vt ampli⁹ misericordiam dei posset mouere. Ipse vero miseriā attenuat quasi nolit qđ misericordia sua misericordiā dei moueat nō sic faciunt pauperes qui elemosinas volūt impetrare: imo paupertatē z infirmitatem si quā hñt hoibus denudāt. Tertio stultus est: qz nō vult manifestare in curia misericordie peccatū suū z reseruat illud i foro iusticie vbi manifestabitur ad penaz quod non vult ibi manifestare ad veniaz. ¶ Sexto pōt valere ad detesta. hui⁹ peti si ostendatur in illis magna puersitas qui peccata sua defendunt puersitas eoz pz ex hoc q̄ illud qđ de⁹ p̄secut⁹ é vsq ad mortem ppriā. s. peccatū sicut ostensum est in principio sāme: ipsi defendere volunt vsq ad lesionē ppie conscientie: z vsq ad dei offensam: cū tñ oēs creature peccatuz debent persequi tanḡ illud qđ solū indecens est in mundo isto. Septimo pōt valere ad detesta. hui⁹ peti si ostendatur ingratitudo eoz qui peccatū suū defendūt. Ingrati vero tales sunt dei misericordie z bonitati dū beneficiū ipsius volūt attenuare: bonitatis diuine beneficiū attenuat q culpam suā diminuēdo beneficiū remissionis quodāmodo diminuūt. vnde in spiritū sanctū videtur peccare cui bonitas attribuit. Ad detesta. hui⁹ peti pōt facere hoc q̄ illi qui peccata sua defendunt in culpa sua ipsum deū inuoluere volūt. vñ sup illud Gene. iij. Uocem tuā audiui in paradiso. dicit Gre. Propriū est peccantib⁹ deo velle attribuere vnde accusantur. Quod inde est qz sic peccauit hō cuz vellet esse par deo liber. s. sicut ille ab omni dominio. Qñ ergo illi in maiestate par esse nō potuit in peccato sibi parem eum facere cōtendit: imo vult eum ostēdere esse nocentē. De aūt innocentem. Et super illud nolite iniquē agere. dicit glo. Malū est peccare: z pessus est perseuerare pernitiosuz est in deuz se defendendo culpā suā placere. Ad detesta. etiā hui⁹ peccati videt facere q̄ Dauid videtur specialiter petere custodiā oris suo ppter peccatū istū. Un in ps. Pone custodiā ori meo. Et subdit. Non declines cor meū in ver. ma. ad ex. ca. ex. ipe. Non declines. i. declinare nō permittas. Excusationes in peccatis: dicuntur verba malicie: vel qz sunt cōtra bonitatē dei: dum beneficiū dei volunt attenuare: vel qz ille qui excusat se deum vult infamare dum culpā suā in deū nititur refundere: vt Adā. Gene. iij. Qñ dixit dño. Mulier quā dedisti mihi sociā dedit mihi de ligno z comedi: qz ipse defendi qđ homines debent persequi peccatum suum.

¶ De multimoda excusatione peccati.

Et notandū q̄ multis modis solent hoies peccatū suum excusare vel defendere. Alij ppter infirmitatem carnis contra illud. Eccle. v. Ne dederis os tuum: vt peccare carnem tuaz facias. Alij multitudine peccātiū iuxta illō. Eccle. xxxij. Peccator homo vitabit correctionē: z ad voluntatē suā inueniet cōparationē. Illis vero qui se excusant in mul-

titudine peccantiū dici pōt illud. Non minus ardebunt: qui cum multis ardebunt: imo maior ignis erit secundus q̄ plura ligna erunt in igne: q̄ ſm ligna exardeſcit ignis: vt legitur in Eccleſia. cōtra hūc modū excuſationis eſt illud. Exo. xxxij. Non ſequaris turbā ad faciendū malū. Turbā ſequitur q eā imitatur. Et Eccleſia. vij. Ne pecces in multitudine ciuitatis. Alij vero excuſāt ſe p nobilitatē ſuā q magnū dedecus faciunt nobilitati ſue quādo rei vilissime & immundiſſime ſcutū ſaciūt. Immundiſſima res eſt peccatū: turpis eſt nobilitate ſua peccatū defendere quā ſi aliquis miles clipeo ſuo vile ſterquilinium ptegerrt alij vero excuſant ſe p iuuentutē q videtur dicere q̄ iuuētutē ſuā a diabolo teneāt cū credāt diabolo in iuuētute eē ſeruiendū.

¶ De peccato periurij: & de duabus ſpecibus eius. cap. v.

Equitur de peccato periurij. Et notandū q̄ due ſunt ſpēs periurij: vna eſt iuratio puerſa: alia ē iuramēti liciti trāſgreſſio. Ad deteſta. vero ſcōe ſpēi periurij. Notandū eſt q̄ ille q iuramentum illicitū facit ipſe quaſi laqueū ad collū ſuū ponit. iuxta illud. Prouerb. vi. Illaqueatus verbis oris tui: & captus pprijs ſermonibus q̄ vero iuramentū licitū tranſgreditur ipſe laqueo ſuo quaſi pprijs manibus ſe ſtrangulat. potius expediret ei q̄ ſolummodo cōtritus eſſet ſi laqueo ad collū ſuū poſito ipſe ſtrangularetur quā q̄ iuramē tū licitū tranſgrediatur. De alia vo ſpecie iuramēti. Notandū eſt q̄. xij. ſunt q̄ debēt hoies cohibere a peccato illo.

¶ Duodecim q̄ deberent retrahere hoiem a peccato periurij.

Primum eſt quod ille q ſciēter peierat in p̄mo periurio ſuo manū illā diabolo dat q̄ ipſe tangit euāgeliū vel que tangit manū illius cui quo iurat. Et donec ipſe penitеat de periurio illo manus illa diaboli eſt: & q̄cunq̄ ſe manu illa ſignat hoc facit manu diabolica. Et cibus quē manu illa ſignat mādu diabuli ſignat.

¶ Secūm eſt hoc q̄ cū alia peccata fugiāt & quaſi timeant res ſacras peccatū periurij nō timet eas ſed illis appropiquat. Si qs vult fornicari ſi ipſe eſt infra eccleſiaz ipſe exit inde. Si ppinquus ē cimiterio vel eccleſie elongat ſe ab eis. Ille vero q vult peierare intrat eccleſiā ſi ipſe erat extra itrat ad altare & cōmittit peccatuz periurij: q̄cūq̄ ſup altare: q̄cūq̄ ſup euangeliū q̄cūq̄ ſuper ipm corp⁹ xp̄i q̄d horrendū ē dictu. Ad ip̄m eſt quō ipſa terra euz nō abſorbet: vel quō angeli qui aſſiſtunt circa corp⁹ xp̄i cū non perimunt ipſe etiā diabolus timet res ſacras & quaſi reueretur q̄d nō facit ille qui periurat.

¶ Tertiū eſt hoc q̄d ille qui peierat fur & ſacrilegus eſſe videt. Contractat enim rem alienā inuito dño & rem ſacraz: q̄ nomē dñi ſanctū aſſumit cōtra p̄hibitionē illam. Exo. xx. Non aſſumes nomen dei tui in vanū.

¶ Quartū eſt hoc q̄d ipſe falſari⁹ eſt. Si qs ſigillo alicui⁹ dñi ſibi cōmiſſo ad cōfirmandā aliquā veritatē vteretur ad aliud cōfirmanduz ipſe falſarius iudicaretur. Et ſi faceret hoc de ſigillo dñi pape ipſe eſſet excūmunicat⁹ ipſo iure nec poſſet abſolui ab epiſcopo ſuo. ſit cuz deus permiſit hoibus vt aſſumāt nomē ſuū ad cōfirmationē veritatis ſi vtantur nomine ipſius ad cōfirmationē falſitatis ipſi falſarij ſunt: & quo ad deū excōmunicati excōmunicatione illa q̄ dicitur. .i. ad Cor. xvi. Si qs nō amat dñm ieſuz xp̄z anathēa ſit.

¶ Quintū eſt hoc q̄d ille q ſciēter peierat ipſe preter morē alior⁹ peccātū vult deuz inuoluere in peccato ſuo. Cum enim iurare ſm Aug. ſit deuz in teſtem adducere cū ipſe iurat falſum: ipe vult adducere deum ad teſtificandū falſum. Talis inquantum ipſe eſt vult matuo maluz facere xp̄o vt videtur q̄ eius crucifixores. Iſti enim intulerunt xp̄o tm̄ malū pene. Ipſe vero vult eum inuoluere in maluz culpe q̄ deterius eſt. Ipſe vero vult facere reputare deū deceptorē dum in noie eius & quaſi p manū eius vult hoies ſeducere: quod genus peccati non legitur cōmiſſum fuiſſe etiā a diabolo: licet diabolus mendax ſit & pater eius per mendaciuz homines ſeducat: tamen non. Legitur quod ipſe iuramentum mēdacio addat vt melius poſſit ſeducere ſicut faciunt illi qui peierant.

¶ Sextum ē hoc quod cum in nomine teſu flectatur omne genu celeſtiuz terreſtrium & infernoruz: vt legitur ad Phil. ij. Ille qui peierat cuz in nomine teſu xp̄i deo contumeliā facit deterior videtur eſſe illis qui in inferno ſunt q in nomine eius genua flectere dicuntur.

¶ Septimuz eſt hoc quod cum hō p hoc

torqueatur per que peccat: ⁊ talis in noie
dñi peccet: ipse in noie dñi merito punietur.
Et cum illud inuocauerit non exaudietur:
⁊ cum ad illud fugerit non pregetur. Cum
alijs hominibus nomen dñi refugiū sit iux-
ta illud Prouerb. xviij. Turris fortissima
nomē dñi, ad illud currit iustus ⁊ saluabit
¶ Octauū est hoc qđ periurū enumerat
inter ea que dñs odit. zach. viij. Ubi sic legi
tur vnusquisq; malū cōtra amicū vestrum
ne cogitetis in cordibus vestris: ⁊ iuramē
tū mēdax ne diligatis. oia hec sunt q̄ odi.
dicit dñs. ¶ Nonus est maledictio q̄ egredit super
facie oīs terre: q̄ oīs fur sicut ibi scriptū ē
iudicabitur: ⁊ oīs iurāns ex hoc simr iudica
bitur. Educā illud dicit dñs exercituum: et
⁊ veniet ad domū furis ⁊ ad domū iuran
tis in nomine meo mendaciter: ⁊ cōmora
bitur in medio dom⁹ ei⁹ ⁊ cōsumet eam ⁊
ligna ei⁹ ⁊ lapides. ¶ Decimū est hoc qđ
petm̄ istud replet hoies iniquitate. Unde
Eccle. xxiij. Vir multum iurās replebit ini-
quitate: ⁊ nō discedet a domo illi⁹ plaga.
In fine huius verbi tangit pena periurij
in p̄senti. ¶ Undecimū est qđ periurij pdit
deū dum iurat. pdit etiā iusticiā siue fidem
suam: repellit etiā post periurium a testimo
nio claudit etiam sibi ingressum regni celestis
Unde in ps. Quis ascendet in mō. do. aut qs
sta. in lo. s. eius. Et subdit. Qui nō iurat
in dolo primo suo: ibi per cōtrariū innuit
qđ ille qui iurat in dolo primo nō intret.
¶ Duodecimus est hoc qđ sacra scriptura
ppter magnū periculū periurij adeo dis-
suadet iramentū quod quibusdā visū est
qđ iramentū oīno phibeat. Unde Mat. v.
Ego aūt dico vobis non iurare neq; p ce-
lum neq; per terram ⁊c.
¶ Septem que sacra scriptura dissuadet
circa iramentum.

Et notandū q̄ circa iramentum
e septē dissuadent i sacra scriptura.

¶ Unus est appetitus iurādi siue
affectio. Unde Jac. v. Ante oīa fratres. m. n.
tu. neq; per celū neq; per terram neq; per
aliud quodcūq; iramentū. Sit autem ser-
mo vester est est: nō nō: vt non sub iudicio
decidatis. ¶ Secūm est assiduitas iurādi.
Unde Eccl. xxiij. Juratioī non assuescat os
tuū: multi enim sunt casus in illa: ⁊ iterum.
Noiatio dei non sit assidua in ore tuo. ¶ Ter
tium est iurare ex leui cā vel nulla. Unde
Deut. v. Non iurabis nomē dei tui frustra
q̄ non erit ipunitus qui sup re vana illud
assumpserit. ¶ Tria alia que dissuadētur
circa iramentū sunt falsitas ei⁹ q̄ iurat.
Subita iuratio: ⁊ iuratio iniusta q̄ p op-
positū innuunt. Jere. iiij. Ubi sic legitur.
Jurabis viuit dñs in veritate ⁊ in iudicio
⁊ in iusticia. ¶ Septima est iurare p crea
turas. Unde Mat. v. Ego aūt dico vobis nō
iurare omnino neq; per celū q̄ thron⁹ dei
